Epistolae
familiares
To. 3

Melanchton
Luther L.A.

Lettres de divers, surtout de
Th. de Beze.

Xρς.

A: G: S: A: Z: B:



Norimbergæ.

CIↃ IↃ LXXV.

17 KL. Maij

JMonaw

Ex Libris Bibliothecæ Conventus Avinionensis Sanctissimæ Mariæ annunciatæ Ordinis fratrum Prædicatorum in Viro Novo Sancti Honorati. 1631.

Non sunt edita

# Epistolae Philippi Melancht: ad Henricum Bullingerum ex ipsis autographis bona fide descriptae.

S P D. Fortassis priusquam hae meae literae ad te perferentur, accipies atrocissimum Lutheri scriptum, in quo bellum περὶ δείπνου κυριακοῦ instaurat. Nunquam maiore impetu hanc causam egit: desino igitur sperare Ecclesiarum pacem. Tollent cristas inimici nostri qui defendunt idola monachorum, ac rursus Ecclesiae nostrae magis distrahentur, quare ex re ingentem capio dolorem. Nam privato periculo quod nunc mihi impendet, etsi non est leve, tantum tamen non moveor, quantum Ecclesiarum nostrarum & literatorum distractionibus. Legi tuam epistolam seu querelam potius quam dedisti Josepho Pannonio, in qua mihi qui fueram hortator ad quaedam dissimulanda respondes. Sed haec nova belli instauratio impedit ne quid de moderatione nunc scribam. Bene vale. Pridie Cal. Sept 1544.

Philipp. Mel.

## IDEM EIDEM.

S P D. Inspexi pleraque quae edidisti ac degustavi, sed enarrationem Joannis fere totam perlegi. Nam cum de multis sententiis saepe mecum conferat quidam meus amicus qui hic Joannem interpretatur, subinde ad tuum scriptum redeo te quoque consulens. Amo enim Ecclesiam & semper sensi Ecclesiae iudicia magnifacienda esse, Ideo & moneor, & recentium sententias confero, ut simplicem nativam & propriam Ecclesiae doctrinam & ipse teneam & aliis tradere possim, Ac saepe testatus sum placere mihi enarrationem tuam & quod vera dicis ex scriptura necessaria doctrinae Ecclesiae Dei ac salutaria. Multi interpretes

alienos

aliorum operum ita expatiantur ac discurrunt a suis auto-
ribus ut nihil dicant aut pauca πρὸς ἔπος. Tua enarratio
immoratur proposito argumento et id illustrat. Quare non solum
pro Codice misso tibi meo nomine gratias ago, sed etiam publico
nomine pro editione, teque quod facis adhortor, ut de Ecclesia
bene mereri pergas edendis piis utilib. et moderatis lucubratio-
nibus. Vidi in Matthaeo locum περὶ προορισμοῦ, Et de-
fendi iam publicis scriptis utile est et pium. Et nollem dia-
logum Chrysantem περὶ προορισμοῦ non esse editum, et meum iudi-
cium ante editionem illis ipsis dixi apud quos natus est.
Nihil enim proderat eam Camarinam moveri, silentio potius
obruatur res: Et hominibus alioqui bonis et bene merentibus
quaedam condonanda sunt et mala sua arte lenienda. Idem
te oro de Epistolis si quae scribuntur ex his regionibus horri-
diores ab aliquibus: Nos tamen reliqui foveamus consensum
et animorum coniunctionem inter nos, nec magis divelli
nostras Ecclesias sinamus. Non tam, inquit Basilius, sinis-
trae opus est dextra, quam Ecclesiis concordia docentium. Facile
accendi et retineri bonorum studia, et maiore gravitate discipli-
na qualiscunque defendi potest, si doctores et in docendo consenti-
ent et inter se mutua benevolentia coniuncti erunt: Ideo quan-
tum possum astringere nostram coniunctionem non dissipare
velim. Haec simpliciter aio et candide scribo, teque rogo ut de
tua voluntate rescribas. D. Pellicano veteri meo amico sa-
lutem opto, cuius literas ad Marcum quendam scriptas ego
cum casu invenissem, ad me recepi, nec tradidi Marco, [illegible]. Bene vale. Die 25 Martij quo ante
annos 5504 Adam conditus est, ante annos vero 1545
Conceptus est Christus, et ante annos 1511 crucifixus. Ty-
po.

Propter Landgrafium Hass. haec sunt scripta.

Marcus hic est ipse Mulsperg.

pographo pro missis Biblijs ago gratias. Philippus.

IDEM EIDEM.

S. P. D. Reverende vir & carissime frater. cum allata essent exempla tui scripti περὶ δικαιοσύνης statim emi & legi, ac laetatus sum consensu vestrarum & nostrarum Ecclesiarum. Postea tuas literas & librum a te missum accepi. Tibi igitur & pro benevolentia erga me tua & pro munere gratias ago. Legi etiam quae de Serveti blasphemijs respondistis & pietatem ac iudicia vestra probo. Iudico etiam Senatum Genevensem recte fecisse quod hominem pertinacem & non omissurum blasphemias sustulit, ac miratus sum esse aliquos qui severitatem illam improbent. Mitto de ea quaestione breves pagellas sed tamen sententiae nostrae testes. Quidam veteres amici mei minitantur mihi se ὑπὲρ ἀρτολατρείας contra me scripturos esse: si quid edent nominatim contra me, decrevi Deo iuvante respondere, etiamsi hoc certamen omitti malim. Pios & doctos de re tanta placide colloqui utilius esset. Oro autem filium Dei ut nos omnes gubernet & sanet Ecclesiae vulnera. Bene & feliciter vale carissime frater. die 20 Augusti 1554. Salutem opto Lelio & vobis omnibus.

Τῷ θεοσεβεῖ ἀνδρὶ Ἑρρίκῳ Βουλλιγγήρῳ
ἀδελφῷ φιλτάτῳ

S. P. D. Reverende vir & carissime frater. Saepissime recito dulcissimum versum in quo numeri sunt graeci poetae, sententia divinitus tradita est: εὐσεβέων παίδεσσι τὰ
λῷα,

λωΐα, δυσσεβέων δ' οὔ. Cum igitur & zelo innocens Deum & Ecclesiae pie servias, tua familia etiam Deo curae erit. Filius Henricus Dei beneficio recte valet et in optimis doctrinarum studijs feliciter procedit, quem ut servet Deus incolumem, & faciat eum σκεῦος ἐλέους toto pectore opto. Cogitat de gradu, sed nihil nisi te iubente agere eum ea in re volui. φοβοῦμαι γὰρ διαβολὰς παρὰ ὑμῖν τε καὶ παρὰ ἡμῖν. καὶ θέλοιμι ἂν διαῤῥήδην αὐτῷ σε γράψειν, τί σοι δοκεῖ πρέπειν. Libenter ad te multa scriberem, nec impedior occupationibus, etsi non leviter onneratus sum, sed & rerum & doloris mei magnitudo tanta est, ut instituere alia argumenta non possim. Sed fortassis brevi colloquemur. Nam & ego exilia usitata Ecclesiae expecto. Salutem opto vobis omnibus, ac nominatim Petro Martyri & Laelio. Bene & feliciter vale. die 16 Septemb. 1556.

## IDEM EIDEM.

S P D. Reverende vir & carissime frater. Hodie tuum munus τὴν ἀποκάλυψιν accepi in urbe Vangionum, & subito dedi literas viro optimo, domino Oporino. Tantum inspexi locum de Gog & Magog, postea considerabimus quomodo seriem totius libri accomodes ad tempora, & Ecclesiae diversa certamina, quae certe in eo opere praedicuntur. Nos hic duplicia certamina sustinemus, αἰτοῦσι γὰρ τινὲς ψηφίσματα γραφθῆναι κατὰ τῶν ἀποδοκιμαζόντων τὴν εἰδωλολατρείαν. Refragati sunt plurimi legati. Deus adsit Ecclesiae suae. Plura non possum

tuij scribere. Salutem D. Petro Martyri, D. Gesnero, D. Biblian-
dro & vobis omnibus opto. De filio velim te mihi scribere.
Bene Vale. Ex urbe Vangionum. die 20 Septemb. 1557.

IDEM EIDEM.

S. P. D. Reverende vir & carissime frater, Apud Xeno-
phontem scriptum est, Lacedaemonios domi dissipandos esse
ut apes pelluntur cum sub ipsis alveolis fumi fiunt. Id as-
tute imitantur Antagonistae nostri, Omissis alijs materijs
de quibus est consensus inter nos, ordiuntur a tuo τῷ
το λατρειαν, & ut nos distrahere possint, interrogant qui
eam defensurj sint. Id certamen nondum hic ceventum
est, nec aliud hactenus hic est actum. Hic Tilemannus
Mumius Coloniensis in familia honesta natus est, patri-
monium quod habuit amplum cuiusdam impostoris
fraude diminutum est, qui multo acceptam pecuniam
non reddidit. Et tu illud nosti δειλαι τοι δειλων γε
και εγγυαι εγγυαασθαι. Sed haec calamitas huic accidit
potius aliorum imprudentia. In Iuliacensi regione docuit
aliquot illustres adolescentes, sed mavult esse in nos-
tris Ecclesijs: Cupiunt igitur & discendi locum apud nos & do-
cendi. Te igitur oro ut hospiti pio & erudito non desis,
sed eum consilio & commendatione alicubi iuves. Sumptu
te non volet onerare. Bene & feliciter vale. Ex
urbe Vangionum. die 23 Septemb. 1557.

IDEM EIDEM.

+ // S.P.D. Reverende vir & carissime frater. Cum non per-
fecissent nostri collegae, ut condemnationem nostrarum eccle-
siarum comprobaremus, seiunxerunt se a nobis, & eam priva-
tim exhibuerunt τῷ βραβευτῇ Iulio a quo petiverunt
ut publice in consessu recitaretur. Fuit autem ea modestia
τοῦ βραβευτοῦ ut recitari eam in consessu noluerit, postea
tamen illi discesserunt. Nunc igitur an inchoata collatio pro-
cessura sit dubitamus. Quicunque autem eventus erit spero
sapientes viros nostram cunctationem non improbaturos esse
quod noluimus statim re non disputata nec explicata
confirmare pontificium idola & parricidia. Sed precor filium
Dei ut nos gubernet. Bene & feliciter vale. Ex urbe
Vangionum. die 5 Octob. 1557. Salutem opto vobis omnibus,
ac nominatim Petro Martyri & Lelio.

IDEM EIDEM.

+ // S P D. Reverende vir & carissime frater. Saepe recito
versum homericum: ἐσθλὸν καὶ τὸ τέτυκται, ὅτ᾽ ἄγγε-
λος αἴσιμα εἰδῇ, quia non raro nunciorum ἀπειροκα-
λίαν experior. Tuam longiorem epistolam, quam avi-
dissime expecto, nondum accepi. Scito autem nostras literas
magna cura intercipi a meis inimicis, quia in re scelesti
illorum irascor. Ipsas vero literas & meas & tuas legi non aegre
fero: quid enim continent nisi pia colloquia & significationes
magni doloris quo afficimur propter dissidia publica & propter
κολακείας docentium qui stabiliunt idola & rabiem pontificum

confirmavit. Lelius bona fide tuas et Lasij literas mihi exhi-
buit. Ac me quidem Lasianae quidquam ἀξιόλογον contine-
bant praeter querelas. Ardet Polonia eodem dissidio quo misera
Germania ardet, Et aliquanto post utranque regionem arsura
esse bellis Turcicis metuo. Precemur autem filium Dei ut
et Ecclesiae vulnera sanet et aliqua honesta hospitia servet.
In Colloquio inchoato in urbe Vangionum post προοίμια
adversarij θεομαχοῦντες in certamen redire noluerunt.
Bene vale. Salutem vobis omnibus opto. Cal. Decemb.

IDEM EIDEM.

S. P. D. Reverende vir et carissime frater, Exercetur +//
Ecclesia Dei et exulare inter Mesech et Cedar. Fiunt haec utroque
modo, saevitia quae in corpora exercetur et doctrinae dissidijs.
Mesech id est Moscovij magnum bellum contra vicinos nos-
tros gerunt, Alibi Turci grassantur. Interea et pontificij et
nostri varij edunt decreta. Respondeo Bavaris, Vos exis-
timo responsuros τοῖς τὴν ἀρτολατρείαν δοκιμάζουσιν.
Et oro ut mihi respondeas. Bene vale. die 4 Martij. 1559.

AD IOHANNEM CRATONEM
VRATISL. MEDICUM

S. P. D. Clarissime vir et carissime frater. Et debeo // + Non ed.
et habeo tibi gratiam pro perpetua tua benevolentia, et [pro]
multis officijs in quibus numero et eruditissimas disputa-
tiones quas interdum mittis. Caeterum de Sycomoro et Syca-
mina

mino meminer et nominis et descriptionis quam propheta Amos
recitat ut eandem esse arborem existimem, et quidem eam quae
Dioscoridi est ficus Aegyptiaca, fortassis alijs locis degener non-
satis agnita est à scriptoribus. Delector allegoria, quod scalpi et
ungi fructum oportuit. Sed de tua quaestione dissero nunc de
qua primum omnium oro ut eruditam antiquitatem consideres et
ex dubitatione mentem evolvas. Scio carissime mi non solum
serenam sed etiam periculosam esse dubitationem, ideo Paulus
iubet caveri ne animi adducantur in docendo eis διάκρισιν
διαλογισμῶν. Existimo autem ad confirmandas mentes con
sensum vetustatis plurimum conducere. Memini me Luthero
ante annos viginti in itinere cum et placidior et hilarior esset
recitare veterum graecorum et latinorum dicta quae expresse di
cunt panem et vinum σύμβολα item ἀντίτυπα τοῦ σώ-
ματος, Cumque adderem recentem morem esse ponere τοῦ
ἄρτου μεταβολήν ἢ μεταστοιχείωσιν (sic enim recentiores lo
quuntur) ibi ille haec verba subiecit, Miram esse in ec
clesia recenti petulantia tantum errorem tam diu haerere et
tam late recipi. Repressi me et mirabar cum tempore
in hac re moveri cum in alijs non moveretur. Augusti
nus contra Adimantum expresse inquit Non dubitavit
dominus dicere, hoc est corpus meum cum daret signum
corporis sui. Tertullianus expresse inquit Hoc est corpus meum
id est figura corporis mei. Id Lutherus interpretatur figuram
Geometricam. Vidi legentes cum gemitu viros eruditos et
recte invocantes deum. Origenes expresse inquit προσ-
φέρει δὲ ἡ ἐκκλησία τὰ τοῦ σώματος καὶ αἵματος σύμ-
βολα. Canon vetus apud Graecos nominat ἀντίτυπα

σώματος

σωματος. Nazianzenus etiam hac voce utitur, nominat panem ἀντίτυπον σώματος. In recenti canone postea plura verba addita sunt περὶ μεταβολῆς. In Theophilacto Oecolampadius bona fide reddidit verba περὶ μεταστοιχειώσεως quae invenit in suo Codice. Tota illa sententia deest in nostro Codice. Ita veteribus libris insertae sunt corruptelae. Narravit mihi Aventinus se in Codice Bedae qui est in bibliotheca Passaviensi legisse enarrationem verborum verissimam quae tota deest in libris editis. Reperi & ego manuscriptum Bedam in Matthaeum in monasterio Waldtsassensi non dissentientem ab Augustino. Mittam (quam primum potero) multorum veterum dicta. Fuit enim mihi curae ut quantum possem antiquitatem & inquirerem & considerarem, illius enarratio non est aspernanda, cum disseritur περὶ ἐννοίας & διανοίας. Nec instituo iam disputationem, tantum volui te antiquitatem considerare. Quod noster amicus de communicatione Idiomatum disputat, miror eum intelligere communicationem ἰδιωμάτων confusionem physicam naturarum. Interea tamen verum est filium Dei adesse ministerio & in eo efficacem esse, et τὸν ἄρτον κοινωνίαν εἶναι τοῦ σώματος. Paulus diserte loquutus est. Scio enim te virum doctum recte cogitaturum quid κοινωνία significet. Haec nunc breviter scripsi, nec volo spargi in populum: etsi tantum dicta veterum recito, non pugno. Oro autem filium Dei ut ipse opem ferat veritati & Ecclesiae suae & nos gubernet. Bene & feliciter vale. Die 21 Martij. Anno 1560.

Philippus Melanthon

Eruditione & virtute praestanti viro D. Laurentio
Durnhofero, gubernanti studia doctrinae in oppido
Voitlandiae Ölsnitz, amico suo.

NON ED. // Carissime Laurenti, Spero te & considerare qualis sit haec communis vita hominum, & iudicare sapientiam & virtutem esse boni consulere praesentem fortunam in munere honesto, sunt & alia multa sapienter dicta monent, & illud pindaricum gravissimi docet: ἓν παρ' ἐσθλὸν πήματα σύνδυο δαίονται βροτοῖς ἀθάνατοι. τὰ μὲν ὦν οὐ δύνανται νήπιοι κόσμῳ φέρειν ἀλλ' ἀγαθοί, τὰ καλὰ τρέψαντες ἔξω. Credo autem & loci & hominum mores non congruere voluntati & naturae tuae, Ideoq. operam dabimus ut quum nactus locus ubi melius collocari queas. Nunc placide feras praesentia & alia difficultates lenias. Commendo tibi hunc ὑποδιδάσκαλον & vos adhortor ut concordiam ac officijs tueamini. Bene vale die 6 februa: 1554.

Philippus.

EIDEM.

edit. } ## Carissime Laurenti, Etsi non accepi a te literas tamen amicitias pisces accepi. ἐστὶ μὲν ὁ θυμὸς χαρίτων ἄριστος. Gratissimum fuit mihi munus & suaviter eo fruor, sed sumptib. onerari te nollem. Maerore tuo afficior non leviter & assentior tibi non esse illius nullas iustas causas. Sed interea meminens velim, quod una Ecclesiam navis vehit quae cum undiq. fluctib. concutiatur, singuli ἐμβάται dolores aliquos sentiunt: In hac navi cum tu quoq. sis, cogitabis & tibi ferendas esse interdum congressationes. Ancoras

autem

autem habet duas, fidem intuentem praesentiam filij Dei, et spem quae expectat mitigationem et conservationem nostri agminis. Scis ex quo fonte petenda sit firma consolatio, inde haurias remedia dolorum. In quo luctu versemur cognosces ex his pagellis quae ostendunt nos quoque συστενάζειν τῇ ἐκκλησίᾳ. Scribere enim ipse prae dolore tristissimos casus non possum. Audio etiam Noribergenses esse in magno malo. Nam Episcopi putantur fecisse pacem cum Alcibiade, quod si verum est, desolati hi populares soli molem belli sustinebunt. Deus illis clementer parcat et opem ferat. Bene et feliciter vale. Die aequinoctij verni 1554.

Philippus.

IDEM EIDEM.

Charissime Laurenti, Tyrocinium non carnificinam voluimus tibi esse hanc scholam quam gubernas, Nec volebamus te consenescere in his pulveribus. Ubi igitur Deus offeret locum commodiorem, libenter tui rationem habebimus, Ac tu quoque in occasionem sis intentus. Interea oro prudenter te facere iudico quod patientia et animi moderatione istorum Troglodytarum ἀγροικότατον morositatem vincere studes. Non enim tolles malum etiamsi dolori et indignationi indulgeas. Nosti veteris praeceptum ἃ μὴ ἂν ποιήσαις ἔχοις ταῦτα ἔχε μηδ' ἀγανάκτει. Quid aliud respondeam? Voluntas te iuvandi non deest nobis, sed occasionibus opus est, ut scis. Optarim et ipsi mihi quoque alicubi latebras dari qualescunque in his publicis miserijs: sequitur vetus

dictum

\# Non ed.

dictum λάθε βιώσας. Et fortassis aliquando post nova exilia nos cum parvis gregibus nostris dissipabunt. quod si fiet Oro Deum ut nobis aerumnas leniat, & hoc assequamur ut tandem ab

[ his molestissimis laboribus liberer. Bene vale. 15 Augusti 1554.

IDEM EIDEM.

edit. } Clarissime vir & amice carissime, Ideo naturae hominum Deus indidit στοργὰς ut sint commonefactiones de vero & non simulato amore suo erga filium & erga nos. Nec vero quam sint ardentes στοργαὶ experimur nisi in doloribus, cum morbos funera aut alias calamitates sobolis nostrae cernimus. Itaque plus millies cogitavi in meis calamitatibus, cum velit Deus hunc nostrum amorem commonefactionem esse de suo amore erga nos, Non dubitandum esse quin vere adficiatur nostris miseriis. Idem tu quoque in hoc tuo luctu cogitato: nec dubito has cogitationes lenituras esse dolorem tuum. Ipsum autem filium Dei qui ideo naturam humanam assumpsit ut nos velut surculos suae massae insertos gestet, oro, ut te & nos gubernet, & protegat harum regionum Ecclesias. Audio initia Augustani Conventus satis aspera esse. Mitto tibi Epitaphium scriptum Principi Georgio Anhaltino. Mitto etiam precationem meam, quam spero tibi non ingratam fore.

Nil sum, nulla miser novi solatia, massam
Humanam nisi quod tu quoque Christe geris
Tu me sustenta fragilem tu Christe guberna
Fac ut sim massae surculus ipse tuae.

Hoc

Hęc mirum foedus semper mens cogitet, uno
Hoc est ne dubita foedere parta salus.

Bene vale. Die aequinoctij verni. A° 1555. Philippus.

IDEM EIDEM.

Utrumq. docet vox divina & ipsa experimur, et [illegible] infirmissimam esse: & subiectam esse cruci Ecclesiam, & interea mirabiliter eam servari, ut praesentiam Dei in Ecclesia mirandę liberationes ostendant. Hęc cogites velim nec frangaris animo quia vult nos Deus & moderari dolores & operas suo quemq. loco bona cum spe facere, sicut Paulus inquit Non erit inanis labor vester in Domino. Vides in quae tempora inciderimus. Vides etiam quam mirabiliter nos & harum regionum Ecclesias texerit, etiamsi aliquas aerumnas tamen ferre nos velit, ut excusitemur ad invocationem. De his non philosophicis consolationibus sed divinitus traditis cogitare te malim quam indulgere maerori animi. Exempla etiam intuere universae Ecclesiae & huius principis & dominae quorum imagines mitto. Bene vale. Die 17 April. 1555.

edit.

Reverendo viro Laurentio Durnhofero, dignitate & pietate praestanti, docenti Evangelium Christi, amico s. precl. Norimbergae.

S. D. Rev.de V. Litteras tuas adveniens cum mercatoribus quibusdam pueris reddidit mihi Dr. Eucharius. Tibiq. gratiam pro hoc officio habeo. Non speravi autem meliorem eventum

~~Non edita~~
Non edita
Joach. Camerarij

congressus

congressus istius qui abs te significatur. Comperi enim istud genus eorum esse, qui, sicut Cicero ait, errare malunt, eamque sententiam quam adamauerunt, pugnacissime defendere, quam sine pertinacia, quod constantissime dicatur exquirere. Adde lenitatem aurae popularis, qua se isti prorecti sentiunt atque gaudent. Neque uelim sic aduersari illorum intemperantiae, ut non exaspereris dicitur ex potestate, sed moderationis decus conserues. Non enim te ira quas iusta patiaris, nimis exitus plerumque infortunatus est. Atque utinam non darentur isti turbulentae caterua occasiones arripiendi itidem aliquid, quod exagitare possent & usurpare ad faciendos suos asseclas ex stultis insanos. Me duriter & inhumaniter rursum tractauit meum iam caue ΔΔΔ νόσου κακόν, in senectute iam naturali morbo, & erat uexatio adhuc minime leuis. Mihi si qui sunt infensi, eo magis aequo animo hoc fero, quod immerito meo id non fieri sciam. Quod si maledicunt etiam, id ipsum quoque perpetiendum est, cum bene dicere non didicerint. non sciunt -n- cumuli canes os lascinia sonos edere. Quod mihi concreditur, id facio ut precer Deum aeternum: Ne proijciat nos a facie sua & spiritum sanctum suum ne auferat a nobis. Rogo salutes meis uerbis officiose collegas tuos DD Mauricium & Sebastianum. Bene Vale Lips. die XVII. Mensis Maij Joachim. Camer.

Reuerendo uiro D Laurentio Durnhofero
opt. artium Magistro, & Ecclesiae Christi
ministro, amico S. obseru. Wittebergae

S D. Et CL. V. D Casparum Peucerum & Hieronymum Rudingerum

Non edita

gerum istinc modo abesse puto. Cum autem plane ignorem quo in loco res apud nos sint, non potui facere quin pro nostra notitia aliquid literarum ad te darem, et abs tua humanitate peterem, ut me de omnibus faceres certiorem, inprimis de D Caspare et genero meo. Nos parvum cetum scholasticum adhuc retinemus in nostra Academia. Pestilentiae hic malum, Dei aeterni benignitate, sevum non est, sed nondum tamen tempore paulatim decrevit. Tabellarium istum brevi rediturum huc arbitror, ei igitur te oro, ut literas ad me scriptas dare velis et ea quae cognoscere cupio, mihi significare. De Cl. V quoque D Posomo nondum potui rescire, istinc constitisset et quid eo fieret. Ego, ut debeo, vestram Ecclesiam ac scholam commendo Dei aeterni tutelae, eumque oro, ut te et tuos clementer tueatur atque conservet. Vale. Lips. X die M Xbris

Joachim. Camerarius.

EIDEM.

S. D. R^de Vir. gratias ago tuae humanitati cum diligenter de nostris rebus ad me omnia perscripsisti, quae hic eramus plane ignari. de D Caspare Peucero ea quae significasti, bene facile cognovi ex quodam qui eum Stolpenae viderat. Atque peto ab humanitate tua, ut literas quas inclusi his tuis per occasionem studeas ad ipsum perferri. Itemque alteras ad generum generisque meum. Cum precibus tuis plurimis pietate coniungo meas. Et eo loci res esse incipiunt, ut ardentib. et assiduis illis opus sit, cum ad pestilentiae malum accedant clades bellorum. Cl. V D Posomi felicem partum honestissimae coniugis ex animo gratulamur ego et uxor mea. Puto autem iam reversum esse ad nos

= Non ed. Joach. Camer.

cl. quoque v. D. Abrahamum. Atque inprimis utrumque salutari verbis meis, teque una cum tuis bene valere. Vale. Lips. XIX die mensis Decembris.

[ ]

Joachim. Camerarius.

Reverendo Viro pietate, eruditione ac virtute praestanti Dn. M. Laurentio Dornbrosto, Antistiti & Ecclesiastae ad D. Aegidium Norimbergae suo Dno compatri & fratri observando & carissimo.

S. D. Reverende Dne Magister Laurenti, Antistes dignissime, compater & frater carissime: De tua adversa valetudine & multum periculosi morbi, item de luctu communi nostro ob exstinctum primum germen ex coniugio nostro cum invocatione Dei contracto exortum, quae ad me scripsisti, sane mihi maestitiam attulerunt non exiguam cum intelligerem te nescio quid maturioris emigrationis ais fingere & concipere ob commissionem catharrorum, quibus nos fere omnes perpetuo obnoxia turba, qui domi desidentes sine corporis exercitijs, cerebri agitatione & intentione perpetua, spirituum ministerium a coctionis & digestionis & egestionis tempestiva functionibus ad sensuum interiorum opera retrahimus, unde necesse est corpus ac praecipue cerebrum postea multis crudis & impuris halitibus crudis fumis repleri, infestantibus deinde iam hoc iam aliud destillationibus corporis membrum vel internum vel externum. Sed tamen illi ipsi catharri non tam cito occidunt eos qui eas eorum causas potius vitare & collectionem temperantia & alijs tempestivis remedijs corrigere student. Non igitur tam cito de longaevitate desperes, vel meo exemplo confirmatus, qui in assiduis huius modi

destillati

destructionum tamen spero & opto, quamdiu Deus volet. Tu multo
iunior, & corpore ac temperamento firmiore praeditus, nec tanta mole
occupationum & curarum gravatus, adhibita mediocri diligentia
tuendae valetudinis usu commodae ac convenientis diaetae & neces-
sariorum exercitiorum, Deo clementer adiuvante qui est vita nostra
& longitudo dierum nostrorum, poteris in longam usque senectam
Ecclesiae Dei in patria servire, idque ut tibi feliciter contingat, ex
animo Deum precor qui & luctum istum brevi, reddita alia so-
bole nob. ademptum in solidum & diuturnum gaudium convertat.
Tibi officium meum in communicatione Actorum quorundam Collegii
gratum fuisse, gaudeo, & pro missa pecunia expensa ad compensatio-
nem operae scribarum, habeo tibi gratiam, sicut & pro impetrata
mihi charta quam vendunt e Naumburgo ad me perlata, impedien-
ti aurigas Albis exundatione tanta quantam non viderunt acco-
lae multis abhinc annis, qui miserabilib. lamentis in utraque
ripa deplorant inenarrabilia damna quae pratis & segetib. & aliis
reb. corruptis illa immanis vis aquarum attulit. Sed nos &
hanc ipsam rerum iacturam una cum ipsis hoc alioqui difficillimo
tempore merito deploramus, sicut & iam effectum sentimus in
auctione pretii omnium rerum, imo etiam aliquarum penuria
ac defectu: & metuimus eventum hoc insolito excursu
Albis significatum, sicut & tua patria his experta est subitam
& insolitam progressi inundationem, tristes clades similes sub
secutas esse, quas clementissimus pater coelestis & ab his regionibus
& a nostra urbe & vicinia procul avertat. De Theologo
Tubingensi

Tubingensi, quo ipsum gloriari scribis, etiam ex aliis cognovimus & mirati sumus cum suos illos articulos, quibus cum L. Gallus alter confidit se tollere posse ex Ecclesia omnia dissidia, hoc plex. tum ac suo pingere & venditare aliis audere, quod illos D. Georgius Maior collega noster diappendice & citra exceptionem omnem approbaverit, cum D. Maior constanter & magna cum glorificatione affirmet, se tunc cum D. Jacobus ea capita renotanda secum in domum ipsius attulisset, lecto decumbentem gravissimos dolores sustinuisse, nec attendere recitationi potuisse, nec audivisse quicquam de illo novo & antiquitati incognito dogmate recitari ab ipso, nec voluisse recitatis & auditis subscribere aut suffragari solum ante collegarum suorum reditum, id quod expresse ipsi significavit tum voce coram, tum scriptis ad eum literis, quasque exemplum ab ipso petitum una ad te mitto. Viderit igitur ille conciliator dissidentium, quomodo illam suam gloriationem languidis inimicam falceris velit excusare apud eos qui suis rationibus tam vanam finxit, ex eo ipso, cui hunc nauum aspergit, aliquando cognoscent. Tu igitur Reverende domine M. Laurenti laude dignus es, quod fidem habere nimius illius assertioni noluisti prius quam exploratum haberes quid altera pars i contrario affirmet. Scribo tamen quod amico & collegae dicam meo in colloquio Wormaciensi, in ostino Nolaicanum parro, cum rei indignitas profecto bilem movere possit, scienti rem ita se non habere, ut multis, quantum intelligimus ab ipso persuasum iam est. Et quid non fieret nobis à Flacianis si eiusmodi eveniunt nobis ab amicis

&

& coniunctissimis. Sed haec scilicet, sicut & alia multa, quae nobis à diversis, mirabilibus artibus praeter meritum nostrum impo- nuntur & tribuuntur, ac pertinaciter sparsa, Deus iudicabit, & inno- centiae testimonium praebebit aliquando patefactis & profligatis molitionibus eorum qui deformatione & iniusta criminatione nostri, suarum opinionum & suae existimationis applausum & confirmationem quaerunt. Vobis molestam esse pro- lectionem actorum Colloquii Aldeb. facile credimus & recrea- mur, cum cognoscimus vos ex taedio, quod sola nob. adfert in- spectio scriptorum istorum, aestimare quam dura & nove ministran- da fuerit nostra conditio, quib. coram cum eiusmodi ... et implacabilib. ingeniis fere quinque menses depugnandum fuit, quae quidem adhuc non quiescunt, quin editis scriptis pub- lice nos proscindant & tetrorum errorum vel defensores à nobis vel in lucem revocatorum, nos accusent, qua alia ratione vix puto commodius os audax obturari posse quam si acta inte- gra bona fide semel emitterentur in publicum. Sed ne hoc facile suadeam movemur duab. rationib., meo iudicio non contemnendis, quas multae aliae comitantur, quarum prior ... Servire puto apostolicae Ecclesiae quae iam tot certaminum & dissidiorum acerbitate turbatam accipere nullis humanis reme- diis sanabilia quae ne augeantur cavendum omni studio. Altera causa quod communib. adversariis Papistis & Sectariis causa praebentur extollendi gloriationes & confirmandi spem iam dudum conceptam de nobis opprimendis in tot factiones

distractis

distractis & implacabiliter dissidentibus. Sed tamen cuperem vestrum quoque hac de re consilium cognoscere, Utrum censeatis e re integri Ecclesiae incommodo acta Collogij vnimerita publicari per St. ldg. at nobis amice ac fraterne impertiatis, R & Rx dum M. M. Marsilium officiose oro, quem vna cum Ceteris Collegis tuis & cohabitatore D. Joachimo Regio meis verbis salutat. imprimis vero Catharinam tuam & Conrentinm ac filias tuas. Bene ac feliciter vale tu quoque & vxorem meam Helenam q iam fermentum fere laborante hypocondriaco periculis tuis complectere. Data postridie Nonas Iulias Anno 1569.

Paulus Eberus.

Rdo & clariss. viro, virtute pietate & doctrina praestanti D Iacobo Andreae Sacrae Theologiae Doctori, & inclytae Academiae Tubingensis praeposito & Cancellario, domino & amico S. semper colendo.

Salutem per eum qui est salus vita & redemptio nra. Rde vir Dne & amice colende. Binas lras cum eodem nuncio per Rdm virum & patrem D Petrum Abbatem montis Parthenopolitanae missas accepi 7 februarij quarum priores datae erant Berga prope Magdeburgum 18 Ianuarij: posteriores vero 21 eiusdem ex Wolfenbuttel. Respondeo igitur breviter: Actionem de qua confecta est accepi, quas ubi collegae mei ex Colloquio Aldenb. huc redierint legemus & expendemus accuratius & de iis nostrum iudicium communicato consilio exponemus: neque enim nunquam quid quam praeiudicare volo nec debeo: Ideo totam ipsam rem Ceteris disscendam

rendam ut ad reditum meorum collegarum, id quod et tibi probabatur. Quando autem reditum sint collegae, incertum est. nam hesterno die primum gener meus D. Samuel Crellius num hic 14 dies fuisset, remeabit ad Aldeburgum ad glimandum inchoatum colloquium. Quare quid ante colloquij finem in Pbroli Dorneo golio utiliter agi possit, non video. Video in hac priori epta aliquoties repeti, me probasse articulos per te recitatos. Fateor me probasse eos de quibus hic apud nos controversia est et addere probare mutatis mutandis et ijs paucis verbis quae in mea doma lectione Pbrolium eo tempore cardiaco morbo laborans animadvertere non potui. Meminisse autem uir Exce me tum temporis propter morbum non potuisse audire recitare uolentem appendicem illam quam de maiestate hominis Christi articulis illis addis. Itaque non lectam nec auditam appendicem probare non potui. Si sanciendam est concordia, servanda erit aequalitas ex utraque parte, nec mentio ulla eius controversiae quae de maiestate hominis Christi fuit facienda erit. At valde metuo ne haec appendix impeditura sit eam conciliationem. Multi enim nolent relinquere antiquitatis doctrinam tot annis receptam et approbatam: de qua ubi soli conveniemus coram colloquemur. Probo enim tuum consilium ne soli primum conveniamus ubi redierint mei collegae. Interea donec colloquium fuerimus nolim mei attentes vel apud principes vel alios aliquos fieri mentionem, mei inquam ita a Flacianis deformati et apud omnium ordinum homines in summum odium adducti

Ego igitur

Cuis igr mea possit esse autoritas. & sunt quoq. alia rones quas tu pro tua sapientia ipse videre potes. Quod p hac tradi ona nra sollicitus es habeoq tibi gratiam, nec dubitabis vel nostra academica vel tuas Reverentiae viress defuturas nra officia & benevolentiam in re ulla q ad fovendum & augendum vestram dignitatem pertinebit. Si qd Schlusselburgius moverit habebit q respondebunt, velim tamen eum gerere ne quid suo aliorum tuae capiti. Doleoq & nos nobis & hac vita ereptum optimum & pijssimum principem non tam nostrum q totius Ecclesiae utilitatum, cui pietas vere cordi fuit. Hac libenter ora ad binas tuas tras scribo Reverentiam tuam oblecans ut hanc necessitatem scribendi in meliorem accipiat partem. Oro autem Deum toto pectore ut quod studium concordiae & gloriae in te accendit, simul ad Ecclesiae aedificationem & multorum hominum salutem gubernet & perficiat. Nihil in hac vita est qd ardentius Xpeltam q vel mediocrem Ecclesiae consensum. Bene vale. Witebergae. 8 februarij. 1569.

Georgius Maior.

Dn. L. Dunkofero.

S D. Reverende Dne antistes, compater & fr carissime. Pro tua consolatione pia & solida tibi reverenter gratias ago, quae quidem eo fuit apud me efficacior qd scio te idem genus aerumnae expertum esse & fortiter sustinuisse, Sed me non tam maeror ob amissam in hac aetate tam fidam sociam vitae affligit q morbis corporis, cuiq curam aliam invenire

non possum

non possum nisi duram meditationem & quassationem quam
expertus sum in reditu ex Aldenburgensi colloquio, cum nivibus
subito liquescentibus aquae sese in omnibus vallibus colligentes
vias publicas foede lacerassent & asperrimam meditationem effecis-
sent. Itaque catarrhi spinam dorsi et costarum juncturas ita ob-
sederunt ut acres mihi dolores gignant quos medici hactenus
nullis cremalis, potionibus fomentationibus emplastris tollere aut
mitigare admodum potuerunt. Nunc ad hoc decreverunt consilium
ut cum alicubi in dorso parvi tumores sese ostendant, eos stu-
deant ad suppurationem & exulcerationem perducere sperantes
hoc modo dolores ex tracta materia sedatum iri. Ego etsi video
periculosum esse tali in loco apostema aut fistulam fore, tamen
obsequor medicorum praescriptis & oro Deum, ut illa fiant salutaria.
De doctore Jacobo quae scribis paulo duriora vellem te moderatius
cum ipso agere ubi ad nos accesserit. Est enim vir talis qui placi-
de audit alios & patitur se moneri & cedit etiam alicubi ubi
veritatis evidentia videt se constringi. Mitto autem ad te
scedulam responsionem nostram ut videas quid respexerimus & quare
ipsius articulos neque approbare neque rejicere nostra suffragatione
voluerimus. Bene & feliciter vale, plura enim per corporis lang-
uorem addere non possum: itaque te tuosque omnes & collegas tuos
ac amicos & patronos meos Dei clementiss. protectioni & gubernationi
commendo. Data Witebergae. 15 Octobris. A° 1569.

Paulus Eberus ad omnes fere mihi prius consue-
tas operas alieno ministerio indigens & utens.
Itaque & hanc epistolam subito dictatam can-
dide accipies

Haec sua manu scripserat: epistolam ipsam amanuensis.

Mitto etiam ipsius D. Jacobi Andreae declarationem de persona Christi quam hic compositam nobis reliquit, in qua videbis eum multo mitius loqui quam antea est solitus. Sed utrumque scriptum sit apud te reconditum, ne resciscat D. Jacobus aliquid unquam communicatum fuisse.

Rdo & clariss. viro Dno Magistro Laurentio
Durnhofer in inclyta Norimbergensium Eccla
fideli ministro Christi, amico colendo
& fratri carissimo.

S. D. Non puto opus esse excusatione aliqua quod tardius ad tuas literas Reverende vir ac frater carissime respondeo. Nam quae fuerint occupationes nostrae aliquot menses cum hinc inde circumcursandum, & deinde ubi domum redii quae agenda fuerint iam pridem a literis ad te perscripta esse arbitror & puto ad te libellos orationum iam missos esse, quae a me in duabus promotionibus habitae sunt. Fuerunt celebres admodum, eoque quanquam mihi iucundius & gratius fuisset quam te quoque a me iam bene amico tuo sincero ornari hoc titulo honestissimo, sicut merebatur virtus & eruditio tua. Quae de statu Ecclesiae patriae nostrae scribis non sine dolore legi. Oro igitur Deum consentientes autorem ut salutarem concordiam nobis & vobis omnibus propter gloriam nominis sui restituat & turbatores Ecclesiarum tandem reprimat quibus unum studium est suorum & diversum omnia miscere & confundere. Doctori Crellio genero meo qui duabus promotionibus interfuit grata fuit salutatio tua qui & te reverenter & amanter salutat. Bene vale vir reverende & frater carissime. Wittembergae 20 Juny Anno C 1570. Reverendum Virum D. M. Mauritium

fratrem in Christo cariss. amanter saluto & si q alij nos diligunt.

Georgius Maior
manu tremula Bl.

Fideli Iesu Christi seruo D. Laurentio Dürnhoffero Norimbergensis Ecclesiae ad Sanctum Aegidium pastori, Dno ac symmystae plurimum obseruando.

S. Et sero & paucis tibi respondeo, Eximie uir, qd ultro ut ignoscere uelim mihi abs te condonari. Ita .n. me tota hac hyeme perpetuus maeror in his perpetuis gallicarum ecclesiarum calamitatibus exercuit, ut exemplo quotidiano meo duplici munere cui ut nunqz satisfieri, omnia pene neglexerim munia: & tam sero sum admonitus de huius nostratis tabellarij transitu ut longiores scribere nunc quidem non licuerit. Etiam tu uero mihi beneuolentiam pro humanitate singulari tua non tantum polliceris, uerum etiam reipsa missis ad me suauissimis literis tuis, testaris, eam scito me non tantum recipere uerum etiam cupidissime, sicuti par est amplecti, ac deinceps pro uiribus conseruaturum. De rebus nostris, pergit dominus hoc suorum exulum hospitiolum ut ita loquar, mirabiliter tueri. Etsi .n. tribus iam aestatibus pestis aliqua nos exercuit, mitius etiam nonnullae eius perexiguae reliquiae supersunt, adeo tamen leuis haec fuit castigatio, ut paternam esse uirgam plane simus experti. Schola nostra mirabiliter crescit sed ex aliarum multarum ruinis qd minime fieri mallemus, signi dum ita Domino uidentur. In Gallia post illam Cardycorum

uictoriam

uictoriam tantopere ab ipsis iactatam, nostrorum copiae, Dei beneficio ita sunt instauratae, ut nunquam fuerint adversariis formidabiliores. Huc accedit quod & in Africa & in Hispania Marij Philippum gal lici belli procul dubio auctorem ac fautorem primarium grauiter pre munt, & in Italia bonus papa nescio quid tumultus domestici molitur, quo ocia facilius pacem aliquam tolerabilem ab hostibus extorquebunt. Sed omnia sunt in manu Domini. Utinam resipiscere mundum uiderem. Tum sane felicioris status aliquid sperarem. Interea ipsis induciis quas singularis Dei nostri bo nitas largitur, atque in ipso perfruamur, & precemur ne nos quoque in ira sua corripiat. Mitto ad te nescio quid nostrarum id est chartacearum operum, exiguum uidelicet libellum, sed multa complectentem, quem te inspicere & diiudicare uelim. Ex duobus autem reliquis exemplaribus (tria enim mitto) unum uelim D. Camerario D. Joachimi filio tradi, alterum cum facere commode poteris ad D. P. Melium fortem in Transsyluania & Polonia Dei nostri athletam una cum meis literis transmitti. De D. Dudicio miror me nihil prorsus intelligere, ut plane ne sciam ne quid ipsi humanitus contigerit. Si quid de eo cognoueris rogo ut mihi significare non graueris. Bene uale Vir eximie, & frater ac Domine merito tuo obseruande. Geneuae, VII Idus Martij 1570. Tuus Theodorus Beza.

EIDEM.

2 S. Haec ad te paucis & summa festinanter exaraui mi frater & domine obseruande, partim fouendae nostrae amicitiae causa partim etiam ut si fieri potest efficias ut de D. Dudicio nostro

nostro tandem aliquando nonnihil audiam. Sperabam .n. ois
fore ut superiorib. nundinis nonnihil literarum ab eo acciperem,
quae expectatio quoniam me fefellit, vereor ut sit interceptus
alicubi epigrammatum meorum fasciculus quem ad illum ut nosti
iampridem misi, vel potius ne quid ei humanitus contigerit,
nisi forlasse libro ipsius aliquid perierint. Eadem me cura torquet
de D Trechio, optimo viro & mihi amicissimo, quem tibi quoque
non ignotum opinor, quique mihi primus D Dudithij amicitiam
conciliavit. Itaq. si quid de illis quorum salus mihi carissima est,
audire ex te potuerim, magna molestia me liberaveris. Quod ad nos
attinet, pergimus in pace Dei beneficio. Pestis nonnihil interdum
minatur sed ita ut vix sentiatur. In Gallia multi & varij
fuerunt sermones de pace, sed insidiosi omnes & fallaces, quamquam
non desunt ex hostibus qui pacem confectam hisce diebus affirment
quod tamen mihi nondum potuerunt persuadere. Nostri interea
plane instaurantis copijs cis & trans Rhodanum non procul.
Avenione satis feliciter rem gerunt, nisi hoc bellum utrumque
res cadat, gallici regni cladem secum trahat. Verum quid fa-
cias? Pharao ne tot quidem plagis sapere didicit. Ita quoque &
nos Phryges (sic .n. Gallos ad genus suum referre fabulose, ut
opinor, consuevisse) non sero ut veteris habet proverbium, sed
nunquam opinor sapiemus, nisi extraordinaria quadam clementia
Dominus erga perversissimos & desperatissimos sui nominis hos-
tes agat. Nos vero utinam per medias tempestates in portum
tandem aliquando provehamur. Bene vale mi frater, & Dne

observande

obseruande. D. Camerarium velim vt meo nomine reverenter salutare iubeas. Dominus Jesus nos custodiat ab omni malo. Geneuae 9 Maij. 1570. Tuus Beza.

## EIDEM.

3 × S. Sceleratum illum quo neminem vnquam arbitror extitisse vel impudentiorem plagiarium vel audaciorem calumniatorem semper iudicaui non tam ex aliorum indicijs quam ex tot farragi-num ab ipso editarum inspectione excitatum se magna cum cero-nis officina, Deo sic cogitante quosdam aduersus communem Eccle-siarum Concordiam coniuratos in reprobum sensum tradere, ac ius-tis tandem poenis sua ipsorum opera vlcisci. Nec enim alios fere video ab homine isto fascinatos & ab ipsius factione oppugnatos quam quibus summae curae fuit pacem quae inter bonos & doctos coalescere coeperat, tribunitijs clamoribus & conuicijs quoquo terrigenae modo op-pugnare impedire. Itaque etsi tibi tranquillitatem & quietem maio-rem opto, quando tamen te nunc in Germanico concilio, gratu-lor tibi eorum odia quibus displicuisse magnum esse existimo verae pietatis & integritatis argumentum. Constituit autem Dominus istis quoque malis suos fines ac terminos quos transgre-di non poterunt. Interea facis quod fidelem Dei seruum decet, quum Dei qui te vocauit authoritatem ac mandatum pri-uatis omnibus commodis anteponis. Quid enim aliud praeclari isti Ἐυδώλαι moliuntur quam ut optimis quibusque vel aperta vi vel importunitate extrusis omnia sursum deorsum vertant, homines quamuis res cedat dummodo rem faciant. Ecce vero istiusmodi doctoribus dignus est mundus,

& nisi pio quodam συγκρητισμῷ & istis turbatoribus & aper-
te impijs illis Christi non tantum crucis verum etiam personae
inimicis qui Polonicae & Transsyluanicae Ecclesias maxima iam
ex parte oppresserunt, occurratur: nisi denique plena illa spiri-
tus veritatis serio commonefiant principes ἵνα τὰ τοῦ θεοῦ πρεσ-
βύτερα ποιῶνται ἢ τὰ τῶν ἀνθρώπων non dubito quin iste
ἀλάστωρ ex inferis ad hoc ipsum opus, iusto dei iudicio emissus
uas mox excitet tragoedias prae quibus nostrae illae gallicae quan-
tumuis horrificae quas multi hodie tam securae & otiose spectant
ludus sint & iocus. Sed utinam sim potius falsus uates. Deum
autem precor ut pro bonitate singulari sua mitiget poenas pecca-
tis nostris debitas, teque & caeteros fidos uerbi sui ministros
seruo illo suo spiritu magis ac magis fulciat ac confirmet.
De d. Dudithio gratum fuit quod affirmasti redditum ei fuisse
nugarum nostrarum fasciculum. In ijs quas d. Gabrielis Schlüs-
selbergeri communis amici nostri opera nuper accepi (quem
etiam uelim meo nomine quam officiosissime salutari) iunc-
tam d. Dudithij sed anno toto uertente scriptam. Si quas ad
me postea acceptis meis libellis dedit, uereor ut earum
fraude sive interceptae qui multo magis metuo ne hominem
ipsum interceperint. Hoc non temere dico. Siquidem ita illum
perturbatum esse uideo ut mihi quidem uideatur de regredi-
endo potius quam de progrediendo cogitare. Hoc inter nos dictum esto.
Scripsi .n. ad illum copiose & accurate & spero mihi per eum
ipsum responsurum a quo literas meas accepit. Interim

uelim

velim D. Camerarium nostrum qui familiariter nobis est, nullā
occasionem eius prudenter commonefaciendi praetermittere. Scio
n. illum à nostrorum coetibus abstinere capitis & perditos quos
dam admittere ut non parum verear ne sibi & nobis pereat,
quod ego quidem & ipsius, cuius ingenium & eloquentiam amo,
& Ecclesiae causa aegerrime ferrem. De meo libello, sperabam
fore ut bonis non displiceret, nunc vero etiam placuisse
gaudeo, & opto ut res tota redeat eius gloriae qui inutilis servi
sui operam hac in re adhibuit. Hortantur nonnulli ut addam
tractationem de sacramentis. Ego nondum huc adduci potui,
quod adversarios videam in hoc argto non tam scientia indigere
quam conscientia recta quae ab uno Deo à nemine suppeditatur. Edam
his nundinis favente Deo, quinque illos Athanasij dialogos de
Trinitate graecolatinos, nunquam antehac excusos, quibus adiunxi
quinque optimos Basilij libros adversus Eunomium etiam à me
interpretatos. Vetus n. interpretatio, meo iudicio, a nemine
intelligi potuit. Hos utinam Ecclesiae Dei prosint, quam sane
opus est veterem illa pernosse, ut ijs haeresibus & blasphemijs
occurramus quas Satan interpolatas nobis obtrudit. Etsi aū
tem veteribus graecis & latinis saepe usu venit ut propter
graecam editionem & hebraicae linguae ignorantiam, & dum inten
tissime in id unum respicerent qd defendendum merito suscepe
perant non satis apposite nonnulla citarent, tamen faten
dum nobis est sic ab ijs fuisse pertractatum hoc argtum ut
vix una sint admodum quae nostrae memoriae Theologi prae
illis

illis hac de re tradiderunt. Et quamvis scholastici non infelici-
ter hanc partem tractarint, malim tamen spinosam illam bar-
bariem vitari et auditam intempestivam audiri. Quae ad me
misisti doctissimi nominis viri placuerunt. Video enim recte et
vere scripta esse, et quamvis non per omnia iisdem formulis, nec ea-
dem methodo in rebus explicandis utantur, agnosco tamen in
ipsa doctrina summum consensum quo incredibiliter delector, et
λογομαχίας vitandas iudico etiamsi proprietate verborum et
exacta methodo pro mei qualiscunque iudicii modulo capi so-
leo. Quod ad rerum nostrarum statum attinet, domi qui-
dem satis recta omnia. Pestis enim etsi reliquias nonnullas su-
perstint, sunt tamen perexiguae ac pene nullae. Tantum
mihi dolet quod haec nostra schola et similes non nisi ex alia-
rum ruinis crescat. Superiore mense satis bonis conditionibus
inter vicinum regulum et hanc remp. ad certum tempus
transactum est Bernensium sociorum interventu. Hoc utinam
satis sit firmum, nec illud Demosthenicum verum esse perpetuo
experiamur quod et vos istic plus satis sensistis. In Gallia
perge dominus ista sua iudicia exercere. Totos sex menses
et amplius actum est de pace, sed iis conditionibus, quibus
merito semper nostri responderunt, esse quamvis mortem
anteposituros. Interea nostri, Dei gratia insperatis copiis, mul-
tisque in Occitania prospere gestis rebus nunc ad quodvis
discrimen subeundum comparati non procul absunt Lugduno.

Hostes

Hostes interiecta Ligeri, copias, copias etiam suas instruunt. Interea ut nunc quidem omissa est actio de pace, sed quam optare multo facilius quam sperare possim. Dominus tandem suorum misereatur. Sed ecce pene oblitus eram gratias tibi agere de icone ad me transmissa, nempe ut non animi tui duntaxat imaginem habeam in tuis literis expressam, verum etiam corporis ipsius simulachrum habeam ob oculos. Pro hac in me benevolentia singulari tua non habeo quod offeram nisi quod iam tuum et pene mancipio et nexu, totum scilicet integrumque, utcumque quantulus cunque est. Bene vale eximie vir. Dominus te custodiat ab omni malo. Genevae. 21 Junij, 1570.

Tuus Beza.

## EIDEM

X4

S. Non potuit optari nuntius hoc nostro D. Balbano vel promptior vel magis idoneus. Cogit me tamen praepropera ipsius profectio paucissimis ad ternas tuas literas respondere. Reddita etiam sunt mihi Aldenburgensis Colloquij disputationes, de quibus omnibus magnam gratiam habeo, itemque de libello a fratribus Witebergensibus nuper edito, unus etiam exarata antea acceperam. Sustineat pios dominus et fulciat suo spiritu adversus praefractam istam impudentissimorum pseudoprophetarum impudentiam, quos manifeste apparet Satanam voluit ex ipso putei barathro evomuisse ad opus domini interturbandum. Sed de his brevi ad te plura. Pestis strenue exercuit meam familiam superiore anno, adeo ut mihi uni pepercerit. Sed benedictus dominus et pater cle-

men

moestissimus, qui supra vires tentari me non passus est, uxore
nobis ex ipso sepulchro educta, quam ego sterilem quidem, quando
ita deo visum est, sed alioqui optimis moribus praeditam
sum nactus. Civitas ipsa iam bene tuta, quamvis interdum
nonnihil istius mali repullulet & satis magna sit annonae
caritas quod malum utinam nobis non sit cum tam multis com-
mune. Hoc ego accidere non miror, sed potius tantam esse
Dei patientiam admiror, quum mundus prorsus iam sit insa-
nabilis, ut qui nec bonitate moveatur nec iudicijs terreatur.
Precemur id unum igitur, ne nos quoque in furore suo involvat.
Quod de D. Calvini consilio ad status Imperij misso intelle-
xisti verum est. Sed hoc quidem verum est insignem nos-
trae religionis confessionem ab eo tum scriptam fuisse & Ec-
clesiarum gallicarum nomine exhibitam a Condensis principis legato.
Eam ego ad te una cum alijs, id est cum Athanasio nostro & alijs
libellis brevi deo favente mittam. Interea bene vale Vir
eximie & frater plurimum observande, ac nos amare perge.
Stratenus noster iam est Heidelbergae, ad quem tuas mihi red-
ditas misi. Iterum vale. Genevae. 18 Febr. 1571.

Tuus Beza.

## EIDEM.

5

S. Domum dei beneficio reversus, Vir eximie literas ad
me tuas offendi quibus magis ac magis tuam in me be-
nevolentiam declaras, quam ut porro conserves etiam atque
etiam precor. Mitto autem nunc ad te illud ipsum D. Cal-

vini

tuum scriptum, opinor quod requiris, nec iniuria, meo quidem
iudicio abs te expetitum. Complectitur enim breuem et perspicuam
accuratam simul ac moderatam scriptam nostrae religionis summam
ut in hoc quidem scribendi genere nihil melius extare mihi per-
suaserim. Defensionem aduersus Pighium scriptam mit-
tam si voles. Sed habere te malim opusculorum volumen quo
omnia illa comprehenduntur. Nescio an id possis istic nancisci, quod
si non potes, curabo facile ut ad te perferatur. Mitto etiam
Confessionem ab eodem gallice scriptam et ad Imperij ordines
missam, quum Maximilianus nunc Imperator Rex Romano-
rum crearetur. Puto enim te facile istic posse interpretem
nancisci. Caeterum quod ad synodum ipsam attinet, quoniam
eorum quae ibi acta sunt summam D. Herdesiano scripsi et
infinitae pene literae hoc ipso tempore mihi scribendae sunt,
cogor a te petere ut hoc petas ex meis ad illum literis.
Quod ad statum rerum nostrarum attinet duplicatum est
apud nos tritici pretium, apud vicinos etiam triplicatum.
Itaque haec ciuitas volens alioqui frumento maxima ex parte
επιεικατω bonum pro malo nunc multis rependens, quasi sit
commune huius regionis horreum. Contagio, per dei gratiam,
desijt cum iam sextum cepisset, detecta maxima sceleratis-
simarum ueneficarum coniuratione de quibus quotidie poenae
sumuntur. Quam horrenda vero ac pene incredibilia istae
commiserint, aliquando plenius ad te scribam, ut Satanae
rabiem extra omnibus seculis inaudita intelligas. Interea

bene vale vir doctissime & frater plurimum observande. Dominus
te magis ac magis confirmet in opere tuo, furiosos illos verita
tis adversarios compescat, te denique ac tuos ipse omnes ab
omni malo expediat. Genevae ipso die pentecostes. 1571.

Tuus Beza.

## EIDEM.

S. D. Kirchhauserum quem tu mihi postremis tuis literis
commendabas (ad has enim iam nunquam respondeo, interceptis
illis, ut video quas ad te postremas misi) illum inquam, mihi
abs te commendatum non vidi, libenter alioqui effecturus
ut literas apud me tuas maximum habuisse ponderis intelli
geret. De Saxonicis certaminibus idem atque tu iudico, scilicet
tum dominum huic malo mederi posse, quum eo res redie
rit, ut si forte convocetur synodus, vel maior pars melio
rem sit superatura, vel minor maiori malignorum cessura.
Si inter principes in hac re curanda probe conveniret, id est
si fieri posset quod ego minus futurum potius arbitror, forta
sse inveniri posse cogendae synodi ratio in qua veritas
audiretur. Verum quis hoc nobis praestabit? Imo quam vereor
ne a verbis ad arma tandem deveniatur? Nam id certe
videntur rabidi illi homines prorsus spirare, & hoc iudicium
Domini meretur tam diuturnus iste tamque immedicabilis
tum legis tum Evangelij contemptus. At nobis interea cu
randum ne quis nostra negligentia pereat. Vigilemus, pre
cemur

peremur, precemur denique culpam, ne cum mundo pereamus.
De rebus nostris & gallicis copiosissime ad D. Herdesianum scripsi
quem rogo ut te omnium illarum participem faciat. Hinc
cognosces quibus & nos tempestatib. iactemur, quandoquidem
hec nostra conditio est, quamuis Dei beneficio singulari & puram
doctrinam & tolerabilem disciplinam & magistratum quoque
plane pium & religiosum habeamus, qb. plurimis maximisq.
bonis utinam ne nos ipsos nostra ἀχαριστίᾳ priuemus.
Mitto ad te duo exemplaria nostra cuiusdam in Selneccerum
scriptiunculae quam spero tibi non ingratam fore. In his publi-
cis nostris calamitatibus nihil preterea hac aestate scripsi. Editur
alter mearum lucubrationum theologicarum tomus cui nonnul-
la aduersus plagiarium meum Illyricum, ac fortassis theo-
logicas aliquot epistolas adijciam. Quod autem in postremis
tuis literis adscripsisti, ut quidam in memoriam reuocem quod
prioribus literis a me petieras, uenire mihi in mentem non
potuit, cuius ea de re multum cogitanti: nec mihi literas
illas tuas nunc reperire in schedis meis latitantes licuit.
Si illud est quod de Caluini quadam confessione & consilio statib.
Imperij oblato scripseras puto me iam tibi quicquid illud
est significasse ac etiam misisse. Sin aliquid est aliud,
uelim ut hoc tute mihi rursum in memoriam reuocare ne
graueris. Nec enim quicquam in me situm est, quod
non ultro tui causa fecerim. Bene uale reuerende uir & frater
in Dno plurimum obseruande. D. Iesus te tuosq. omnes
seruet. Dn. Camerario uelim meae responsionis exemplar
offerri

20

offerri, quem etiam reuerenter saluto. Geneuae, 21 Nouembris. 1571.

Tuus Beza.

EIDEM.

Reuerende uir & obseruande frater, Scribo haec ad te occupatissimus. Accepi literas tuas, fasciculum autem illum librorum non item, aurigarum ut opinor culpa, de quibus omnes nunc conqueruntur, ut qui ne nunc quidem pleraque superiorum nundinarum merces acceperint. Interim tibi gratias ago ingentes quod haec ad me mittas quae alioqui prorsus ignorarem. Sed ualde mihi dolet quod nostra lingua scripta neque per me possim intelligere, neque per interpretes, quos hic paucos & rudes habemus, quamquam in illis pleraque eiusmodi esse uideo ut a me ignorari quam sciri malim. Selneccerj scripto impurissimo spero me non nihil responsurum. De caeteris Dominus consilium dabit. Bene uale mi obseruande frater. Dominus te expediat ab omni malo. Uale inquam & me Deo assiduis precibus commenda. Geneuae. 15 februarij. 1572.

Tuus Beza.

EIDEM.

S. De terris tuis Reuerende uir non est quod sis sollicitus. Ternas enim eodem pene tempore accepi, paulo post meas illas ad D. D. Christophorum datas. Censeo autem ut deinceps alter alteri per uestros huc Lugdunum proficisci solitos scribamus, quod haec uia tum breuissima tum etiam tutissima uideatur. Caeterum etsi tristissima sunt quae mihi significaras

ac

ac prorsus inexpectata (crediderami n. omnia illa pessda acta esse in ipsius principis orulis, & optima cum ipsius gratia) tamen cum innictam esse veritatem constet, & a condito mundo fere consueverit vera Ecclesia a Regib. & principib. oppugnari, non est quod isti Satanae conatus magnopere nos perturbent. Tantum precemur dominum, & fratres confirmemus, quorum quo graviora fuerint certamina, eo gloriosior erit, si modo perstiterint, triumphus. Habet dominus Deus noster corda principum in manu sua & ea quae doctrinae adversariorum vanitas ut stare sane diutius nequeat. Imo ne ipsi quidem sese diu tolerabunt. Unum me terret quod homines videam dignissimos esse quos Dominus spiritu erroris & vertiginis mancipet quod iudicium exerceri iam videmus. Multos etiam pro spirituali metu hominum conrussum iri. Sed solatur nos immotum illud sigillum Domini: Novit Dominus qui sint sui. Quod ad me attinet spero mihi adfuturum Dominum ut eius veritatem ad extremum usque halitum pro modulo meo tuear etiamsi mille anathemata in nos isti iaculentur, irrita sane futura & in iaculatorum ipsorum caput reversura. Sed necesse respondi prout in tanta festinatione licuit & multo fateor modestius quam ipsius incredibilis insitia tum impudentia mereretur. Sed sic nos decet ut coram Deo & bonis coarguatur istorum improbitas. Scripsi etiam privatim ipsi Illustrissimo Electori, itemque Landgravio. & quamvis coniiciam quid minus quidem sim responsi auditurus, tamen iuvabit me conscientiam liberasse, nec propterea desinam (favente Deo) omnis mihi impositum tuestimore. Mitto ad te bina ipsius respon

sionis

sionis exemplaria & totidem D. Hordesiano. De rebus gallicis nihil non laeti accipimus, Dei beneficio. Nos quoque meliore iam conditione sumus quod ad contagionem attinet & de publico etiam statu boni quidpiam speramus, nisi forte peccata nostra impedierint. Tantum hoc nobis clementissimus pater tribuat, ne in furore ipsius corripiamur & salva erunt omnia. Bene vale Reverende mi & frater in Domino plurimum observande. D. Iesus Satanae furorem cohibeat, detque nobis in dies pacem tum salem & certam spem sperare. Genevae 27 Martij. 1572.

Tuus Beza.

## EIDEM.

Mitto ad te reverende mi quae abs te postulari mihi D. Schlusserbergerius noster mihi significavit, excepto libello de reliquijs quem hic nancisci latinum non potui, neque in librariorum officinis, neque in amici ullius bibliotheca. Adieci autem caeteris alterum mearum lucubrationum volumen quod munusculum velim tibi non ingratum esse nullo quidem vel meo vel ipsius merito, sed ut mutuae nostrae in Domino coniunctionis monimentum. De rebus nostris & gallicis plenissime ad D. Hordesianum nostrum scribo. Hac hebdomade transituri sunt per nostram viciniam hispanorum & italorum peditum cohortes ut aiunt triginta quinque, equites non itidem mil. le quas copias dicunt recta in Belgicum contendere, scilicet ut his sequestribus cum Aurantio transigatur. qui utinam

Gallorum.

Gallorum saltem exemplo & perfidia edoctus a multo versutioribus hispanis sibi caveat. De polonia valde sumus solliciti, ne vel civili bello misceatur vel ultro sibi malum immedicabile accersat, Deo sic scilicet blasphemias tot detestandarum haereseon illic renovatas vindicaturo. Sed utinam potius mitiget Dominus poenas peccatis nostris debitas, & ut nos castiget, suo tamen illo terribili & inexpiabili furore servos suos non involvat. Epigrammata in magnum illum Heroem & beatum Christi martyrem quae ad me misisti singulare tuo in omnes pios charitatis testimonium libenter legi ut & aliorum amicorum. Scripsi & ego nonnulla quae Annaldi calumniis virulentissimis opponantur, & brevi, ut spero, expressa curabo vobis reddenda, ut sua bonis laus asseratur, habeant autem scelerati & apostatae de quibus doleant. Bene vale & me quod facis mutuum ama. D. Iesus te custodiat ab omni malo. Genevae, 12 May, 1573.

Tuus Beza.

Accipies etiam una cum ceteris exemplar responsionis Porti nostri ad Carpentarij apostatae epistolam. Nisi vobis existimarem istic satis esse pauperum, nostros praesertim pauperrimos fratres, Ecclesiarum pastores, tibi id est bonis & locupletibus qui istic sunt, tibi jam pridem commendassem, quos ad sexaginta numeramus in hac parte praeter quadringentas aliis familias ejectos. Ignosce quaeso & impudentiae meae & tot ministrorum egestati.

10

EIDEM

S. Reverende vir, idemque frater observande, spero iampridem esse tibi redditam pecuniam ab illo nostro [illegible] istic accep-

tam

tam, quo beneficio & illum & me aliosq. permultos tibi plurimum de,
vinxisti. Spero etiam D Herdesianum nostrum tua illa scripta ex D
Gabrielis manibus accepisse, quorum editionem avidissime expecto, nec
illorum duntaxat, sed etiam eorum quae hic sunt admodum men,
dose maximo cum meo dolore excusa. Hoc autem incommodum
mihi cum illo commune esse satis superq. probat alterum lucubra
tionum mearum volumen, usq. adeo indoctissimi cuiusdam ho,
minis culpa corruptum & penitus depravatum ut illud inspicere
sine indignatione non possim. Sed haec qq. sunt nob. concoquenda.
De rebus nostris, valde auctum est tritici pretium impeditis
perpetuis pluvijs frugum satione. Vini vero tum penuria tum
caritas est incredibilis adeo ut aquam puram bibere plerique
quod coniicio nullus hic sit usus. Hinc consequuturos vari,
os & non facile curandos morbos probabile est. quibus castiga
tionibus utinam tandem aliquando mundus corrigatur. Illud
inter caetera valde mihi dolet quod tot miserrimis fratribus
quos tanta illa tempestas penitus nudos in hunc portum eie,
cit, inter nos adhuc numeramus pastores ad quadraginta,
vix tenuissimum victum suppeditare licet. Hoc me apud te
commemorantem, mi frater, rogo ut pro tua charitate feras,
qua de re nonnihil etiam cum D Gabriele nostro quum
huc transiret agere me necessitas ipsa perinvitum coegit,
si quid etiam istinc subsidij forlasse nancisci possemus. Sed
haec obsecro inter nos scripta sunto, & quidem ea conditione ut
non emanent longius, nisi forte quo ad eius fieri possit commo
de.

de iudicabis. De rebus Gallicis. Rupellani Dei beneficio repulsis hostibus quorum ad minimum viginti quinque millia ibi perierunt & accepta qualicunque oblata pace ut respirarent, optime habent, refectis moenibus, resumptisque animis si forte iterum ante frontem rursus petantur. Reliquae Ecclesiae a Pyrenaeis montibus ad Rhodanum & ad Viennam usque nostram, rebus supra quam credibile sit feliciter gestis, nova confoederatione coniunctae (Sunt autem non pauciores ducentis in quibus urbes etiam Episcopales & alia aliquot munitissima censentur) tandem in id consenserunt ut certo loco utrinque de pacis conditionibus disceptetur & interim ab armis abstineatur. Cuius porro conventus quis sit futurus exitus tempus ostendet. Mihi videntur ea redacta illic omnia ut in praesenti statu regnum illud permanere diutius non possit, ne si quidem ex humanis coniecturis iudicium fiat. Sancerrani in medio regni siti famem perpessi quanta ne illa quidem Saguntina fuit, tandem in deditionem certa pecunia summa persoluta recepti, contra fidem datam eversis urbis moenibus & tamen dato gubernatore fortunis omnibus spoliati sunt. In istis tantis perturbationibus non pauci animum recipiunt, etiam ex iis qui dominorum metu desperarant, adeo ut non uno loco rursum haberi conciones coeperint, et iam nonnulli pastores ad suas oviculas redierint. Hic est igitur illarum Ecclesiarum status quas vehementer rogo ut assiduis precibus Deo commendare non desinas. Caeterum fasciculum quem una cum istis literis tibi redditum arbitror, obsecro

ut

ut Cracoviae D. Thretio nostro, tuto & quamprimum reddendum cu-
res, quod quaedam contineat quae illi tempestiue cognosci magno-
pere illorum interest. Quod si quid vicissim ab illo ad nos mis-
sum acceperis, peto abs te pro mutua nostra amicitia ut fido
cuipiam istinc ad nos perferendum committere non graveris. Sel-
neccerum audio nescio quid nunc quoque scripsisse quod neque
adhuc vidi, neque magnopere mihi curandum arbitror. Libel-
lum meum quendam epistolarum puto iam ad vos
peruenisse, de quo iudicium tuum libenter audiam. Nemi-
nem certe sic offensum uolui, sed omnibus potius prodesse
studui, quae expectatio utinam ne me fefellerit in tanta
iudiciorum non modo uarietate sed etiam repugnantia.
Spero tamen omnibus aequis iudicibus uoluntatem saltem
meam probatum iri. Bene vale frater plurimum obser-
uande. D. Herdesianum, singulare reip. vestrae adeoque
totius Ecclesiae ornamentum, si forte istic erit, itemque D.
Camerarium & D. Gabrielem rogo ut ex me quam officiosissime
salutes. D. Iesus benedicat tibi ex alto, tuisque laborib. magis
ac magis benedicat. Geneuae. 15 Nouemb. 1573.

Tuus Beza.

## EIDEM.

11

Quum tuae quoque pietati commendandi viri curae esse sciam
hanc Ecclesiam, & Gallicas itidem omnes nobis vicinum
huius nostrum sine meis ad te literis Sangallum peruenire

unde istae

unde ista ad te commode perferri possint, quod ita nunc res ferant
ut nostris precibus vel maxime indigeamus. Hostes ubi sese ne
nunc quidem aperta vi effici se posse animadverterunt quod
iam a se confectum arbitrabantur ad illas suas pacis artes se
conversi. Itaque nunc de pace, coactis omnium civitatum quae
sese armis tutatae sunt legatis, una cum quibusdam a Rege
delectis deliberatur. Petunt nostri plenam exercendae reli
gionis libertatem sibi concedi & de carnificinae illius cau
sis cognosci. Adjiciunt quicquid ad sui securitatem
necessarium esse arbitrantur. Haec autem omnia ut ipsa
necessitas ab adversarijs extorqueat, quam firma tamen
futura sint facile est tum ex praeteritis tum ex ipso Regis
ingenio, tum ex hostium sermonibus ipsis perspicere.
Itaque rogandus si unquam alias Dominus ut improborum conatus
infringat, suis autem eam & prudentiam & fortitudinem ad
largiatur quae in tantis praesertim deliberationibus opus est.
Quod ad nos autem attinet, ad tritici caritatem & incredibiliter
auctum vini pretium (quae mala sunt nobis cum plerisque
alijs populis communia) accedit etiam tum vicini nobis
principis odium perpetuum, suos cum nostris commercium
magna ex parte prohibentis, tum illa ingens huc refugi-
entium fratrum turba inter quos alendi interdum nobis sunt,
nunc ministri seminudi ex hostium gladijs erepti plures quam
quinquaginta. Galli nunc etiam plures triginta numeramus
quibus sumptibus et damnis; quamvis Helveticarum Ecclesiarum
liberalitate adiuti nunc plane consilij inopes sumus, ideoque

ad nos neq. recurrere cogimur, ut si modo tibi commodu &
libenter aliquid istic a piis nonnullis conferri ad hunc tam
necessariae charitatis usum posse existimaveris, tuam hic
operam Christi laborantibus membris impendas. Hoc autem etsi
te quam libentissime pro tua pietate facturum scio: tamen
vehementer & te & ceteros quos hac de re interpellabis obtestor
ut hanc nostram importunitatem quam ipsa nos necessita-
tis coëgit aequi benigne consulant. Literas alias meas
cum libellis fasciculo inclusis spero tibi bona fide esse red-
ditas, quarum etiam vecturae pretium persolvi. C X D
Herdesiani silentio coniicio adhuc illum istinc abesse. Velim
autem optimum & doctissimum virum, ubicunque sit, &
me quoties ad illum scripseris, itemq. ceteros istic mihi
plurimum observandos dominos & amicos, quam officiosissime
abs te salutari. Bene vale Reverende vir & mihi pluri-
mum observande frater. Dominus te cum tuo ministerio magis
ac magis benedicat. Genevae. VI Decemb. 1573.

Tuus Beza.

Rogo te ut literas occupa-
tionib. assiduis tribuas.

EIDEM.

12

Ago tibi magnas gratias Clarissime vir & integerrime frater
de hac tua in nos perpetua benevolentia quam nos
quoque mutuam conservabimus. Rogo autem vehementer ut
quod de collecta, urgente necessitate scripsi, boni consulas.
Cum qd

Quicquid subsidioli miseris multum erit in ista pauperrimorum fra-
trum multitudine, ac praesertim ministrorum profugorum inopia qui tamen
plerique ad suarum ecclesiarum colligendas reliquias redierunt. Etsi
n. grauissima fuit istius tam repentinae laniena calamitas, uideo
tamen Dominum sibi reliquias seruasse, qui territandis et secundum
carnem hostib. sufficiant, usq. adeo misericors est in suis etiam iudi
cijs Dominus. Fasciculum illum tibi iam redditum spero, quem
nondum acceperas extremo Decembri quum ad me postremas dares.
Tabellarium n. cui nomen est Iohannes Fisch audio in uia morbo
fuisse impeditum quo minus tam cito ad nos perueniret. Si
quid responsi Cracouia acceperis rogo ut ad me perferendum
cures. De rebus gallicis et alijs copiose ad D Hardesianum
nostrum scribo, ex quo uolim ut quicquid hoc rei est cognoscas.
quod huius tui literas istas commisi profectio subita eadem illa
describere me non patiatur. Cuius in Esaiae Commentariorum
exemplari desideras una cum istis mitto, itemq. errata quibus
annotatis alterum mearum lucubrationum uolumen facilius intelli
gas siquidem aliquando inspexeris. Nam mira certe fuit
in illo excudendo Typographi nostri negligentia. Accipies et
folium unum libelli mearum epistolarum in quo epistolam 46 altera
substituta certis de causis tollendam curaui. Bene uale Vir
clarissime et integerrime frater. D Iesus te tuosq. omnes custodiat
ab omni malo, tuisq. laboribus magis ac magis benedicat. Ge
neuae. 12 februarij. 1574. Tuus Beza.

D Camerarium, itemq. D Schlusselber
gium rogo ut ex me officiosissime salutes. Nobilis ille quem

istac

istac transeuntem [illegible], pro vestra humanitate, anno superiori iussistis salutem mihi nunciavit a quodam tuo collega cuius nomen dolet mihi excidisse. Spero autem cum tibi non fore ignotum ac proinde precor ut iussisse illum meo nomine resalutes, eique fausta omnia precaris. Quod dixisti indici Elsaico mox mittetur.

EIDEM. 13.

Nactus ex insperato hunc tabellarium tibi ut uides negligen-tissime rescribo quod abs te uelim aequi bonique consuli. Literas tuas datas ad 15 Martij non ita pridem accepi, id est ante dies cir-citer decem. ac paulo post etiam alteras D Herdesiani nostri cum auriculo libello Heidelbergae nuper remisso, cuius scriptoris utinam caetera quoque breui prodeant. Quod de illa collecta laboratis, gratias ago perpetuum nostrorum atque totius Ecclesiae ualde in his mem-bris laborantis nomine. Librum epistolarum mearum nobis red-ditum non esse non possum satis mirari. & cui tabellario commissae fuerint antea tibi significaui. Non est tamen cur hanc iactu-ram aegre feras. Sed uehementer te rogo ut quum Thelio meo reddita sint, illum quum licebit urgeas, ut tandem aliquando responsi aliquid ab ipso accipiam. Gratum etiam mihi feceris si quid certi de rebus polonicis ad me perscripseris. Stancari responsionem omnium nisi fallor ineptissimam tandem sum nactus. Audio etiam alium quendam nescio quid in me edi-disse cuius tamen autor sit Kemnitius, quod uidere non-dum potui. Ego sane arbitror nos aliquo re modo peccare, quum

in istis

in istis centies millies consutatis nugis refellendis, tempus consumimus. Quae porro isti in optimos & doctissimos viros moliuntur, spero hunc tandem exitum habitura ut eos suiipsorum pudeat & veritatis cognitio ab iis etiam expetatur quibus alioqui de his rebus inquirere nunquam in mentem venerat. Adsit suis Dominus & sceleratorum conatus infringat. Illas Philippi epistolas una cum aliis plurimis iam edendas curavimus & ut spero, proximis nundinis accipies. De rebus Gallicis habeo quidem multa, sed quae nunc scribere non vacet. Madianitas inter se commisit Deus. Nostros spero compotissimos futuros, quod si erit actum de Pharaone putato. Condeum non frustra servavit Dominus, ex morte praesentissima. Bene vale vir eximie. D. Hellingum tum ob egregias ipsius virtutes tum vel hoc nomine quod quum tibi sit amicissimus eum quoque necesse sit a me diligi, velim ut meo nomine quam officiosissime salutes. D. autem Hudessianum praeterea quod illum quoque velim ex me salutare velim, ut me ei excuses quod non ferente tabellarii festinatione, humanissimis eius literis nunc nihil rescribam. D Gabrieli quoque nostro plurimam salutem dico, eumque vehementer rogo, ut si quas merces huc advehendas curavit, cereas candelas Cracovienses ita convolutas ut solent & quidem neque crassas neque tamen prorsus minutas libras decem ad me mittat quibus in lucubrando uti possim. Earum autem pretium, cuicunque mandarit, statim repraesentabo. Iterum vale. D Iesus tibi tuoque ministerio magis ac magis benedicat. Genevae 14 Maij 1574.

Tuus Beza.

EIDEM.

S. Est quidem illud magnopere dolendum quod tam rara sit
inter eos charitas qui tamen sanctum illud Christianae socie-
tatis nomen aliis exemptum sibi solis vendicant. Sed et verissime
de quo gratias agamus Deo nostro est in tanto falsorum fratrum nu-
mero non desint qui se re ipsa testentur vera esse Christi membra.
Tales esse vos et alios plurimos observandos fratres, quos non sane
parcam sed benignam atque liberalem eleemosynam ad nos misistis,
aureorum videlicet solarium centum viginti octo et Italicorum
octo, grato animo, simul et per te agnoscimus, et Deum opt. max.
totis animis precamur ut huius in miseros sua membra colla-
ti opportunissimi beneficii memor cumulatissime vobis vicis-
sim pro sua munificentia benedicat. Placuit etiam nobis
consilium tuum de literis communibus ad venerandos illos vi-
ros, dominos et fratres summopere nobis observandos scribendis, quas
ad te mitto ut tuto viris ad eos perferendas. Mitto autem
apertas, ut et ipse legas et perlectas tuo ipse annulo obsig-
nes. De rebus nostris. pulchre caeperat schola apud nos
instaurari, et quod erat mihi summae voluptati, confluere
iam ad Holomanum nostrum audiendum multi nostrae
gentis caeperant, quam occasionem spargendae veritatis mini-
me negligebam, cum repente virulenta contagio apud nos
emersit, levicula quidem illa et nunc virium paene extinc-
ta, sed quae tamen plerosque statim dissipavit, propterea quod
in magnam unam et alteram patriciorum familiam irrepsit, et ex

meis

Ex meis quoque superioribus rumorum satis sit. Fiat Dei opt. max. volun-
tas. De rebus Gallicis, audisti procul dubio turbas illas prioribus
malis additas siquidem Regis frater Alenconius tyrannidem istam
diutius impatiens perferre, una cum plurimis praecipuisque proce-
ribus communicato consilio, recipere se ad eos cogitabat, quorum
intercessione & autoritate Rex ad instaurandum regnum &
poenam de malorum consiliorum autorib. sumendas permoveretur.
Id cum esset imprudentia quorundam & aliorum perfidia
detectum mox capti sunt ex domesticis & alijs nonnulli: Alen-
conio & Navarreno data custodia: tandem etiam coniecti in
carcerem duo Marescalli Mommorantius & Cossaeus. Guisij ut suo
more omnia agentes nihil agere viderentur, ex aula sese
domum, id est, in suas Satrapias receperunt. Mox extorquetur
a nonnullis vulgarib. captivis confessio, Coniuratum fuisse in
ipsius Regis caput, Alenconium de invadenda matre & occu-
pando regno cogitasse. Quatuor, in quibus duo servuli fue-
runt, reliqui duo eiusmodi ut si falsam accusationem demas
quam etiam revocarunt quamvis poena ob alia scelera dignis-
simi viderentur, supplicio affecti sunt. De duobus Marescallis
ambigitur, vivantne an clam sint interempti quod multi affir-
mant. Condensis interea, qui tum in Picardia erat, saluus
evadit se duo ex Memorantij fratribus appositas insidias
effugiunt qui nunc omnes sunt apud Palatinum, utinam ne
virium vindices Gallici regni futurum. Danvillanus, & ipse ex
Regni Marescallis, Occitaniae prorex & Memorantij frater secundus,

Dei

Dei beneficio neq. rapi neq. interfici potuit, quantumuis multis ad
hoc sceleris appositis. Imo plerisq. Occitanorum oppidis & ciuitatibus occu-
patis haud obscure se nostrum fore testatur, si modo Regni in-
stauratio cum nostris Gallis aduersus tyrannidem quaeratur, de nostra
religione amplectenda parum alioqui sollicitus. Interea admirando
plane Dei iudicio, moritur tyrannus sanguinem per omnia caua
corporis eiaculans, &, ut aiunt, in ipsa quidem morte sanguinis
satur. Profertur mox a morte testamentum nescio quod, paucis
ante obitum horis (die videlicet pentecostes, hora ante meridiem
octaua, quum ipse circiter secundam a meridie cantantem ani-
mam exhalarit) dictatum, nisi prorsus suppositum est, aut
saltem de quo non dubito suggestum. In eo quod ipsi nullo
iure licuit iubet procurationem regni integram & sine ulla
exceptione praeterito Alenconio fratre & Nauarreno sororis
marito proximoque a Regis fratribus consanguineo, Reginae
matri mulieri extraneae & solis suis sceleribus celebratae
demandari. Senatus Parisiensis, cuius nulla est hac in re
authoritas, illud quasi oraculum se excipere testatur. Alen-
conius & Nauarrenus specie quadam libertatis ob hoc ipsum
dimissi, bonam illam foeminam obtestantur ut regni alioqui
ruentis onus diuinitus ipsi impositum recipiat. Ipsa scilicet
inuita & repugnans assentitur. Mox undiq. nuncij ad ur-
bes & gubernatores dimittuntur, qui quum sint maxima
ex parte sceleratorum omnium consorij, ratam habeant illius
administrationem. Polonus etiam ante Regis mortem ac-

cersitus

exercitibus, repulsis minorijs, missisq. praecipuarum urbium legatis, deo
inprimis voluntati ad numen diuinitatis seruiatum anhelante &
multis simplicibus parcente, accersitum q res perditas instauraret.
Ergo nunc à Polonia pendet Gallia. Nostri apud Pictones rem
bene gesserunt, fuso Monpenserio & capto ipsius legato. In Occi
tania sunt in & Sanguine satis recte omnia, modo sapiat sibi
& regno Damvillanus. In Delfinatu proxima nobis regione, nun
tio se respiciunt acies, ut res à dimicatione non procul abesse
videatur. Sed in Normania valde infeliciter oia, intercepto
fortissimo viro Comite Mongomerio in quem illa procul dubio
saeuitiam omnem nisi Deus prohibuerit, exercebit. Aiunt
Angliae reginam pro illo seno prorsus intercessisse, adeoq. (quod
etsi ad Cl.mum scribitur, nolim tamen prorsus affirmare)
Alenconium ut sibi promissione coniugij obligatum flagitare.
Hinc vides quam miserum & infelix sit illud regnum tot piorum
caedibus horrendis contaminatum, cui non furiae noui expositum
quam Poeta Tisiphonem vocarunt. Utinam istis tempestatibus
pij qui supersunt admodum pauci non absorbeantur. Omnium
certe interest non ruere florentissimum illud regnum,
cuius exitio necesse est orbem terrarum concuti: & quantum
coniectura assequi licet, si quid perniciei nunc Condensi
suggereretur, nulla unquam seruando regno & euertendo si
mul papatui oblata fuit melior occasio. Sed hic accidit quod
alias plerumque, tempe ut qui possunt nolint, qui volunt
non possint. Itaq. superest ut seipsum seruans Dominus for
titudinem faciat in bracchio suo, nos autem patiendo vincamus

Germania quoque si pergat, quod avertat dominus, non est quod
externum hostem metuat, ut quae suis ipsa viribus ruat. Etenim
vero quod miserum est tantam spiritum erroris esse efficaciam.
Nam certe nulli neque impiores neque stolidiores mendacij doc-
tores inveniri potuerunt. Et hoc quidem valde commendat
Dei iudicia. pijs & constantibus interim omnia cedunt in bonum:
nec possum in animum inducere Dominum esse tam cito
deserturum operis quod eousque provexit & cui extruendo tot
integros architectos adhibuit, alijs etiam post alios excitatis.
Quamvis igitur tanta quorundam & eorum quidem quos mini-
mi oportuit perfidia plane mereatur illud ipsum, quod olim
sensit Ierusalem & quod tandem universus mundus experietur:
tamen spero futurum ut Dominus adhuc florentibus illis Ec-
clesijs parcat & piorum servorum suorum preces, quibus
cum nostras etiam assiduas coniungimus, exaudiat & isto-
rum conspirationem frangat. D. Ioachimum Camerari-
um pietate & doctrina incomparabilis senem perinvitus
audivi nobis ereptum esse: et scio me habere pios doctosque
omnes in hoc luctu socios. felix est tamen profecto qui tot
miserijs mox secuturis ereptus est. Hunc meum luctum
testari nunc aliter non possum: totus potius in preces inten-
tus, ut cum periti tot gubernatores nos nunc deserant,
Dominus ipse fluctuantem Ecclesiam suam regat & nos ab
eo regi patiamur. D. Monavius mihi iampridem à
pietate doctrina & humanitate probe notus cupide à me

expectatur

expectabis, cui literas amicorum tradam. D. Philippi literas quas
postulasti, itemque aliorum multorum iam sunt sub prelo: & minime
velim interceptas esse literas meas, quibus & hoc ipsum tibi & alia
non nulla significavi: misso etiam fasciculo quem D. Thelio
nostro inscripsi. Bene vale vir eximie cum bonis istic omnibus.
Dominus nos expediat ab omni malo: nostroque ministerio magis
ac magis benedicat. Genevae, 23 Junij, intra biduum (si me
servaverit Dominus) annum vitae 56 ingressurus. 1574.

Literas communes in Saxoniam, quoniam exscribere me non passa est huius tabellarij celeritas, mox accipies.

Tuus Beza.

15

## EIDEM.

S. Ex postremis ad me tuis ad 14 mensis superioris datis perspicio nondum fuisse tum tibi redditas, quas nunc tamen ad te spero pervenisse. Iam igitur procul dubio cognovisti redditum esse nobis bona fide εὐλογίαν istic & alibi in exulum fratrum subsidium collectam, de qua vestrum & nobis & illis magnam gratiam habemus. Ceterum ne mireris tibi posteras non fuisse redditas quas consilium tuum sequutus amicissimis illis nostris inscriptas istuc missurum me pollicebar; scito me eo ipso tempore illius literas accepisse quae me consilium mutare sane perinvitum coegerunt, ne dum officiosius esse studeo in extremum periculum amicos adducerem. Alioqui nequid mihi iniucundius acciderit quam ut gratum saltem animum apud eos quibus oportuit literis testarer: & tam necessario tempore

pore nullo officij genere amicissimis meis ut deessem. Sed
quandoquidem ea e temporum istorum asperitas, & advenit hora
potestatis tenebrarum, age in silentio & spe animas nostras possideamus
totisq. animis Deum illum veritatis & nostra & fratrum causa,
dies & noctes invocemus, ut spiritu illo mendacij cohibito,
pleram illam lucem immittat miserorum bonum animis &
sua patientissima bonitate improbitatem nostram excipiat
potius quam pro meritis nostris nobiscum agat. Et quum mihi
non liceat per quorundam malitiam hunc meum in ſan-
ctissimos illos viros quib. indignus est mundus, animum hunc
meum scriptis saltem declarare, nedum ut eos solari & aliquo
modo recreare possim, rogo te communem amicum ut hic sis
mihi voluntatis istius meae perpetuus futurus apud illos inter-
pres. Ego certe illos & quae ab eorum salute pendent in pectore
gesto & inanem hanc nostram sollicitudinem non fore mi-
sericordia domini nostri & aeterni Dei Iesu Christi Ecclesiarum
& veritatis suae vindicis fretus confido. De reb. nostris, pro-
ti non nihil apud nos motuum emersit quae tamen pene iam
motuum e sopita, maximo tamen scholae nostrae damno dato,
usq. adeo nova moliuntur mortales nati quum tamen hoc
tempore si unquam alias de eo potius laborandum pijs omnib.
videatur ut bene moriantur quam ut diutius vitam protrahant.
Sed rarorum e sapientia ista, quib. datum e ut sic sapiant.
Caritas annonae adhuc nos exercet, nec secunda fuit messis

quamvis

quamvis nullam calamitatem senserimus, qualem isti horrendam fuisse narrant. Sed aliam habemus calamitatem longe maximam, malum videlicet internum. pergimus tamen & deo favente ad extremum pergemus. Recte omnia apud Delfinates vicinos, Occitanos, & celeros Aquitanos. In Normania, ubi tria oppidula nostri tenebant omnia profligata sunt, duob. ad deditionem turpem compulsis inopia penuria, uno fortissime ad miraculum usq. defenso, paucis tandem viris militum tandem expugnato. Comes Mongomerius vir fortissimus, cuiq manu ictus erat Deo ipso nihil minus cogitante in trucidando Henrico secundo, captus & Lutetiam perductus iubente Athalia capite mulctatus est, ut huius novae Jezabelis crudelitas iniqua vere innocente sanguine consecraret spiritum illi sanguinis. Intenti sunt omnes in Polono Franci regis ex Polonia fugitivi adventum, cui tamen multi undiq affirmant occurrisse angelum Dei a quo sit interfectus. Ego nihil dum istius modi credo, sed quin sit suo tempore iustam Dei manum sensurus non dubito, quamvis malim ex lupo in pastorem Ecclesiae mirabilium repente transformari. D Herdesianum & D Schlusselbergerum rogo ut officiosissime meo nomine salvere iubeas. Theticum nostrum libens audivi vel iam esse Argentinae vel ibi brevi futurum. Illyrici nunquam tantum farraginem mendaciorum & ineptiarum plenissimam obiter inspexi. Si tempus ferret responderem nonnihil. Sed nostros mercatores videas nimirum properare. Bene vale vir optime & carissime frater. D Iesus te meosque istic omnes potenter custodiat. Idem nostra causa precator. Eleu,

therepoli. Calendis Augusti. Anno 1574.

Tuus, cuius manus vereno lege
Grap. et omni virum, ut spero, syn
cerum agnoscis.

Cum ipsum has literas ob-
signaturus redditus est
mihi fasciculus a D Sigtessel
bergero in quo etiam alteras inerant
a D Thuelio sed 19 Aprilis datas à quo tempore multa in Polo-
nia plane inexpectata inciderunt. Ceream candelam Cracovii
autem nisi ipse inveniatis, venalia utrae. D Meurerheintel
linguam nostrum optimum et doctissimum mihi quam officiosissi-
sime [illegible] salutari

EIDEM.

16

S. Etsi nihil adhuc audio quod non iampridem prospexerim,
fateor me tamen incredibiliter istorum audacia et imprudentia
commoveri: Illud vero me plurimum excruciat, quod non sit
inventus qui pro veritate sibi vel moriendum putaret. Sed
hoc sane potius misericordia quam insectatione dignum est, ut tan-
tos viros saluo servatos esse à Domino ut gloriosiorem tande
aliquando victoriam adversus mundanum reportent. Recreet
igitur illos Dominus Deus noster misericordiarum pater, co-
erceat spiritum erroris, aperiat oculos principibus ut sit rex
Zelus secundum scientiam, lapsos erigat, stantes confirmet,
istos denique scelestos verosque Antichristos profliget quod sane
suo tempore efficiet. Extorsit à me hoc indignitas versi-
culos quibus psalmum 94 expressi. Eos ad te mitto mi
pater, quoniam hoc quoque studiorum genere te delectari video.

Quod utinam aliqua ratione possem optimos illos fratres nostros literis saltem recreare. Id vero cum mihi non liceat per illarum Cyclopum saevitiam, precibus & suspirijs perago quod nec voce nec manu licet & invitos non fore meos gemitus spero. Audiuisti me Heidelbergam usq. excurrisse mense Septembri, a Condensi principe cuo caluum ubi ad biduum tantum substiti. Hinc ego quam libenter ad vos usq. excurrissem? Sed id sane nullo modo mihi licuit, nec, ut arbitror, expediebat. literis ergo amicitiam colamus, quandoquidem aliter non licet. Quod ad res nostras attinet audiuimus sane hostium clamores & tormentorum boatus, qui oppidulum nostrorum unum & alterum ad Rhodanum everterunt, sed citra ullam incolarum caedem qui sese postquam inulti aliquos cum max^a hostium clade sustinuissent, nocte in tutiora loca receperunt. In regis castris multi fere sunt milites praeter externos Helveticos pedites & Germanos equites Christianos illos scilicet ut qui Calendis Novembris Coenam Dni & Augustanae confessionis ritu (certissima venimus) palam celebrarint. En quo venimus Sed Deus haec videt & vindicabit. Nostros quidem fortes ac etiam superiores in hoc ipso bello fore spero quamvis a ceteris populis desertos. Nam certe vel morientes vincemus. Cetera ex meis ad Hardesianum literis cognosces. Illud autem vos in tempore meminisse velim quum credibile sit istos non cessaturos quum nova haec inquisitio aperte saeuitiae persequutionis τρόποςmos passim obtineat, dandam nobis operam, ne quod paulo liberius inter nos scriptum inter vestras schedas inveniat^r

niatur, unde conniventiae isti quod tuae crudelitati praetexant tem-
pus ac hanc rabiem Dominus, nec Germaniae quoque principes
patiatur novo isti Antichristo servire. det denique nobis, si ita
sit opus, ut non tantum in eum credamus, sed etiam pro ipsius ve-
ritate quidvis fortiter patiamur. Bene vale vir eximie & frater
charissime una cum D. Hallingo & bonis pijsque omnibus. Gene-
vae. pridie Cal. Decembris, 1574. Tuus Beza.

17.

## EIDEM.

S. Casu nactus hunc hominem certae fidei mihique amicissi-
mum, nolui eum praetermittere absque brevibus his literis. quem
cum iam in provinciam istuc ire compererim. Quid consilij una
ceperimus ad impediendam illam conspirationem aut iam
aliunde cognovisti aut mox cognosces. Benedicat nostris ne-
tis consilijs dominus veritatis vindex & principum animis
desiderium illius cognoscendae, verumque donis suae Zelum inspi-
ret. De rebus nostris, significo tibi sublatum esse & in locum
suum abijsse scelestissimum illum ἀρχέκακον Cardinalem
Lotharingum, postridie natalium Domini. Mira de ipsius obitu
feruntur, sed incerta. Ubi certiora cognovero faciam vos
omnium certiores. Liwronum oppidum Delfinatus summo
conatu hostium oppugnatur, nec minore a nostris defenditur.
Sed nemo est ex omnibus principibus externis aut civita-
tibus qui vel pecuniam vel militem suppeditet, qui vel le-
gationem mittat, unico excepto principe Palatino, cuius le-

gatio

legatis nihil obtinuit, qui denique mistificatur Iacob. Sed potens est Deus qui est in coelis & nostros spero ad extremum constantes foreros. Interea quae illorum impudentia est, hostis nihil praeter pacem habet in ore. Et Basileae apud Condensem breui conuenient omnium Ecclesiarum legati ut de summa rerum deliberent. Spero me quoque illi coetui interfuturum. Precare Deum ut Satanae rabiem coerceat, & hostium uires frangat & astutiam infatuet. Velim haec tibi communia esse cum D Herdesiano, D Camerario, D Schlusselbergero & bonis omnibus quos uelim ex me salutari quam officiosissime. Expecto literas à Thretio nostro cui gratum feceris si eum quoque feceris istarum rerum certiorem. Geneuae 8 Ianuary. 1575

Tuus Beza.

Clarissimo Viro & tum pietate tum eruditione praestanti D Christophoro Herdesiano Iurisconsulto & illustris reip. Norimbergensis à consilijs.

Dum aegritudine animi haec tristissima praesagientis confectus nihil scribo, ecce afferuntur quae postea gesta sunt ne animo quidem comprehendi possunt, nedum ut ullis uoce uel scriptis explicentur. Quarto post Regis Nauarreni nuptias die & eas quidem tranquillissime celebratas, eximius ille uir & nulli sane uel ipsorum hostium iudicio, integritate animi secundus D Admiralis ex Regis arce in suum hospitium rediens & inter eundum literas quasdam legens sibi in itinere traditas, à subornato percussore emissis ex domus cuiusdam fenestra globulis duobus sic uulneratur, ut corpus quidem non laederetur, sed unus quidem

dem

dem globulis dextre pollicem expungeret, alter vero sinistrum
brachium transfoderet. Hinc exorto non levi tumultu alijs q[ui]-
dem attonitis, alijs domum illam effringentibus modo percussor
per posticum, capitur muliercula & servulus, Amiralis domum
expoliatur, Rex ipse cum fratre & praecipuis proceribus accurrit &
omne officij genus simulat. Denique nihil praetermittitur quod
ad tegendum scelus mox patrandum pertineret, iurante Rege, vel
se Regem non fore vel tantum facinus severissime vindica-
turum, adeo ut ipsum postero die qui fuit superioris mensis
uigesimus tertius quinquies inuiseret, & quasi veritus ne ab
adversarijs opprimeretur iuberet a suis etiam stipatoribus
domum eius diem ac noctem observari. Cum vero quum sub
eius diei vesperam nunciatum esset lethale vulnus non fu-
turum, die proxime insequente, nempe 24 ante lucem desti-
nati per urbem percussores nostrorum hospitia quae prius ob-
servaverant facile ingressi, plerosque sopitos immaniter obtrun-
cant. Inde ad ipsum Amiralium omnium insignem & ex
tantis vulneribus semianimem iacentem itum. appositi
a Rege custodes non modo non resistunt, sed ubi conuene-
rat cum percussoribus ducis comitant obvios nobiles tum domes-
ticos tum alios praecipuae dignitatis qui ab illo iacente non dis-
cedebant, nihil tale suspicantes interficiunt, & tantum illum
virum vulneribus conciderunt, neque hoc facinore contenti
cadaver per fenestram in plateam publicam deiectum fu-

renti

furenti iam populo dilacerandum exponunt. Inde ad strages tota urbe faciendas discurritur tanta quidem rabie ut neque dignitatis neq. sexus neq. aetatis ulla sit habita ratio & vix ab ipso Nauarreno & Condensi abstinuerint, quos nunc quoque nonne no sublatos incerto tamen adhuc rumore ferunt. Alij conglobati nobiles egregie restiterunt sed multitudine tandem se oppressi, nonnullis & quidem paucis exceptis qui quod in suburbio agerent fuga dicuntur elapsi. Sic interempti dicuntur primariae nobilitatis & praestantissimi nostrarum partium duces triginta duo, alij nobiles plus minus octingenti Nauarrenorum honoris gratia ad istas infelices nuptias sequuti, ex reliquo populo, si nec & quod affirmant non pauciores octo millibus. Variis solertis nuncio dispositis equis quam celerrime per omnes regni provincias perlato statim clauduntur urbium portae, &, ne quid ad proditionem deesset, solenni proclamatione commonefactis nostris ne sibi metuerent (poterant enim multis in locis adversarios superare si aperta vi adhuc fuisset) ecce nocte intempesta quotquot in urbib. deprehensi sunt, carceribus sunt traditi. Quid porro sit planeque locis factum nondum intellexi, nisi sed Lugduni affirmant non pauciores tribus millibus partim gladijs immanissime obtruncatos, partim strangulatos partim in flumen praecipitatos quorum etiam nonnulli enatantes ad nos usque pervenere. Regis frater istius tam horrificae tragoediae non tantum spectator sed etiam actor mox citatis equis ad Albanum profectus dicitur. Ex multi existi-

mare

mant classem gallicam qua paulo ante Burdigalis soluit in
Angliam contendisse, ut specie nuper initae confoederationis
intromissa, adiutantibus pontificijs qui plurimi adhuc illic
supersunt tale quiddam etiam illic exequantur. Nec enim
ambigi potest quin uniuersalis haec sit coniuratio, adeoque
Tridentini concilij executio. Itaque iam in hac urbe utpote
propinqua & omnium maxime exosa non aliter agimus
quam si hostem in conspectu haberemus fortiter ut spero occubi-
turi, nisi forte nobis infirmis & incipientibus, dominus miseri-
cors extra ordinem adferret. Ego quidem de morte potius quam
de uita mihi cogitandum arbitror nec aliter nunc te sal-
uere iubeo uir eximie & frater obseruande quam si postremum
ad te scriberem. Chartas quas mihi commisisti multis thesauris
pretiosiores quum praelo committi nondum potuerint propter
repentinum Crispini nostri obitum, curabo quoquo modo fieri pote-
rit uel istuc ad te, uel Tigurum ad D Bullingerum nostrum
perferendas. Habes inaudita seculis omnibus perfidiae
& immanitatis exemplum a quibus dominus Deus noster
nos tueatur. Bene uale mi frater & Dominum pro nobis
multo precari pergere: Idem peto a dominis & fratribus
mihi plurimum obseruandis D Wunhofero & D Camera-
rio quibus eam uelim ut ista communices. Piget n. me
tam tristia saepius describere, quorum uel sola cogitatio
sic me prorsus conficit ut uitam mihi acerbam putem.

Illud

Illud unum me solatur quod brevi futurum spero, ut Deo meo propius adiungar. Genevae. 4 Sept. 1572.

Tuus Beza.

## EIDEM.

Nactus ex insperato Volmarium nostrum istuc proficiscentem subito istas exaravi quibus adiunxi brevem et certam multarum maximarum et tristissimarum rerum narrationem. Eam minime velim quenquam intelligere à quo acceperis. Sed te vehementer rogo, ut cum amicis communicatam cures fideliter et eleganter in vestrum idioma transferendam et cum Thretio nostro statim communicandam ut à Polonis quoque legatur. Gallica nullo modo praetermitti debent. Continent enim magnas partes historiae probationem. Et quamvis latine conversa sint cuperem tamen si fieri posset interpretem ex Gallicis potius quam ex latinis germanica facere, quoniam latina non satis videntur expressa quibusdam in locis. Accipies brevi à me plura una cum quibusdam tuis et meis simul hic editis quae mercatori committam istuc cum suis mercibus vehenda. Sunt enim maioris molis quam ut pediti vel equiti conveniant. Interea rogo D. Dominum hospitem nostrum et caeteros amicos ut meum tam diuturnum silentium in bonam partem interpretentur, quos etiam meo nomine plurimum salvere iubeo. Gallicarum Ecclesiarum reliquijs nihil neque fortius neque animosius. Dominus Iesus suorum misereatur et Satanae rabiem potenter compescat. Genevae summa sicut vides festinatione X Martij. 1573.

Tuus Beza.

## EIDEM.

Primum

S. Primum tibi gratulor, ornatissime vir tuam in Saxoniam profectionem quam spero promovendae veritati non parum utilem & commodam futuram. Scripta quae a me repetis remitto sed ea lege & conditione ut eorum editionem Gallis non invideas Sic .n. statuo (quod sine adulatione dictum sit) nondum extitisse qui uberius aut solidius & ex suis ipsorum scriptis refutandis adversariis accomodatius istas controversias explicarit. teque vehementer rogo ut haec insignia Dei dona ad Ecclesiam iuvandam conferre sedulo pergas. Mitto ad te alterum lucubrationum mearum volumen ubi nova nonnulla huius argumenti adversus Illyricum, Sanctesium & Selneccerum invenies, si modo nova sint appellanda quae toties inculcare nos cogit summa istorum impudentia adeo quidem ut (quicquid deinceps isti scripturi sint) perpetuum mihi porro de his rebus silentium indixerim usque adeo me istarum apologiarum & responsionum taedet. De rebus gallicis, Pergit Gallia quantumvis repetitis plagis pene contusa: ut illud miserrimum regnum non alia ratione stare mihi videatur quam quod desit, a quo occupetur. Nobilitatis vix trientem superesse arbitror & horum qui supersunt alij aperti fremunt, alij ministri serviunt. Plebs inauditis exactionibus oppressa & penitus exhausta fame etiam vel incredibili annonae caritate excruciata non iam vivit sed languet mortem tanquam solatio desiderans. Regni facultates ita sunt accisae & exhaustae ut ne alendae quidem Regis familiae domesticae sufficiant. Et

tamen

tamen ne muro quidem Brugges capiunt. Nostri ubiq. fortissime ad miraculum usq resisterunt et adhuc resistunt. Rupella repetitis obsidentium praeliis sic hostes proruerunt, ut iam soluta si non obsidio at certe expugnatio urbis existimetur. Sancerrae oppidulum exiguum et vix quingentos habens praesidiarios milites tum etiam hostem adegit ut amissis amplius quam tribus militum millibus in quibus insignes aliquot duces numerantur, tormenta reduxerint et desperata expugnatione, nomine de illis sola obsidionis mora superandis consilium caperent, cui tamen illi nondum cesserunt, nec sane cedent nisi ultima necessitate adacti. Sommiere Occitanorum urbecula post bimestrem obsidionem in qua hostes ipsi fatentur sese duo millia hominum amisisse tandem omni tormentario pulvere deficiente hac conditione se dediderunt ut cum signis, armis et impedimentis sibi excedere urbe liceret quod et illis bona fide praestitum. Quid sit deinceps futurum norit Dominus. Hoc quidem certum est si vel minimum subsidium externum nostris adveniret, aut victoriam fore in manibus aut pacem quibusvis conditionibus ab hoste concedendam. Quod ad nos attinet adhuc pacem domi et foris habemus et satis commode quam aliis multis regionibus vivimus. Sed ingens et pauperum fratrum numerus in quibus etiam sexaginta pastores recensemus hoc naufragio in hunc portum expulsos semi nudos et exangues quos aegre pro nostra tenuitate sublevamus quamquam a vicinis Helveticis Ecclesiis adiuti. Et haec quidem nunc habui de quibus ad te scriberem, quibus et hoc adiiciam. Scio istic extare in clarissimis et humanissimis viris

D. Wilibaldi im Hoff bibliotheca, novi testamenti codicem manu
scriptum venerandae vetustatis. Eius copiam mihi fieri cum meis
conferendi valde cuperem, quod beneficium si opera tua ab homine,
singulari, ut audio doctrina & humanitate praedito consequi fuero,
magnus ad cetera tua in me beneficia cumulus accesserit, quod quidem
a te pro mutua nostra amicitia vehementer etiam atque etiam peto.
Bene vale, vir excellentissime & nos quod facis ama. D. Iesus tibi ma
gis ac magis benedicat, teque ac familiam tuam universam
feliciter servet. Genevae. XII Maij. 1573.

Tuus Beza.

Mitto etiam tibi exemplar respon-
sionis Porti nostri ad Carpentarij
apostatae calumnias quas mirarer istuc usque
perlatas fuisse nisi mihi constaret, usque adeo laborare nunc
hostes de scelere suo excusando ut tamen quidvis confingant
aut a quovis confictum arripiant. Itaque prodijt aliud eiusdem
farinae scriptum & cuidam Elvidio dicatum. Autor illius scripti
est quidam Vidus Faber Pibraccius Tholosanus, apostata & ipse
& omnium hominum maxime in eum ingratus cuius potissimum
commendatione (quod se pium & modestum simularet) eo usque
promotus fuit ut generalis procuratoris regij in curia Parisiensi
munere fungatur, quem etiam virum summopere se colere
simulavit. Sed bene quod multo satis omnes isti sic conveniunt
impudentissime dissidentibus inter se eorum mendacijs ut
aliunde quam sibi refutationibus non sit opus. Interea moneo ut
tibi diligenter caveas ab illo nobili Germano & Equitum
magistro ad quem scriptas literas reliquis etiam adijciendas

te

te curatiurum scribis. Est enim & iste, quod certum mihi & ex-
ploratum est, homo improbus & insignis piorum proditor.

EIDEM.

Accepi literas tuas Vir ornatissime easq. mihi multis nomi-
nibus iucundissimas. Benedictus sit Dominus qui te saluum
domum reduxit, faxitq. ut & patriae & toti Ecclesiae utilis sit
illa tua legatio. Doctissimos illos & optimos viros de quibus
scribis non modo non audiui uerum etiam periclitari grauissime
fero. Quid enim est iniquius? Sed age pergamus in uia
Domini & recta conscientia & cogitemus veritatem etiam si apud
homines odium pariat, tamen certum ad felicitatem neminem adi-
tum patefacere. Dominus autem profecto numquam ne in hac
quidem uita suos deserit, quandoquidem in medio inimicorum
suorum dominatur. Libellus quem mihi misisti mirifice
mihi placuit. Est enim et candide & pressime, meo quidem
iudicio perscriptus: nec dubito quin etiam si insanabiles istos
quibus ut saepe dixi, conscientia potius quam scientia opus est,
offendat, multorum tamen animos tranquillet & erudiat.
Expecto auide libellum tuum quem ais esse sub prelo &
te vehementer rogo ut caetera etiam emittas. Non consueui
adulari unquam. Quid mihi de tuis illis laborib. uideatur
ingenue & candide antea monui. Iudico utilissimos ac
pene necessarios esse Ecclesiae in his calamitatibus & haeresibus
interpolatis. Itaq. te vehementer iterum rogo, ut hac in re
potius amicorum non prorsus ineptorum hominum iudicio, quam
in

ni tua illa modestia acquiesceres. Volumen alterum mearum
lucubrationum gaudeo tibi non displicere, q̃d tamen usq. adeo men-
dose est editum, ut intelligi plerisq. locis plurima non possint. Itaq.
curam colligenda & edenda insigniora errata quorum exemplum
ad te mitto. Dolet mihi libris aliq. tuis hic editis idem accidisse
usq. adeo nihil iam bona fide inter homines geritur. Itaq. illos
contra ut vendendos cures. Selneccerj ultimam criminationem
quam audio virulentissimam esse ne nunc quidem nancisci
potui, usq. adeo diligentes habemus Typographos & librarios. Si
habuero deliberabo num aliquid responsi requirat. Spero tibi
quoq. nunc redditum epistolarum mearum exemplar. q̃d opto
vereor ut nonnulli aliter q̃ meum consilium fuerit, accipiant,
ijs praesertim locis ubi de disciplina Ecclesiastica fit mentio.
Itaq. epistolam 46 expunxi & alteram eius loco substitui. Cu-
pio autem tuum & D. Dambossari nostri iudicium de hoc etiam
audire & sequi. De collecta velim inprimis nos boni consulere
quod necessitas ipsa extorsit. Quicquid misericordis subsidij oportu-
nissimo tempore advenit. Dominum autem confido hujus ves-
tras beneficentias non immemorem futurum. Quid Heidelbergae
& apud Hessos cum Polono sit actum intellexi & quis mallem
Christianos omnes principes tali carnifici multum etiam ipsum
fuisse adversatos, placet mihi tamen quod hac saltem occa-
sione ad illum liberae & in os respondendum usi sint. Inveni-
et autem ipso procul dubio sub ultimo etiam Polo qui ipsum
iudicat & iustas ab eo poenas suo tempore repetet. D. Thre-

tium

tuum miror nihil ad me tam diu (raro enim) scribere. De rebus gallicis, iisdem artibus agitur quibus antea. agitatur de pace offeruntur omnia, nihil reipsa praestatur. Hoc quidem tibi affirmare audeo, nunquam fuisse nostros coniunctioribus animis, nec etiam tam parum instructos quum optime sit sperandum, nisi Dominus praeterea nos velit ita ut peccata nostra merentur castigare. Rupellanos a crudelissima & immanissima proditione nuper Dominus non ita pridem liberavit cuius certam historiam inde ad me missam mitto. Hostis ergo suo more semper agit, sive aperte sive fraudibus agat. Nostros ut spero servabit tamen Dominus & procul dubio tandem malos, male perdet. Interim patiendo fallere nitimur. Bene vale Vir eximie & domine mihi plurimum observando. D. Iesus te servet Ecclesiae suae incolumem, tibique ac tuis magis ac magis benedicat. Genevae. 12 februarij. 1574.

Tuus Beza.

EIDEM.

S. Excusi sunt illi tui commentarij Heidelbergae non eadem procul quâ hic typographorum fide, sed non multo maiore tamen quod aegre te ferre non dubito. Sed hoc absque adulationis suspicione dicere mihi apud te liceat, Clarissime vir mihique tuo merito charissime: non est quod huius te operae poeniteat, ita feliciter meo quidem iudicio collocata ut quicquid in harum controversiarum declaratione laborarunt facile superaris. Scripsit ad me istinc Stephanus noster de tua valetudine

tudine & vita ipsa nunc laboramus, quum ab eo tempore nihil prorsus de illo q(uod) a nobis auditum. Utinam illi persuasissetis ut suam officinam patris excuso sacris potius q(uam) prostanis, interdum aliam aeterna memoria parum dignis excudendis consecraret. Alter Eustathius qui tua & mea pleraq(ue) excudit bonus vir e(st), sed indoctus, & de quo sic possum merito queri, ut quaedam longe q(ui)stiterit edita non ipse, posteriorem nimirum meam in Santesium & Illyricum, & ultimam in Selneccerum apologiam. Utrumque sit rogo te & obtestor ut haec tua a quoq(ue) tandem excudenda sint perficias quod sane Ecclesiae Christi debes. Continere me non possum quin Illyrici demonstrationibus ultimis quibus sane stultitiam & amentiam suam mirifice probavit aliquid respondeam. Torgensis quoq(ue) Conciliabuli scriptum silentio praeterire piaculare meo iudicio fuerit, q(ua) de re fratrum Tigurinorum sententiam expecto. Ridebunt in sinu fateor adversarij, a quibus non dubito quin magna istorum pars sit redempta. Ego tamen prodendam veritatem non puto nec istam plus q(uam) papisticam duplicitatem tyrannidem dissimulandam, quum in id ipsum quidem ad dicendam causam fuerimus. Dicebat ille sibi turpe esse tacere docente Isocrate. Utinam vero nobis tacere per istos liceret, qui quo sunt clamosiores, eo sunt magis se produnt. Sed hoc non intelligunt qui silentium nostrum aliter interpretantur, quos tamen non usq(ue) adeo magni facimus, ut qui maxime ex parte neq(ue) nostra neq(ue) illorum scripta legunt,

nisi

nisi certum putarem habendam rationem qui vel animum adferunt dicendi cupiditatem qualis esse non paucos dubito ab his ipsis adversarijs nostris excitatos, vel confirmationis indigent adversus istorum sophismata. ut de posteris nascituris taceam. De rebus Gallicis, nulla umquam extiterunt apertiora divini iudicij exempla. Nostri intra suas munitiones se continent. Ille pro quo ludum et iocum scripsisse ipsum Heliogabalum dixeris, suis etiam plerisque exosus, omni aerario exhausto, plebe ipsa ad sanguinem usque exucta, Ecclesiasticorum fortunas id est animam partim scortis diruendens [?], partim praetorij subijciens extremo carissimo militi diripiendas regni reliquias exponens nunc est apud Avenionenses lupernas [?], unde partim vi partim astu conficere se brevi Delfinates et Occitanos profligaturum, paris interea studium [?] per se ferens. usque adeo nihil ipsos pudet. At ego spero nostros et fortiter et prudenter futuros: ac illum proinde suis ipsius viribus brevi casurum quod iam pridem factum esset, si vel tantillum subsidij submissisent qui hos ludos gratis ad se nihil spectarent otiosi spectant. Haec nunc habui Vir clarissime quae in sinum tuum effunderem. Tu nos ut cepisti amare perge, tuisque precibus Domino commendare. Bene vale. Genevae. pridie Cal. Decembris 1574.

Tuus Beza

## EIDEM.

S. Gratissimae fuere mihi tuae literae, vir clarissime, domine honorande, idemque frater carissime. Maximi vero facio tuam amicitiam quam mihi humanissime obtulisti. Gratulor

mihi

mihi hoc nomine & gratias tuae humanitati ago quam possum maximas.
Pridem propter virtutes tuas te amare coepi, ac multo vehementius
cum opus illud egregium contra Ubiquitarios evulgatum inspexi:
sum, te diligo. Inspexi & illum librum nuper quem misisti per
nostrum Thretium, Acta Concordiae ecclesiarum nostrarum cum D.
Luthero: ob quem editum boni quique omnes permultum tibi debent. Ni-
hil in hoc conscriptum quod mihi sit ingratum. Unum tamen optarem
vidisse te prius. D. Calvini Ecclesiaeque Genevensis consensum nobiscum
& nostra cum Ecclesia Tigurina, quam tractatum de dna cena edidisses.
quamquam me in hoc quidem quicquam peccasse video. Deum veneror
fidelem tuum laborem misere lacerandum ab Harpyis illis Saxo-
nicis. Obijcient illi omnibus his tuis Lutheri concessionem perennem & per-
petuam, in qua tamen quidem meminit Concordiae sed dins in-
terdum adobruit & verbis suis ? explodit. Nihilomi-
nus erit opus illud tuum utile multis imo omnibus rationes &
argumenta solida libentius quam tergiversatione & convicia audientibus.
Ego pro tua diligentia & studio laboribusque sanctis tibi gratias
ago. Metuo mi domine & frater ne illud tempus omnibus
nobis impendeat, quod iam diu imminere nobis per Germaniam
timui propter nostras rixas & ingratitudinem & vitam poenitere
nesciam. Dominus misereatur nostri. D. Philippum Camera-
rium virum clarissimum ex me salutabis & omnia si desideres mea offi-
cia. De rebus Gallicis & aliis reperies scripsi ad Gabrielem nostrum.
Oro ut boni consulas incultam hanc epistolam. Vale domine honora-
de & frater charissime. Dominus benedicat tibi & tuae familiae et
servet ab omni malo. Tiguri 14 Sept. 1572. Bullingerus tuus.

Clariss. uiro D Laurentio Dürnhofero Ecclesiae Norobergen. fideli ministro, domino meo honorando, & fratri chariss.

Dominus IESUS benedicat tibi & seruet te ab omni malo. Reuerende uir, domine colende & frater in Christo charissime Oro mihi condones, quod ignotus tibi tanquam noto scribere audeo. At facile hoc me confido impetraturum. Uni enim Domino Deo & Seruatori nostro Iesu Christo in eodem ministerio & in eadem seruimus ab ipso redempta Ecclesia. Habet autem hoc proprium ut omnia & singula eius membra ministri inprimis arctissimo inter se copulentur uinculo charitatis. Cum ipse Deus sit charitas, & qui in charitate manent in Deo etiam maneant, qui spiritu suo suos inter se connectit. Amaui te non uulgariter postquam intellexi ab amicis meis sedulo Christum te sinceriter ampliss. Reip. Norimbergen. annunciare & uitam uiuere Christi ministro dignam. Dominum sedulo orare non desino ut te confirmet in opere sancto & salutari, & dona sua tibi augeat ut uitam moderatione instruat. Quod futurum ipsum confido ad aedificationem & conseruationem suae Ecclesiae. Experimur, proh dolor, multos hodie nomen & Christi & sacrosancti eius Euangelij praetexere & magno spirare hiatu, sed uita parum proba & sermonibus parum moderatis immo acerbissimis plus destruere quam extruere. Dominus Iesus misereatur illorum & spiritum ipsis conferat uerae sapientiae & moderationis ad salutem multorum. Neque enim scio qua in re hodie diligentius debeamus laborare, quam in precibus assiduis ad Dominum pro ministris idoneis. Quondam nocuerunt Sophistae & Scholastici sua garrulitate & contentionibus Deo odiosis ecclesiae Christi, plus hodie

dis eidem nocebunt qui sophistae videri noluerunt sed apostoli appellari.
Verum omissis his, pergamus mi domine & frater populum nostrum
mox iudici praeparare, docere utilique utilia & salutaria, abstrahere
omnes ab omnibus superstitionibus, commendareque fidem veram
& vitam vera ornatam poenitentia, ut in conspectu Domini laetis
appareamus animis. Quod utrique nostrum & omnibus pijs con-
cedere dignetur clemens & misericors dominus, cui te commendo.
Si molestum non est dignare oro aliquando ad me scribere &
me semper ut facis ama. Aeternum vale. Tiguri 17 Maij.
1568. Tuus ex animo, Heinr. Bullingerus
senior, Tigurinae ecclesiae minister.

EIDEM.

S. D. Gratissimae fuerunt mihi tuae literae Dürnhofere doctissi-
me, idemque honorande domine & frater clarissime: quod humaniter tes-
taretur meas tibi literas fuisse acceptissimas. Nihil mihi charius
pretiosiusque bonorum virorum amicitia. Ac gratulor mihi auspi-
cijs domini inprimis, dein Schnaselbergeri communis amici nostri
viri per omnia excellentissimi, nos iam arctissima coaluisse ami-
citia & vinculo fraternitatis. Faxit Christus dominus ut ea sit non
modo diuturna sed indissolubili firmissima perpetuaque nexu.
Porro dolet mihi vehementer quod vexaris a nonnullis pseudo-
fratribus quibus calumniari & maledicere pro lucro est. Caeterum
non ignoras hoc tibi evenisse ac commune esse cum omnibus
fidelibus Christi ministris, conandumque nobis modis omnibus ne

frangam

frangamur ulla hominum iniquitate et malitia. Quin precemur ma gis pro illorum salute et contemnamus pro ipsorum stolidum et imperitissimum zelum. Pergamus nos nihilominus nostrum facere officium modestia ac sinceritate nos vel ipsos superare. Non obliviscetur deus omniscius et iustus et nostri et operis nostri. Flaccius de quo scribis valde est inquietus. opto illi mentem et meliorem et pacatiorem. Apud huius hominem et eius similes non video charitatem ullum habere locum. Arbitrantur se nullum gratiare deo si et foveant schismata et nova turbinis indicant. Facit hic quod Schwenckfeldius solebat, existimare nullam hactenus puram vel ecclesiam fuisse vel doctrinam. Se enim superbia intolerabili illum esse arbitrabatur qui unus et solus reformaret et ecclesiam et doctrinam. Habuit quod non nescis, pessima quaeque secta huiusmodi monstra, verum vigil ecclesiae suae Christus compescuit illa: quod et nunc illum facturum confido, oro que ut has secta lacerationes sanctae et nostri misereatur. Vale cum omnibus piis. Deus benedicat tuis laboribus et servet te ab omni malo. Recuduntur hic et in unum volumen coniunguntur libri mei de origine erroris et de conciliis. Tiguri. 7 Junij. Anno 1568.

Tuus Bullingerus S.

## EIDEM.

S. D. Non est mi domine et frater ut multis excuses responsionis tuae dilationem. Scio enim et experientia multiplici doctus scio quantis negotijs quotidie implicentur ecclesiarum ministri, et quod nullum ferme bonum genus quod instituerunt minusque ipsi possunt perficere.

Nam

Nam nunc huc nunc uero illuc rapiuntur. Quod si his accedant fal
sorum fratrum insidiae & calamitates domesticae quadruplicatum malum.
Nolim ergo te hac in re sollicitum esse. Quotiens commodo tuo scribere
ad me potes scribito & facies mihi rem longe gratissimam. Cum uero
incommode hoc feceris, occasionem obseruato oportuniorem. Dolemus
merito quod parentes tui nobis longe cariss. euocantur a nobis
ex hoc seculo. Sed gaudeo consolamus in quo nunc namque seculo longe ex
amplius. Et quod deo gaudeamus & gratulamur nobis de liberatione sa.
lutisque nostrorum. Deusque consolatur te & seruet te a malo. Perge tu
interim honorande mi domine & frater cariss. domino seruire in pietate
& iustitia, ut ille tuum probat ministerium, nec est quod dubites
de illius protectione & uera. Contristatur nob. mundus & exitia di.
reptiones & supplicia: Vix est in ipsum cordi non confundatur.
Falso tibi relatum est me refutationem parare quam proximis
francof. nundinas contra Vigandum emulgem. Laboribus enim ita
sum defatigatus & quotidie opprimor nouis molestiis omnibusque
ut in presenti nihil huiusque instituere potuerim. Videor mihi hac
in re constituisse quod potui in calumnias ui quas me Heronius
attraxit. forte nihil huiusque audisti. Mitto itaque ultimum meum
libellum quem ea in re edidi. Nec consultum uidetur ut
congrediar cum hoc instructo copia malorum librorum. carente
modestia & fronte, quemque nihil pudeat calumniis bene
dicta peruertere & ex contentione sui stipulatum quaerere. Nomine
uero Simleri generi mei & meo maximas tibi gratias ago pro

nummis

nummis missis, quibus nihil potuisset gratius obligare. Simlerus graviter ex podagra decumbit. Salutare interea te iussit. Habebis ex me lib. de origine erroris, quem primum quemque q̄ sibi Hor. omnibus patio tur iniici. Conabo alias qq. ne ingratus tibi videar. fratres Gymnasij reverenter te salutant. Saluta tu illos humanissime quos noie me salutasti. Vale. festinantissime Tiguri 31 Ianuarij 1569.

Nova communicabit com. Bullingerus senior tuissimus.
nummi amicus nr Schlusselb.

EIDEM.

S. D. Deposuisti tu colendissime mi due & fr. chariss: nuper apud me in perpetuum amicitiae symbolum iconem vultus tui mihi longe gratiss. pro q̄ tibi iterum atq. iterum ago gras. Ego vicissim apud te depono in aeterni amoris mei testimonium hos quatuor meos libros de orig: err. & de concil. qb. addidi insuper librum de filio Dei. Accipe haec a me benigne & amemus nos mutuum in dno quoad vixerimus. Dominus q̄ charitas e benedicat utriq. nostrum & servet a malo. Nihil nunc q̄d illis addam nunc habeo, nisi q̄d nimis oia perturbant. Nunc enim Papistae illud diu expectatum tempus adesse sperant quo nos funditus excindant. Sed homo proponit Deus disponit. Si dominus dederit nos in manus illorum propter peccata dissidia & ingratitudinem nostram, animas suorum fidelium servabit & corpora conscissa in die illo ad gloriam excitabit. Bene vale una cum D consilio & D Syndico. 5 Martij. 69.

Tuus. Bullingerus.

Hieron. Zanchius ad Bullingerum. 24 Junij
Anno 1568.

Expecto tuos illos libros de orig. erroris. Placet recitare quod mihi olim D. Montalcinus monachus qui tandem combustus fuit Romae pp. egit de tuo illo libro qui est de orig. err. dixerit. Cum ego eum librum nunquam vel vidissem vel legissem hortabatur ille ut emerem: Et si inquit nummos non habes eme tibi oculum dextrum illoque persolvas & lege sinistro. Mox Dei beneficio reperi (etiam in Italia) librum venalis tamen oculi qui non peperi oculis nam emi coronato. Mox totum redegi ad formam quaestionum theologicarum Scholast. adiectis locis ex Concilijs & Scholasticis, quid de ijs reb. sentiret Rom. Ecclesia. Est adhuc apud me. Haec notis veritate ut intelligas Bullingere quantum ceperim voluptatem & utilitatem olim ex libro illo tuo & quanti factus sit a viris pijs & doctis.

Theodorus Beza ad Bullingerum. 18
Augusti. 1568.

Tuus olim quidem libellus nunc iustae molis liber de Christiana nostra fide adnotatus mihi fuit mundissimus, mihi allatus & parte dono datus mihi fuit gratior mi pater, quod mihi veteris tui in me & incomparabilis plane beneficij memoriam renovavit. Quod enim hodie Christum agnosco, id est quod vivo, id ego non minima ex parte debere me tuo illi libro libere profiteor. quem cum olim scilicet anno Domini 1535 Bituricibus apud opt. virum piae memoriae D. Melchiorem Volmarium observandum mihi praeceptorem legeram, aperuit tum mihi
Dominus

Tres oculos ea potissimum parte qua Hieronymi commenta consulebas, ut
in lucem veritatis intuerer. Itaque coepi iam tum tibi debere quantum
deberi potest aeternae mihi felicitatis organo & instrumento. Quod iterum
apud te mihi gratissimum est testari, nec me posse amare & iuvare pergas.

Author.

Bullingerus opusculum ab initio formavit circa annum domini 1527
1528 ad imitationem Lactantij, non ut ederet sed ut se exer-
ceret. Verum placuit id excellentissimo beatae memoriae D. Ioanni
Oecolampadio quo suatore impressum est libellus Basileae per Thomam
Wolfium anno domini 1529. Idem autem libellum suum recognovit
& locupletatum iterumque publicum edidit anno domini 1539. Postremo autem
eundem in senio suo rursus recognovit & pluribus locis auxit
extremamque ei manum imposuit curavitque imprimi anno domini 1568
ad gloriam domini orthodoxae piaeque fidei defensionem & ad multarum
animarum salutem promovendam.

Scripsit haec Autor anno domini 1569 quadragesimo anno a prima editione.

EIDEM

S. Gratias ago domino Deo nostro qui ita meo benedixit minis,,
terio & laboribus quos una cum ministerio, ipso me iuvante
perfecio, ut pijs & doctis virisque in religione sinceris probentur.
At illum oro ut mihi benedicere pergat, quo eius gloriam
promovere & multis per ecclesiam possim prodesse donec illi
placeat me his aerumnis liberatum ex hoc immundo & perfido
mundo ad se avocare in patriam aeternam. Gratulor sane mihi
de gratia dei concessa, quum tuum iudicium de meis laboribus
aliorumque bonorum virorum lego. Si olim aetas & vires

mihi

mihi suppelerent, incitarent me uehiti stimuli ad pergendum in opere Domini. Iam uero cogor uela colligere & gras agere deo, qui uires roborauit obeundi meum ministerium in ecclesia mihi tradita. De alijs laboribus nescio si quid amplius prestare potero: libenter tamen Dno inseruire, q possum diligentia, ipso me adiuuante paratus sum reliq illo tempore q me hic uoluerit uiuere. Semper enim hoc apud me repeto: faciet deus qd bonum & in oculis eius, & misericordiam suam a me non auferat, & me seruum eius seruet in gratia sua & ab omni malo custodiat. Spero libellum meum quem ad te misi ante opus de origine errorum tibi esse redditum: Repetitionem puto & ditmarid. explicationem consensus re, tuis Eccles de incertis spiritualib. uiago in Chro. Qd autem nullam eius in literis tuis mentionem facis, arbitror ea de ca factum qd eum legere non dum potueris. Et quidem satis mihi factum putabo, si a te intellexero ipsum tibi esse redditum.

Valde doleo animo meo tam grauia p ectm disperqi scandala. Et quid eo grauius ostendit non mo infirmos sed firmiores quoq. qd inter nos altercamur tam acerbe & implacabiliter. Flacciani copia malorum uerborum instructi non desinunt optime meritum philippum accusare imo & diabolo tradere. &c & in Ecclesiam inuehunt materiam nunqu finiendorum dissidiorum. Quid autem uel facias uel speres ubi ne mica qdem charitatis uel moderate cernitur prudentie, oia autem geruntur ex affectib. uehementissimis? Orandus q dns Iesus ut ipse huic malo medeatur, cui humana uis sui x medebitur. Vidi & ego

Sacterij

hactenus in toto mei ministerij decursu uerissimam de Gregorij
ad Procopium de synodis sententiam quam et tu adducis in ordinem
Ego saepius expertus. Qui hasce tibi offert literas D. Christophorus
Aschingerus minister ecclesiae Schopffensis in marchionatu Badensi
uir doctus moderatus et uir ualde bonus. Petiuit a me ad te
literas ut per eas occasionem in tuam perueniret notitiam.
Cum ergo norim illum iam ab annis aliquot et sciam hominem esse
sincerum ipsum tibi commendo, ut amice excipias et familiariter
cum illo colloquaris. Non poenitebit te eum eo gratificasse amici
tiam. Quid enim expetendum magis quam bonos sincerosque habere amicos.
Pluris ego hos facio quam Crassi opes et magnatum potentiam. Ego
Valeo mediocriter utrunque. ita tamen ut non multum excellam. fractus
sum laboribus, uires interim hi non minuantur: sed haec sic
placent domino, in quo te uxoremque tuam optime ualere
opto. Oro ut diligentissime digneris salutare D. Marbachium et
D. Hartbusianum imprimis uero nostrum Schutzpelbergerum ad
quem nunc non fuit ocium scribendi. Postridie celebrabitur hic
synodus omnium pastorum et ministrorum qui sunt in urbe nostra
et ceteris aliis oppidis et comitatibus atque dominiis nostrae urbi sub
ditis, quorum item sunt in Durgouia. Est itaque nimirum quod agam. Do
minus adaugeat nobis suam gratiam. Iterum iterumque
vale. Tiguri Calend. May. 1569.

Tuus Bullingerus Senior

EIDEM.

S. Tuas domine honorande et frater clariss. XVIII Sept. scriptas

mature satis accepi ac consilium apud me periculi evitandi
gratia nullas amplius ad te literas scribere & mittere, quas non
incluserim D Schnepelbergeri literis. Sic n. oia tuta fore confido.
Recte sane cavemus nobis diligenter ab illis nostris insidiatoribus & qui
unde libet calumniandi occasiones quaerunt. Dominus concedat
ad animum tranquilliorem & sinceriorem. Ego per Dei gratiam
sic satis recte corpore valeo, nisi quod ex morbo aliquam imbecilli-
tatem nonnullam sentio. Verum hoc in iis qui superarunt annum
65 rarum non est maxime si diuturnis & gravib. laboribus
curis atque maeroribus alias sine exhausti. Ita tamen ex hac exi-
lio tandem eluctamur in patriam sempiternam. Valde dolet
animo meo in ecclesia inveniri homines inquietos Andreanos
Illyricos, Amsdorfios Heshusios & nescio quos alios quibus nihil
est dulcius quam litem serere ex lite & ecclesiam novis inven-
tis perpetuo interturbare. Hactenus quidem ecclesia Dei à
primis temporibus Idiomatum Communicationem ut sanctae
scripturarum expositionem pie agnovit, quam iam isti cla-
mitant diabolicum esse inventum, non alia de re quam ut
Eutychianismum resarcirent. Vereor gravia hinc redundatura
in Ecclesiam pericula atque scandala. Contenderunt isti homines & de
nonnullis aliis de quibus tranquillis si boni essent poterant iu-
dicare, Vereor ipsos aliquando principes inter se committendos
simili bello per suos alastores. Frostenberg nuper rediens Francofurto
mihi narravit quam turbulenta ista ingenia Illustriss: princ.
Vilhelmo

Vilhelmum Saxonem non esse in gratia apud Illustriss. Electorem quod foveat istos. Edito autem publico prohibuisse Elect. libros Illyrici Iacobi Andreae & Spangenbergij: sed tu forte de his certiora habes a clarissimo viro D. Paulo Ebero quae si mecum communicaveris, feceris mihi rem longe gratiss. & quanto citius tanto gratiq. De bello Gallico quae habes ex Schlusselb. me intelliges: Haec[?] ... scio te mihi parcere ne idem cogaris scribere. Vale aeternum domine honorande & frater charissime. Saluta M. Marcellum & D. Herdess. Vrsini[?]. XXX Septemb. 1569.

Tuus ex animo totus HB.

## EIDEM.

S. D. Diu expectatas literas tuas honorande domine & frater charissime accepi tandem cum gaudio una cum responsione Witeb. & Lips. scholarum data Iacobo Andreae & cum actis Collegij Aldeb. Pro his gratias tibi ago quas possum maximas. rependturus ali quando cum per occasionem licebit. Interim Deus sit merces tua. Iacobus Andr. homo garrulus & superbus multis se immiscet rebus quibus prudentius si saperet, non immisceret. Sed potius ea curaret quae sunt additionis eius Ecclesiae ad quam est vocatus. Quondam non sine culpa & mutuario non vocati pastores vel doctores circumire: Nunc omnia omnibus licent: Unde etiam omnia turbis insolita cernuntur. Admodum diligens est Andreas ille in Eutychianismum multis astringet imprudentibus. At Deo gratia videntur Witenb. & Lipsen. recte de mysterio incar nationis sentire & nihil morari Brentismo & Andreanismo.

Nolunt hi videri Schwenckfeldiani, sed Swenckfeldij & Brentij doctrina de corpore Christi in Caelis assumpto vna atque eadem est. Vtrique disturbant praua dogmata. Quod vero indicarem mi domine & frater de Actis illis Aldenburgensis Colloquij: Doleo ex animo hanc concertationem plane noxiam pestiferamque inter illos ac exortam. Haec inque palam in nullo articulo omnibus illis tam bene atque in Iustificationis conuenire. Nunc vero intelligo istos inter se diuisos & dissensione mouere omnia maximo cum scandalo bonorum ma lorumque Iudicio. Et cur rapitur simplex illud doctrinae genus in Controuersiam? Quid ergo simplicius quam quod sola Dei gratia per solum Christum iustificamur, eamque iustificationem sola fide nono, panitus apprehendimus & consequimur, quam quidem fides se exigi sinit quam ordine per bona opera? Nam iusti iustitiam operantur. Hec simplex veritas concorditer omnibus deberet inculcari ad Salutem, consolationem & aedificationem Ecclesiae: quam isti sane non aedificant suis altercationibus, sed destruunt. Vereor sane iusto dei iudicio haec inter illos oriri, quod nimium mirari doctos & nimium doctis tribuere videntur. Non inquiritur simplex euangelica & apostolica de hac re doctrina, sed contenditur de bonorum expositionibus & sententijs hac de re per varia scripta varie tractatae. Inspexi saltem librum in multis & varijs meis negotijs vtcunque plane legi. Videntur tamen censores nimis superbo censoriam sibi sumere virgulam & magis delectari contentionibus quam aequum & bonum sit denique ad damnandum & conuiciandum proniores quam deceat theo

loges

logos. Ante annos aliquot renati sunt etiam dissidia aliaque mala
satis reddere peiora, ac tum scripsimus ea de re ad Illust. Pr.
Hessum optimum, quam hic tibi mitto. Oro tamen caveas ne in alie-
nas perveniat manus et ignem igni addat. Mitto item sex sermo-
nes germanicos conscriptas a me ut hic in templo eas habui ad
populum, in his quoque negotium tracto iustificationis sed breviter, ut
sane breviter exponi potest, neque opus habeat tot vastis libris et
numquam finiendis litibus. Ego vero cum illa scriberem nihil adhuc
audieram de ista istorum hominum controversia. Dominum Christum adeo oro
ut ipse componat, benigneque gratia sua prohibeat ne huiusmodi
altercationes aliquando erumpant in schismata et crudelia bella. Pasto-
res doctoresque nostri sciti non videntur tanti facere pacem ecclesiarum
quanti alioquin facerent si saperent. Adversariis abundantissimam
suppeditant conviciandi materiam. Deus misereatur nostri. Ut quod
tibi quoque quod verum est fatear saepe me quoque eadem desertionis officii
tentatio invasit: sed per Dei gratiam retractus et ipse diligenter mecum
expendi quid evenerit Heliae in 19 cap. 1 lib. Reg. et Ionae quoque
vocato ad praedicandum Ninivitis. Age ergo mi frater pergamus
constanter in via domini et patienter feramus mala quae ingruunt
semper oculis fidei spectantes ad illum qui nos vocavit et nobis
promisit quod nobiscum esse velit ad finem usque seculi. Domine
Iesu serva nos et instrue nos spiritu tuo ut tibi per omnia in
ministerio tuo sancto placeamus. De reb. novis scripsi ad
Schlusselb. nostrum qui libenter tibi communicabit. Respinam et Ser
vix absolvere potui. Oro boni facias consulas. Vale alterum

&

& ora pro me Dominum. Saluto D. Marcellinum & Hausfrisiam.
Dns vob. nobis benedicat. 12 februarij 1570.

Tuus Bullingerus.

EIDEM.

S. D. Ultimas lras dne honorande & fr in Chro carissime
quas accepi a te scribebas 12 febr: ab ijs nullas toto illo tempore
misisti. Cumq. interea temporis & sermones meos in 8 cap. Act. ap. 6
una cum epla mea manu scripta ad Lantgr. Hessiae Philip. Iunio
rem B M ad te dederim, nondum tamen an acceperis intellexi.
Ego vero oia quae misisti Acta Vze Aldenb. breve item Respon:
Witeb. ad illa una cum orone funebri & carmine accepi & pro ijs
ago tibi gras & ago adhuc ampliss. Acta & responsione brevem
ad Acta legi non tn sine magno dolore qd intelligam illos irre
conciliabiliter inter se dissentire & utq. ad Xma quilibet praerumpere.
Et vero ingrati sunt isti boni optime merito Melancht. iurij ant
cum bono parcunt. Nisi contentionis rabie furerent possent &
potuissent dudum eis satisfieri omne satisfactum est a Witebergens.
Quid ore simplicius qm iustificari nos gratia dei p meritum Christi
solius, & solam fidem recipere iustitiam hanc: opera vero ex fide
consequi, nec concurrere ad iustificationem. iustum facere iustitiam
Si ulla in Flaccianis charitas esset facile possent in speciem
dissidentes componi sententias. Vix credas qm exultent & triumphent
ob hoc dissidium terribile hostes veri capitales. Et item offen
duntur simplices. Sed nullam habent isti hanc rem maximae

rationem

rationem dum modo genio possim indulgere & abrude lindere tibi
Dominum oro ut has principum turbas componat. Nisi enim nobis ille
sua adsit gratia nihil hic efficient ulla humana consilia. Saepe me
cum repeto illud Coly. [illegible]: Deus bone in quae tempora nos reservasti, [illegible]
[illegible] haec audiam. Utcumque nihi gratulor quod in ea inciderim
tempora quibus tam clare sacrosanctum & salutare Christi nobis
compluribus Evangelium. Dominus servet nos in aeternum.
Carmen illud [illegible] placide & elegans nihi perplacuit. Gaudeo
te pervenisse quibus etiam [illegible] [illegible] Gallice [illegible]: Utinam orbi
nobis in [illegible] nostris sic Communicates. Quae nova habeo scribo ad
Communem fratrem nostrum D. Schlusselb: qui libenter communicabit. Und
grad so ich das schryb, wirt mir ein schryben von Bern der dato
17 Junij lutend. Vergangen donrstag, was der 8 tag, hat man alhie
empfangen erlich des hertzogen von Saffoy bottschaft, den grauen
von Valdendis und den herrn von Montfort mit vil adels.
denen ist man engägen geritten. Morndes am donstag 11 Junij
habend sie geschworen von der fürsten wegen den pund, da
hat man ihnen ein mal gehalten und mit 32 grossen stuck
geschossen. Als aber die botten fürstliche schänk inen zu an
Zeignng des fürsten guten willen schäncken wollen, hatt ein
ersammer Radt gedankt und anzeigt, das man alle frauen
und fürsten schenckinnen verschworen, daby wölle man blyben.
Aber alle liebe trüw und fruntschafft dem fürsten bewisen.
Sind also widerum beleytet und in liebe abgescheiden, mit
vil und grossen erbiten des fürsten. Haec illis addere nolui quae
scripsi D Gabrieli ut tu haec illi communices & missum legas

q ad ipsum scribebam. Dominum Christum oro ut tibi universaeq.
tuae familiae benedicat & nos servet ab omni malo. Salutant te
D. Gualterus, Wolfius, Simlerus, Hallerus & caeteri omnes. Tiguri
19 Junij 1570. Tuissimus HBull.

EIDEM.

S D. Exoptatissimas tuas, dne honorande & frater cariss. tuas Dn
Schlusselb. mihi inclusas & a te scriptas 29 Junij his diebus accepi
cum gaudio, quod cognoverim te recte valere ac res tuas non infelic-
iter habere. Deo itaq. gratias ago, eundemq. oro ut & tibi famili-
aeque tuae & tuis laborib. benedicat & ab omni malo servet. Praeter
ultimas illas tuas quarum modo mentionem feci, nullas a te hoc anno
literas accepi, nisi eas quas 14 febr. scripsisti. Si quas scripsisti alias in-
terciderunt sine dubio. Tempora sunt infelicia & homines corruptissi-
mi: circumspecte itaq. nobis est agendum. Mira est sane
doctoris illius imprudentia pariter & pertinacia. Perrumpere
voluit cum illa sua carnis Christi ubiquitate, invito etiam
Deo & reclamante universa orthodoxa Ecclesia. Sed nihil ef-
ficient nisi quod Ecclesias turbabunt: vincet nihilominus veri-
tas. Ac gratias ago Deo nostro quod scholas ipsas celebres Witeb. &
Lips. in vera confessione veritatis confirmat atque conservat.
Libellos quos te ad me mittere scribis libentissime legam,
rogoq. curam de Christo: ac pro ijs humanitati tuae gratias ago max.
rependamq. per opportunitatem aliquid. Diligenter noster Schlusselb.
descripsit

descripsit quomodo ab amplis. magistratu reip. nostrae exempla sit Imp. Maiestas. Utinam sapiat illa & non sinat se seduci a pseudo-[illegible] [illegible] crudeliss. Ego qq. parum fructus ex his expecto Comitijs utinam non plus detrimenti inde percipiamus. Unde orandus est serio dominus ut corda principum dirigat in viam pacis & salutis. Quae nova habeo ad D. Schleuss. scripsi qui illa tecum communicabit. Scribit ad me singularis quidam amicus meus Elect. Sax. datis ad civit. Argent. & Basilien. literis miris coloribus Illyricum depinxisse, illasq. hortatum ut ipsum ex urbe sua arcerent, hos vero ne illum apud se reciperent. Et refert princeps noster: Mirum si veniat Basileam. Non puto illum recipiendum a magistratu nisi occulte recipiatur a Sulcero qui libenter colludit cum huiusmodi turbatoribus. Scripsit nuper ad me literis D. Beza inter alia: Legi nonnulla ait in Illyrici novo testamento: quo nullum unquam fuisse arbitror impudentiorem plagiarium, ut qui nostrorum longe maximam partem nostris mutatis quidem verbis transcripserit. Sed illud soni crimen non video quo nomine vocari mereatur quod usq. adeo miseri [illegible] vel [illegible] frontis est, ut D. Calvinum & me [illegible] nihilo[illegible] in [illegible] partes pertrahere. Sed de hoc alias ut spero plenius. Haec ille. Plura quam his adijciam nunc non habeo. Tu inde optime valeto. Tigur. 14 Julij. 1570.

Tuus H. B. S.

EIDEM.

S. D. Nihil aliud nunc possum mi domine & frater quam gratias

qs

gratias possum maximas tibi agere pro libellis illis à te mihi donodatis,
quos ante paucos dies accepi & legi, pponens maximis, eas quos illi scrip-
serunt de summa religionis, de communione Idiom. & ad haec spec-
tantibus. Rogas quid de his sentiam? Gratias ago Deo pro donis gratiae collatis
viris illis celebribus. Non tam mihi quam omnibus alijs symmystis meis
omnia probantur. Habent illi unum quod in Ecclesijs nostris usurpatum non
est, privatam absolutionem. per caetera quae continent omnia nobis cum illis.
Quam vero brevibus & perspicuis argutis dissolvunt sophisma Andreae
nostri? quod erudite confutant Wigandi cum communicatorem realem?
Rursus ergo pro libellis illis tuis summas ago gratias: Utinam aliquando
do rependere queam. Pridie abhinc scribit ad me amicus & frater
quidam meus Illyricum amplius nec Basileae nec Argentinae latere
sed concessisse in Ducatum Wirtebergicum: forte quod probe convenerit ip-
si cum Brentio & Andreae in confessione illa mala Christi. Plura iam
non possum nuncio festinante Sangall. per quem haec mitto. Opti-
me vale. Dominus benedicat tibi tuisque laboribus. Tiguri. 23 Sep-
temb. 1570.

Ioannes Bullingerus.

EIDEM.

S. D. Binas à tua pietate domine honorande & frater carissime literas
accepi, alteras quidem anno superiori 15 Decemb. scriptas, & alte-
ras huius mensis 9 datas. Et quidem gratulor tibi quod Dominus bonitate
sua e gravi morbo restitutus sanitati. Dominus velit hoc tibi
esse diuturnum. Pro aliis Aldenb. gratias ago quas possum max.
item & pro libello eleganti & utili, in quo confundatur Christo-

rons

cationes varias [con]tinentes: q[uae] & mihi perplacet, licet vehementer

a[nim]o meo doleat q[uo]d iam intelligam apud Saxones [con]uenti de reb. om-

nium max. & in q[ui]b[us] o[mn]io conueniebant verbi dei ministros [con]sen-

tire. Multorum a[nim]i his vehementer vulnerabuntur. Apud nos

Dei gratia nulla est de illis reb. silentio sed summa consensusq[ue]

in Confessione n[ost]ra 66 anno edita & tibi per me transmissa.

Soli Basilienses inter se contendunt. [illegible] Libentissime vero Vera-

des meas in forma [illegible] impressas ad te mittam per Sangallum

[illegible]primum commode potero, Argentes plurimum me aliqd posse

in tui gratiam facere. Si Witebergenses opponerent scriptum

[illegible]gis Cleomes ipsiq[ue] maxime mihi gratificaveris, si ad me mitteres.

Posteriores attulit S. n[oste]r, ac gratissimae me non mediocriter, q[uo]d

intelligam q[ui]b[us] sis expositus periculis: ac hoc ardentius fundemus

ad Dominu[m] preces: q[ui] ut suos o[mn]es exaudit, ita suos nunq[uam]

negligit: spera in illum q[uo]d facis & ipse te suscipiet. Prodigia

passim in celo & terra apparent admonentia fideles ut se [com]pa-

rent & Deo occurrant in[illegible] fide & poenitentia. Audi vero q[uo]d

interea dum tu Responsum v[est]rum ad Test. Br. acceptisti, evenerit.

Doct. Vuilhel. Bidenbachius Brentij successor & Praepositus Stutgard.

q[ui] testamentum edidit contra nos in melancholiam incidit

& 6 April. hora matutina 3 in Coenobio Bebenhausen [illegible]

se ex fenestra [illegible] & paulo post mortuus [illegible]. Sic scribitur Tu-

bingae 14 April. Doleo sane vicem miseri hominis. interim tamen

fateri oportet admiranda esse Dei iudicia. Ex Italia ad me

scribitur motum bellum intestinum inter principes Italos furori-

tate

ensem & florentinum per Mirandolam & metro qs alias venisses.
Deus gradat poenitentiam & parcat miseris mortalib. Christianis nostris
pottum. Dominus benedicat tibi, tuae familiae & bonis omnibus.
Tigur. 30 April. Ao 1571. Juvenis hic qui has tibi offert pro-
ficiscitur in Coloniam. Bullingerus tuus

EIDEM.

S.D. Adeo nullam mihi seni & varijs occupationibus oppresso
molestiam exhibes literis tuis frequentibus, ut magnas tibi potius
mi dne honorande & fr cariss. agam gratias pro ista tua in me dilec-
tione & diligentia. Redditae .n. sunt mihi tuae 14 Martij scriptae
quae interim hoc nomine me perturbarunt quod turbulenter intelligam
odijs nonnullorum te premi & gravari. Exerceri afflictionib.
Caeterum tum non ignoras quod eo nam omnium ante nos sanctorum sors
fuerit, quantas quantasve perpessus sit sanctus ille sanctorum deus
& redemptor noster Iesus Christus qui inter alia quoque dixit: In patientia
vestra possidebitis animas vestras: tranquillo & forti infractoque animo
ferre necesse est quaecumque ferenda nob. imposuerit deus certo per-
suasi velle sciamque illius esse omnia nobis imposita quae sustinemus.
Ea dulcia & lenia alicubi nuncupat. Carni quidem semper sunt
acerba, dulcia vero iucundaque redduntur per donum spiritus ipsius.
quod ne ille liberaliter nob. infundat, augeatque sedulo orandus est.
Noli vero in calamitate illa & malorum copia vigilare et sta-
tione desperanda. Scis quid Apostolus olim dixerit: malle se mori
quam non suum facere officium ad quod electus & vocatus fuerat.

Non deseret nos in sua vocatione bonus, potens & verax deus, qui a nobis
requirit ut mundo et principe mundi, omnibusque mundi formidabilibus rebus
contemptis in ipsum solum respiciamus, ipsum invocemus, ab ipso auxilium & li-
berationem ab omni malo expectemus. An vero ullos unquam fefellit qui
in ipsum innixi in sua vocatione sunt intrepide progressi? Itaque nos non
poterit vel negligere vel deserere. Laudantur qui in finem usque perseverant.
Coronantur qui in pugna strenuum vicerunt tandem. Admodum utile
nobis fore existimo, si saepe legeremus & nobis vere expenderemus septem
illas epistolas quas Christo iubente ad septem ecclesias scripsit beatus Ioannes
et prima Apocalypseos capita. Deus consoletur et confirmet nos in suo
munere, ut cum dies mali sint in quibus vivimus, boni ministri &
utiles semper inveniamur. Mitto tandem Decades meas: Non est quod
solicitus sis de pretio. Dudum submissis libris ad me debitorem me tibi
fecisti, cum libere fatear multo plura me tibi debere. Proinde oro ut
benigne a me accipias quod offero. Scripsi quidem & Comment.
libros in Acta apost. ante annos plus minus 37 sed nulla extant
amplius exemplaria. Dudum enim omnia sunt divendita sicut & alia fere quae in
novum testam. edidi. Volo enim te non ignorare quod in omnes Novi
test. libros olim scripserim. Cuiusque mea fidei credita hoc tempore Acta
Apost. expono. Credo si nunc scribendum esset in illa longe pleniora
ra darem Commentaria: brevia alioqui sunt & festinatoria, quae ante tot
annos & pro isto tempore impendentium forte effudi. Quoniam vero
intelligo te singulari desiderio aliqua desiderare scripta in librum istum
longe pulcherrimum & Ecclesiis utilissimum, en adiunxi Decadibus
Homilias eximias imo Filii mei D. Rod. Gualtheri qui satis diligenter
& utiliter in eo opere laboravit. Pretium autem [illegible] quod ab ipso
accepi

accepi, tibi mitto, ut uel hinc intelligas animi mei in te promptissimam
uoluntatem. Pauca si illa adhuc supersunt exemplaria exhibeantur. Si haec
a me benigno animo accipis, gratulabor mihi. Cupio enim modis omnibus
approbare tibi quali te faciam et quanto pere tibi inseruire cupiam. Si quae
alia a me postulaveris libentissime praestabo. Scripsit ad me Beza
mense Martio se uocari in Synodum quam Principes conuocarint Rupellam ex omnibus Galliarum prouinciarum Ecclesijs. Idem sub finem Martij Rupella ad me scribit uenisse se ad 29 Martij synodum frequentis. coijsse ex ministris uniuersa Gallia omnibus. Ante paucos dies iterum scribit Geneua imo Lausana saluum et incolumem se
redijsse ex Synodo. Mittit eptm a Synodo ad nos datam Acta Synodi complectentem et gratiarum actionem: Nam scripseramus ad illam Synodum exhortantes fratres ad concordiam. Concordes autem discesserunt
ab omnibus feliciter deo inuante gestis. Significauit praeterea Beza res in
Gallia fidelium satis esse tollerabiles, ac Regem omnino statuisse pacem
seruare inuiolatam. Non conceditur mihi de his copiosiora ad te dare.
Tu boni seu consulas oro. Vale aeternum. Dominus Iesus benedicat tibi, tuis
et seruet nos ab omni malo. Tiguri. die Ascensionis domini 1571.

Bullingerus S. tuissimus.

D. Wolfgangus Hallerus communis
noster amicus Consentiente Caes. Imp. ac Principi Xeu? et Electori Palatino,
et inuito migrauit Ambergam. Ita ipse mihi datis literis ad me perscripsit. Deus benedicat ei.

EIDEM

S. D. Nimis profecto operosam domine honorande et frater in Christo

charissime

carissime, gratiarum actionem pro tradendi munere adornas. quamquam agnoscam interim in eo commendandam animi generosi tui gratitudinem, & quod nihil pereat quod huic humanitati impenditur. Utinam in maioribus tuae liceat pietati inservire & gratificari. Tuus sum & ero per omnia. Gaudeo Witebergensem Academiam opus edidisse in assertionem certe nostro seculo, in quo Christi domini nostri cognitio non parum obscuratur Brentiana & Schmideliniana ubiquitate. Gaudeo insuper quod hunc librum tua liberalitate a te accepturus sum: Immo iam nunc pro hoc & aliis a te continuatis gratias tibi quas possum maximas ago.

Significat D. Schlusselburgius se illa accepisse a te omnia, curaturumque ut brevi & certo illa habeam per Sengelium. Spero me eiusdem Angli librum te accepisse Francofurti a meo genero D. Iosia Simlero, qui exemplar operis sui destinavit tibi & mitti iussit per Froschoverum. Is involutum & inscriptum Schlusselburgii nomine ad nos transferri curabit.

Discessit praeterea paucis ante diebus a nobis Witebergam studiorum causa comitatus studiosis quibusdam nostratibus Lunaeburgum quem ad nos pervenisse spero. Tradideram illi libellum tibi exhibendum De authoritate scripturae & Ecclesiae quem non sine voluptate lecturum te confido. Plurimum doleo importunorum hominum intempestiva contendendi libidine & ambitione incredibili non tantum ecclesias per totam Germaniam turbari, sed multos qui aliquousque in via veritatis sunt progressi, impediri ut alii quidem subsistant nec promoveant, spectantes quo tandem haec altercatio decidenda sit, sive delabantur ad ea quae hactenus deseruerant. Nec video cui desperatae huic rei hoc nostro seculo corrupto & factionum studioso medicina possit inveniri. Cumque desperare cogor multas ob res

de humano auxilio ad divinum confugio, supplicans Dei filio dno
et servatori nostro ut is malo medeatur immedicabili. Nra Ecclesia
per Helvetiam per Dei gram & misericordiam aliena est ab hac lue.
Interim in Rhetia suppullulant nonnulla Italica ingenia, quae fortiter
ab aliis oppugnantur pastorib. Suavissime una vixim9 D Martyr
& ego annis aliq. Sæpe miratus sum virum illum, cum esset ex flo-
rentinorum patritiis & Italia, nihil tn Italicorum sapere morum.
Simplici & sincera qdibus erat fide, alienissimus a contentione &
curiositate, vir pius, humanus & semper hilaris. Hic me audiente
acerbissime obiurgabat latinum scriniaum & senos eius Italos, Polonos ite
nonnullos mirificas & curiosissimas qlicheo qstiones quae fidei simplici
tatem morderent. Semper ille simplicitatem primum maximi facie-
bat. Scripsit ille plurima. Sed quae Tiguri edita sunt haec sunt: De Eucha-
ristia quae Gardinerum: cui cognata est in 2da editione. Disputo de
Eucharistia, Tractatus de Eucharistia. Methodus libri contra Gardinerum
Epta ad Sturmium. Confessio Martyris de Cena D. Commentarii
in primam Pauli ad Corinth. In librum Iudicum. In duos Samuelis
In duos Regum. In Genesin. Precum libellus. Dialogus de 2bus in Chro
naturis. Commentaria in 1 & 2 Eth. Aristot. Comment. in eptas
ad Corinth. [Rom] De votis contra Schmidlinum. Rodolphum
Gualtherum affinem meum (nam eius filia nupta est filio meo Hen
rico) educavi a puero, nunq auxilio parentum destitutus esset, &
ego in illo observassem ingenii singularis praestantiam, patrem me ei
praestiti. Natus est aliquot Tiguri familia patritia. Pater eius pauper
erat, cui hic natus est postumus. Vir est pius & humanus. Praeter ea quae

commemorat

commemorat in sua Bibliotheca D. Gesnerus edidit eiusq. homilias de Antichristo. Homilias in Marcum: in acta apost. in epistolam & epistolas Iohannis. in epistolam ad Rom. ad Corinth. in XII minores prophetas. Liberi hic te reverenter salutant & operam suam tibi amicitiamq. offert. Valde gaudemus & Deo gratias agimus, tibiq. gratulamur quod omni [illegible] suis clarissimus. faxit pariter noster Dominus & Salvator Christus, ut altercationes & calumniationes hae sic ubiq. compescantur a sancto magistratu ad incolumitatem Ecclesiae. Dominus Iesus benedicat tibi tuaeq. familiae & servet nos ab omni malo. Saluto amicissimum D. Maximilianum & D. [illegible]. Tiguri 15 Septemb. A° Salutis nostrae 1571.

Bullingerus tuus.

EIDEM

S. D. Accepi quae misisti & dono dedisti omnia, honorande domine & frater in Christo carissime, ac gratias quas possum maximas tuae humanitati ago pro dono hoc tuo mihi longe gratiss. Non sine dolore video optime meritam Germaniae scholam de orbe, indignis modis lacerari a furiosis Flacianis. Dominus coerceat homines impudentiores an impientiores dicam, nescio. Hoc scio me in scriptis ipsorum nullum cernere spiritum bonum qui ad rem vel controversiam faciat. Legi librum de persona & nat. Christi ac video illum magna pietate eruditione & diligentia scriptum esse. Probo quod de hac re docent. Quae vero de Cena Domini ex sententia Lutheri B M in Nu. 2 & 3 adferunt nostri me simpliciter non posse probare. Hactenus legi ad literas usq. Oo. Interim intelligo viros opt. urgeri & stringi rebus variis at nondum aperte quod sentiunt proferre ausint. Nihilominus amamus illos & oramus pro ipsis Dominum

Cum

Cum alioqui ipsi de persona & naturis Christi, de eius ascensione ad coelos, sessione ad dexteram patris non possent explicare melius & perspicacius. Scripserunt illi ad nos literas quas exemplum his tuis adiunxi: responsionem quoque nostram adumbratam adieci. Oro ut haec tuto ad me remittas & tibi soli communicata existimes. Ipsas vero literas obsignatas oramus ut nobis aut Witebergam tuto mittere & amicis tuis indicare si quid literarum ad nos dare velint per te hoc faciant. Tu vero dabis Schlusselbergero nostro, cui de libro Simleri nostri quod factum sit significabo & alia quae in ore hominum temporis excluso plura in tuis eger. Optime vale una cum familia tua & piis omnibus. Dominus Iesus benedicat nobis & servet nos. Ora pro me Dominum. Tiguri. die Martii 1571

Bullingerus tuus

EIDEM.

S. D. Satis mature literas tuas 4 Decemb. scriptas accepi: Tardius vero rescribo idque propter occupationes meas & privata & publica negotia. Humanitatem tuam oro ut hanc mihi moram interiectam condonet. Gratulor ex animo filiis & secundo partu uxoris tuae honestiss. ac Dominum oro ut gemellis benedicat, eosque gratia sua misericordia vasa efficiat. Uxori tuae mitto argenteum hunc nummum fidei spei & charitatis typum munusculum & gratulationem felicis partus & ut semper meminerit gemellis tuis commendandam esse fidem spem & caritatem. Digna fuerat ampliore munere, sed boni consulat quod datum est animo benevolo. Dominus ei benedicat. Gratias ago humanitati tuae quod diligenter nostras Witebergam scriptas curaveris literas. Nec dubito de tua diligentia & fide siquidem aliquid

aliquid nob. dignati fuerint respondere. Iudicium meum de consensu Saxonicarum ecclesiarum, qd a me petiuisti, mitto his ad iunctum. Descripsit a meo exemplari studiosus qdam, qui emendate quidem, sed non satis eleganter. Relegere non potui: Tu facile sensum assequi poteris. Quod si tibi dne et frater uideatur fore fructuosum, amicis illis tuis Witebergen: quos et ego licet de facie ignotos ex meis agnosco, commonstrare bona mea gra poteris: Sin putaueris eos eo offendendos, oro tibi seruas. Neq. ego ob hoc commiror. Tu non inique rectè uideor iudicasse, monitorem libentissime et cum compassione fe[ra]m. Misso Gloria adhortationem illam meam ad omnes Xbi ministros. Non displicebit opinor pietati tuae: Epistolam infelici mei domlo necessariam agnoscam te nihil dubito. Deum oro ut laboribus his meis benedicat. Scribit ex Gallia ad nos illustrissimus princeps Admiralius se optime de Rege sperare. Significamus fratres Nemausen. indictam esse synodum ob. per Galliam ministris ad proximum mensem Nemausi celebrandam. Deus benedicat laboribus et seruet a malo. Vale alter meum dne honorande et frater carissime. Salutabis amicos meos ex me amicissime. Ex Tiguro festinanter. 16 feb. 1572

Bullingerus tuus

## EIDEM.

S D Cum tuae honorande dne et fr charissime 5 Martii sint scriptae nec tamen ullam faciant mentionem uel libellorum a me missorum ad te, neq. oppositionis meae ad sententiam Dresdensis synodi consignata, neq. argentei nummi quem miseram ex Xarii tuae facile colligo

collego meas tibi nondum redditas: spero autem breui fore reddendas: nam eodem omnia ad Schlusselb. nostrum misi. Quam uero conturbat me quae de Electore S. scribis: uerum cum negotium sit domini Dei nostri omnipotentis, de illius auxilio & gratia spero, fore ut ueris adsit constanter. Quod perpetuis precibus à Deo contendo. Cumque nob. non desint Deo gratiam suppeditante nobis, arma, non tanti facimus rabiosorum hominum condemnationem: plus nobis dolet in Italia illa qua melio ra meritos exercent. Sed habent hoc quoque suam periodum. Pro libel lis ad me missis gratias ago humanitati tuae. Que noua habemus intelliges ex D Gabriele. Propter negotia uaria cum breuissimas has scribo: ne tamen omnino nihil scriberem has ad te do, & te tuam Uxo rem & liberos charos in Christo optime ualere opto. Uale Ti guri .25 Marty. 1572. Salutem te fratres.

Tuus Bullingerus.

EIDEM.

S. D. Gratissimae mihi fuerunt literae tuae domine honorande & frater cariss. ex quib. intellexi quanti feceritis tu & uxor tua honestissima exile admodum meum munusculum. Exile sane fuit hoc, sed animique domini amplissimique. Utinam ualeiquis uestrum gratificari quidam quam amplissime. Pro libellis mihi missis ago gratias quas possum maximas. Placuere illi plurimum, ut Camerarij uiri incomparabilis, omnia. Dominus illum diu nobis incolumem uelit. Uuitembergen. uero uicem ex animo doleo, & irascor merito calumniatoribus illis qui nihil et sunt ex ... Deusque illos uel conuertat uel coerceat. Spero moderata in genia

gonia principi indignationem placatura: cupide autem quod factum sit expecto. Mittimus hos nostros nostrae ecclesiae alumnos Vuitenbergam, bo-
ni et studiosi iuvenes sunt, quos si commendatione aliqua apud
amicos tuos commendare poteris, facies mihi rem pergratam.
Vivente adhuc D. M. Luthero et Melanch. misimus Vuitenbergam
alumnos ecclesiae nostrae, ut seditiosi et furiosi illi Stentores pro
meritum calumniantur Tigurinos hos nunc Vuitenbergam filios
mittere. Imo ipse ante plures annos filium meum Henrychum
qui iam est Tigurinae ecclesiae minister, Witebergam misseram,
in quem D. M. Philip. plurima contulit beneficia. At ne tunc
quidem quisquam non vituperabatur et calumniabatur factum hoc. ③
Verum talia mundi sunt scandala: quibus utinam clemens et misericors
deus misereatur. Si qui ex Saxonia ad nos venirent, exciperemus
eos quam amicissime, sicuti et alios excipimus peregrinos. Cum nu-
per nostros Sabaudiae exponere tibi ti nostri. Bremer esse sum. Tibi
mitto descripta ex literis ad me Episc. Anglico D. Salisburgio
mitto Rhetica: tu illi tua communica, ut vicissim ab ipso
accipias Rhetica. Impeditus variis negotiis copiosior esse non pos-
sum. Tu dominum vive et vale una cum uxore dorsique. Et
cave libenter. De Turcas et Hungaros, Principibus nostris Austriacis
ac Duce ab Alva et Belgis varia referuntur. Caetera a nobis
expecto. Tiguri 12 May. Ao 1572.

Bullingerus tuissimus.

EIDEM.

S. D. Gratissima mihi sunt, caeterisque fratribus et collegis
meis epistola tua 16 Iunij scripta de patribus vestris Saxonicarum.

Ar

Ac Deo Dno nro gratias agimus maximas quod instruxit fratres illos nros spiritu prudentiae & roboris quo suffulti nec innoxios damnarent nec a veritate confessa discederent. Oramus eundem ut ipsos confirmet magis ac magis quo longiores faciant progressus. Inprimis vero gratulor mihi, cum viri illi pij & docti sic sentiant & de mea censura tam benigne iudicant. Perplacet mihi doctissima illa oratio qua me donasti: Verbis Basilij abunde responsum puto importunis istis hominibus. Fortassis temporis intervallo mitigabuntur adversarij aut ferocientes compescet Dns, cui semper displicuit improbitas & fratrum innocentium insectatio. Non enim sat scio deerit suis Dns. Placuit & carmen in Selneccerum elegans: Pro ijs omnibus gratias ago tuae humanitati quas possum maximas. Ac gratitudinis ergo dono te opere Homiliarum in utramque Pauli ad Corinth. Gualtheri mei. Tu amico animo a me accipe & aeternum cum omnibus fratrib. & amicis nris vale dne reverende & fr in Christo carissime. Satis periculosi labore in Germanicis, cum ex hac parte Turca, ex altera nihilo clementiores Turcis imo truculentiores immineant Hispani. Deusque liberet nos ex rictu Draconis & luporum. Tiguri 18 Augusti 1572. festinantissime. Commenda me dnis & fratribus Witebergen. & saluta uxorem meo (quod facis) humanissime

Bullingerus tuus

EIDEM

S D. Noli mi dne & frater sollicitus esse de interceptis lris ad me litteris. Non enim interceptae sed bona fide & integrae mihi redditae & illae quibus mihi veritas iudicium viri boni de meis [illegible].

meis oppositionib. synodi Dordr. & qua doctissimam orationem de Christo Babylonico adiunxeras. Interea circa medium mensis Augusti, & medium mensis Sept. ad Gabrielem tuum literas dedi & in his unas ad te, in quib. significavi me tuas accepisse. pro iis quae ad me misisti gratias tibi ago maximas. Nunc scire cupio an Homilias Gualtheri acceperis. Nunc quod his adjiciam nihil habeo. Non illibenter communicabit tibi D. Gabriel historias immanes & plus quam truces Tolosianam & Lugdunensem de patrato ibi latrocinio imo parricidio cruentissimo & perfidissimo. Rhemib. item nolunt quod sint circumferuntur nova. Plurimi multa garriunt de Gebenna brevi obsidenda. Speramus hic Gebennates adhuc futuros tutos. Quod si Sabaudus obsidione cinxerit (quod minime futurum putamus) in armis erit universa Helvetia, quod Bernensium foederati sint Genevenses. Dominum oro ut pacem his iniquiss. temporib. concedat & nostris gubernat consilia qui evangelium Christi nobis una cum Evangeliis. Heri accepi literas a D. Beza: valet is, et a D. Holomanno qui salvus ex lanienia regia apud Bituriges evasit. D. Ramus miserrime Parisiis confossus & ex collegio praecipitatus in plateam. Vale una cum domesticis: coniuge & liberis charis. Dominus benedicat nobis & servet nos ab omni malo. Ora pro me Dominum. Tigur. 20 Octob. 1572. Bullingerus tuus

## EIDEM

S. D. Schafhusio mihi allatae sunt tuae frater in Christo honorande & charissime literae ad me 29 Octob. scriptae mihiq. longe gratiss. Deploras in his non sine max.a ra nostrorum temporum perfidiam &

immanem truculentiam q se nunc maxime in Gallijs exercent. His
pani hactenus non tam bellis quam inquisitione illa sua horribiliter ex
cruciarunt Ecclesiam Dei. Conduplicatur iam hoc ingens malum, coniun
gente se Gallo cum Hispanis & superante longo interuallo hoc sua
illa laniena a seculis inaudita truces Hispanos. Ergo habemus iam
persequutores potentissimos & opulentiss. Hispanum & Gallum, una
cum pontif. Romano omnis mali autore, cum impia gente Italica
& clero populoq. Papam adorante germanico. Conspirarunt hi omnes
quod indubitatum est in nostrum omnium exitium ac se beatissimos
fore credunt, si absq. misericordia & immanissima belluinaq. saeuitia
& truculentia nos radicitus exciderint. Pollicentur sibi omnia felicia
tantum accusant moram illam suam & quod non de repente & ex
improuiso in nos irruant. Animat eos exemplum Gallicum. Aiunt n.
intra paucorum dierum & noctium spatium haereticorum multa
millia esse interfecta, ita interim ut nemo prorsus uel mutire
ausus fuerit. Ita in Germania quoque fiet aiunt si modo intrepide
in haereticos irruerimus. Excitant haec nos clare satis si sapi-
mus ad poenitentiam & preces denique ad uigiliam. Licet pesti-
ma & maxima ingratitudo & inter nos metipsos seria discordia
mereantur acerbissimum flagellum, bonus tamen & misericors est
Deus erga poenitentes nec temere gradie sinet hostibus quae illi sibi pollicentur.
Exemplum regis Iosaphat 1 Paral. 20 & regis Ezechiae apud Isaiam nos
consolari debent. Quod si omnis nostrum & Deus non permittere iustum
truculentiam, seruabit certe animas suorum donec impleatur sanctorum
numerus

numerus de quo in apocal. 6 cap. egregie nob. exponitur consolatio. Car-
mina tua mihi missa, pro quibus tibi gratias ago, quod pastorum maximas &
nostris omnibus & mihi placuerunt plurimum. Mitto tibi vicissim
Angli carmina clariss. viri Laeti Vullerij Norimbergenses. Typographus n.
annexuit quae subiunxit T. B. V. Non n. mea sunt. Vale cum uxore
& liberis charis. Dominus benedicat nobis & avertat a nobis omne
malum. Tiguri 15 Novemb. 1572. Bullingerus tuus

EIDEM

S. D. Si quis alius mi domine & frater charissime, expertus sum quis & qualis sit
dolor dentium & quantum capiti officiat, inutilesque nos nobis ipsis
& alijs reddat. Dominus qui unicus & optimus est medicus & den-
tium & omnium malorum infirmitatum te quoque sanare dignetur.
Satis mature respondes. Satis mihi factum quando intellexi meas tibi
redditas, & te opt. fide curasse res quas Wilebergam destinaram
pro quo officio gratias tibi ago maximas. Literis tuis mentionem dul-
cissimi mei affinis & charis. fratris Vuolfij B. M. faciens dolo-
rem renovas. Nam vir ille pijssimus & doctiss. & modestiss.
magno omnium nostrum cum dolore nobis ereptus mense
Sept. anni elapsi. Nunc vivit apud Dominum. Froschouero
irasceris merito quod tam negligenter causam tibi a me diligen-
tissime commendatam curarit, imo non curavit. Agam cum
illo ne ex futuris nundinis libros ad te mittat. Imprimitur
nunc liber meus hac hyeme scriptus de persecutionibus Ecclesiae
quo & causas persecutionis reddo & confirmo in persecutionib.
afflictos

afflictos, praenomis scandalum & recito persequutorum interitum. Erunt facile folia quindecim. Germanice scripsi germanis: Conuertetur opinor & in latinum. Cum absolutus fuerit mittam ad te. Deo uolente exemplum. Commouit ad scribendum me plurimorum in Germania pusillanimitas eorum qui gallica lanienа offensi dubitare coeperunt de religionis ueritate & certitudine. Pro Epigrammate gratias tibi ago maximas. perplacet. & uicissim tibi mitto Gualtheri mei de nouo stella epigramma. Hoc scripsi festinantissime. Dominus Deus noster benedicat tibi & seruet te ab omni malo, una cum uniuersa tua familia. Salutant te humanissime meus Gualtherus, Lauaterus, Simlerus, Wolfius & Hallerus & symmystae atque fratres reliqui. Tiguri data 10 februarij. 1573.

Bullingerus tuus

## EIDEM.

S. D. Quemadmodum a me petis, ita omnia quae accepi ex Cracouia a D. Thretio meo ad te mitto, nempe quae huc ad nos apta & arti, culos pactionis inter Polonos & nouum Regem electum ducem Andegauen: sed ea lege ut ad me remittas. Hoc .n. est illud ipsum exemplum quod ex Cracouia miserunt. Adiectae fuerunt orationes Legatorum Imperatoris, Electorum, Regis Franciae & Cardinalis Commendonij legati Papae, habitae in Electione Warsouien. & summis principib. quos singuli petierunt eligi: Sed quando impressae sunt nolui his adijcere ne fasciculus nimium excresceret & quod satis sciam uos iam illas audisse. De Rege Poloniae nihil possum

certi

certi scribere, quâ uia ingressurus sit nouum illud regnum. Aiunt pes-
tem in aula regis multos praeuocare. De pace facta cum Hugenotis
in Gallia a rege oes scribunt & dicunt sed qb. conditionib. sit facta
nemo q certo refert. Dicunt & scribunt nonnulli Regem typis diul-
gasse edictum pacificationis non satis tollerabile. Ego quid loq. qualecq.
perfidis credam non uideo. Dominum deum uia fidelissimum
Custodem tuae ecclesiae oro ut ipse nos seruet & a malo liberet.
Jacobus Andreae dudum magnus praepositus aulae & Cancellarius
Tubingensis & nunc ad haec omnia, Ubiq. regnantis Christi apostolus
edidit ad has nundinas uno in Compendiali crasso & magno mul-
tos sermones, quos illius q de persona Christi, in eo acriter sed
improbe, calumniose & insolentissime malitiosissimeq. flagellat
Witebergen. De reb. uero plane contaminatis & haereticissimas garrit.
Videat hic omnia, neq. illius uoci quantumuis foeda ipsum pudet. Deus
autem iustus iudex qui inuenit superbum Lidenbachium, ille ipse
inueniet & Seruitem illum & loquacem Vulcanum. Si quid certi
habes de reb. Wittemberg. communicare digneris rogo. Vale
aeternum una cum uxore & liberis & amicis tuis omnib. quos ordine
salutabis D. Memmium D. Hadrianum & reliqs. Tiguri. 6 Sept. 1573

Bullingerus tuus

## EIDEM

S.D. Maximas tibi dne honorande & frater cariss. gras ago pro
officio exhibito & praesertim multis datis generoso dno Joan. Paliseo
la barre de Tyro, alias nuncupato Monsieur de Lemon exuli Gallo
ac rogo ut & alijs qui in beneficio hoc praestando adiutores tui
fuerunt gras meo noie agas. Non dubito de illius fide nec
de

de liberalitate vestra [Palat.] Polonorum ad quos missus es, quam bona fide nobis omnia sic recitabimus. Significavi etiam D. Vol.. quae haec de re ex tuis intellexerim literis & quanta ipsum ex illis & mea commendatione prosequaris benevolentia. Interea vero ab illo nullas literas accepi: scio tamen illum esse sollicitum de tui optimi incolumitate. Ipse quoque miror illum tam diu haerere in itinere: quamvis non nesciam tantum itineris spatium paucis diebus perfici non posse. Cupide ergo expectamus ipsum & oramus Dominum ut eius itineri benedicat & maturum domum reducat. Audimus hic Polonicae magnates sibi in regem delegisse Andegavensem: Regis Galliae fratrem. Vestros vero super hanc electione graviter nos inter se dissidere. Rasos enim prehibisse suam electionem, Plurimos ex Palatinis non consensisse ac periculosum esse ne eveniat Poloniae quod dudum accidit Ungariae ex electione Regum discordi. Ac me, huic valde ut Deus in ira sua hunc regem dederit peritusis ut citius pereant. Quomodo vero haec res se habeat exponet nobis generosus ille Baro a Dh..., cum ipsum ad nos reduxerit Deus. Fama est viam infestatam latronum iri ab Imperatore & Germanis. De rebus nostris scribo ad communem amicum nostrum D. Gabrielem. Quae ad te enim habebis communia, ut nihil sic meis parcat laboribus ne eandem rem bis rogar scribere. Opt. vale Dne honorande & fr charis. Deus tibi uxori & universae tuae familiae benedicat. Salutant te amici quoque fratres & domini mei D. Henckelianus, D. Martinus & ceteri. Tiguri die S. Petri & Pauli. Iunii 29. 1573. Hospiti quoque te salutare officiosissime.

Bullingerus tuus

EIDEM.

S. Faxit Chrs dns noster, ut hic annus tibi tuisq. oib[us] feliciter illuxe-
rit, felicissimeq. claudatur. Tras 13 Novemb. scriptas mature accepi,
verum hactenus habui neminem per quem meam ad te dne honorande
& fr carissime responsionem mitterem. Inprimis ago gras tuae huma-
nitati qui tam diligenter mihi exposueris q acta sunt cum centum illis
florenis qs miseram. Generosus Baro & ipse tibi caeterisq. qui ei fide-
liter contribuistis per D Belam gras agit. Nihil ille aliud petit glorieq
testimonio persoluto pecuniae ad ipsum missae. Sangallen: ille ver-
darius mihi retulit Norimbergae contendi inter eos qui ipsi literas
Polonicas curare debuerunt, ipsumq. accusari quod non bona fide
Tigurum & Genevam transferri curaverint. ideoq. a D Bela & a me
petunt testimonium rei fideliter expeditae: id quod ei dedimus. Ut-
nam non subsit dolus aliquis, & ne forte sint qui percipiant
velle per quos ex Polonia ad nos usq. scribatur. Scribunt amici
Heidelberga 11 Decemb. Regem Poloniae urbem ingressum excep-
tumq. sed nullo cum honore a principe. Colloquuntur hic cum illo
de Lutetiano parricidio & indigna Admiralii nece & quomodo possit
consuli in regnis pax stabilis. Ignoro aut an laverit opt. prin-
ceps Aethiopem. Cum ille in Poloniam pervenerit a te edoceri
cupio. Fama spargitur Moscum Suecum & Danum foedere esse
contra illum coniunxisse & Borussos ac Dantiscanos nolle illum
agnoscere Regem. Non sine dolore audio laborare improbos a
nonnullis ut Lipsenses Academia a Witemb. divellatur, ideoq.
saltatorem illum silvestrum (carminarium vel calonem vel balnea-
torem) ad excitandum Lipsiam ex vocatum, multaq. insidias opt.
nostris fratrib. Witembergensibus struit. Sed unum consolatur me
quod

quod vigilem fidelissimum tibi Ecclesia. Hunc oro ne desit nomine eius sanctum invocantibus. Ad D. Bezam miseram quaestiones a te acceptas, verum respondit ille 23 Decemb. in haec verba: propositiones illas impuras et asino quam doctore theologo magis convenientes ad te remitto. Certe si eiusmodi nebulonis singulis respondendum sit, neque tempus neque charta sufficerent. Rogo dominum Dominum Bezam humanissime salutare digneris. Haec Beza. Hisce vero diebus eum legendas dedissem genero meo Iosiae Simlero coepit is eas refutare, caeterum dubito num absolvere possit quod coepit. Valetudine enim impeditur. Bibliotheca illa sua quam iterum recudi facit duplo propemodum locupletiorem quam antea. Nam frequentius quam velim affligitur lecto, nunc a calculis modo a podagra et frequentissime capitis doloribus. Utinam Dominus eius vires sufficiat. Ceperam et ego aliquid moliri sed quotidianis calculis distrahor negotiis et nova subinde causae expediendae incidunt. Hisce diebus venit ad nos D. Ioan. Mathias Ambergensis pastor ministerio deiectus propter suspitionem Arrianismi a qua se defendit et opem implorat quo reconcilietur principi. Incidunt et alia in horas negotia peregrina quae me abstrahunt a meis studiis. Abstrahor et a domesticis meis cogitationibus ut nihil iam dicam de meo senio et fractis laboribus diuturnis viribus meis. Dominum oro ut si qua re profecto possim ecclesiae, olim mihi facultatesque clementer perficiendi concedat. Ora pro me sedulo Dominum. Vale cetera cum tua cum uxore honestissima et liberis caris, [illegible] amicis tuis.

nris D Hardeniano, Neumilio & reliqs. Tiguri 20 Ianuarij 1574
Tuus Bullingerus

EIDEM.

S.D. Pro pulcherrimis & utilissimis duab. orationib. cscriptis de S. Anna Virgine & S. Athanasio gras humanitati tuae, dne honorande & frater carissime ago. Sed & q primum mihi oblatum nuncium scribam ad D. Bezam, de ea re de q monuisti. Tuae lrae & multorum aliorum bonorum virorum attraxere nos in harenam, qui alioq quiescere malluissemus. Caeterum adversariorum extrema insolentia, quarundam summa imprudentia, petulantiaq. convitiandi libidine vel invitos coegere ad rndendum. Molestiam vero respondendi gener. mag. Iosias Simlerus & ego inter nos sic sumus partiti, ut ille latine & copiosius singulorum advers. D. Iac. Andreae, Anshelmi aliorumque argutiis responderet: Ego vero brevissimis & summis quibusdam capi tibus duntaxat populariter & captui vulgi, q perspicuis simplicibus & brevib. delectatur disserrem. Uterq. non ad personas respiri, ... sed ad rem respondimus, minime convitia convitijs retaliantes Neque quantum quidem fieri potuit affectibus indulsimus. Sed tuum aliorumq. virorum piorum fuerit de his iudicare. Malluissem ego horas senij mei placidas insumere scriptis, quale ante annum edidi de persequutionibus Ecclesiae, & nunc in hos duos qs mitto psalmos. Verum oportuit his adiungere aliquid polemicum. Utrumq. opella mitto tibi D.xa & rogo ut benigne a me tuj amantiss. accipias. Mittere ad te Francofurdia cui quoq. operis exemplar genere meus.

Interim

Interim ne nescialis quid ipse scripserit, en unum eius libri mitto exemplar ut hoc communicet sit amicis, D Druidoften, D Schneub. D the: dathano: quibus singula mei operis exempla mitto. Si D Mauritius cupiat etiam legere, eo ipsi quoque communicabis. Omnes hos ex animo salvere & valere opto. Salutant nos te omnes mei fratres & symmystae. Cum plus otij mihi fuerit dispiciam ubi in immenso literarum acervo Philippi B M. epistolae ad me missae per intervalla delitescant. Laboriosa inquisitione opus erit. Nunc autem rogor plurimos ad amicos & fratres parare literas quas per posteriorem nostrum mittam francofordiam ut inde in Angliam & alia loca plurima dirigantur. Vale aeternum cum domo tua & bonis omnibus. Plura intelliges ex D Schlyssel. meo Tiguri 10 Martij 1574. Bullingerus tuissimus.

## EIDEM.

S D. Cruastini satis diligenter in acervo literarum ad me scriptarum ac inveni viri clarissimi D Philippi Melancht. B M. novem quas hic ad te dilecte frater ut petiisti mitto. Si potthac olim fuerit quaerendi & plures invenero, & ipsas ad te mittam. Ea vero conditione has mitto ut alijs non communices, & quam cito & tuto commodaque fieri potest remittas. Nollem eas in alias venire manus ac amitti. Mallem prolixiorem aliquid, quam has amittere optas: Tibi ut singulari meo amico hactenus intercurrere volui. Scribit ad me legatus & orator ad Helvetios Regis francorum in Gallia recrudescere bellum, sperat tamen nescio quod mite compositum iri: Alij sentiunt aliter. Dominum oro ut regno bellis

bellis civilibus prope absorpto pacem largiatur et nos omnes servet a malo. Hodie celebrantur publica Helvetiorum Badae comitia. Expectamus solicite quem finem sortitura sint. Quidem male ominantur. Et tractantur quidem in illis negotia satis periculosa quae Deus dignetur potentia sua dissturbare consilia cruenta. Italiam audimus esse in armis ad excipiendum Turcam qui instructissima classe imminere dicitur. Ne quid Veneti qui se solant et an Turco fidant satis norunt. Armantur ergo et ipsi expectantes legatum suum ad Turcam missum pacem ne an bellum reportet. In Belgio audimus recrudescere bellum et novas copias a Palatino et Hassiano educi. Faxit Deus ne filius eorum suas expediant, sed fractum eo prioribus expeditionibus. Ubique terrarum omnia rumoribus perstrepunt belliis. Utinam veniat Iudex ille noster dominus expectatus et dirimat orbis controversias adventu suo nosque liberet a malo. Vale una cum uxore et universa domo tua. Dominus benedicat nobis. Saluta clariss. viros D. Hard. et D. Marnix. Tiguri 24 Martij. 1574.

Tuus Bullingerus

EIDEM.

S. Semel et iterum humanissime litteras scripsi, domine honorande et frater carissime, misique tibi responsionem meam qua septem accusationis capitibus ab adversarijs in causa Eucharistica obiectis respondeo. Misi praeterea quas petebas Philippi B. M. aliorumque virorum [illegible] aliasque scandalas ad me epistolas: Interim vero an sint accepta dubito: Nullas enim a te accepi litteras. Quod interim bona spe tuum accepisse illa te, propter negotia vero tua et quod raro fidos reperias tabellarios habens nihil respondisse mihi. Per Sangallenses illa curavi ad te perferri, quorum fides numquam me fefellit. Solicitus item sum

valde propter fratres Witebergenses, quorum praecipuos in vincula a princ. coniectos esse sunt qui serio omnib. nobis mirantibus & dolentibus affirmant. Addunt illi & Vogelium typographum in carcerem coniectum & periclitari de vita ob impressum nescio quem librum. Certe si Exegesis est, miror principem ei libro qui optime est adeo esse infensum. Sed a te expecto certiora & rogo ut prima quaque occasione de his omnibus & reb. etiam vestris diligenter scribas. Vale una cum familia tua & bonis omnibus. Celerrime has scripsi Maij 24. 1574. Tuus Bullingerus.

## EIDEM.

S. Junij 25 vel 26 scripsi ad te honorande domine & fr. in Christo carissime, ac misi fasciculum literarum in Poloniam curandum, nisi intellexeritis Regem Poloniae egressum festinare in Galliam, tum n. fasciculum ad me remittendum, nisi nunc ablegatus sit. In iis scripsi de reb. nostris omnib. quib. nunc nihil addere possum. Pridie vero adferuntur ad me gratissimae tuae literae Junij 14 datae una cum libellis mihi longe gratis: pro qb. ago tibi gratias maximas. Legam propediem dabitur otium & quidem cupide. Vix dixero quam mihi doleat & omnib. nobis persequutio quam sustinent vestri exilium fratrib. Witebergensib. Dns confortet & confirmet eos & iustum praemium respondeat Animaeque vocatori[?]. Ut ut vero fuerit princeps elector & contra claram veritatem cum edictis suis obsistere non poterit tamen. Ad lapidem petram impegerunt Imp. Reges & principes. In eandem impinget & ipse.

ed

Cruci tu illic ex aio inviolas, & Dnm oro ut ipsi oculos aperiat. Dn Mel. B M Epistas tibi missas bona fide recepi ac sponte tibi submit, tam quoniam mea fratrine familiaris & a me postulaveris. Literas tuas ad D Belam miam ad Hallerum nostrum Bernam & oram recte mature misi. Noli autem dubitare de mea fide. Curabo semper diligentissime ne qd tibi mali obtingat ob tuas ad me missas lras. Salutabit te mei oes D Gualtherus Simlerus, Lavaterus & Ceteri. Si quid acceperis potores adhuc de fratrib. Witenbergen. qso mihi communicare digneris. Vale. Dns tibi benedicat & servet te & domum tuam universam ab omni malo. Tiguri 14 July 1574 Saluta obsecro ex me D Herdes. & Maximilianum.

Tuus Bullingerus

EIDEM

S His ad te honorande dne & fr charis. lras nihil aliud volo qm rogatum te qm potuero maxime ut una cum D Sichtwald. tua opera & consilio literas adiunctas fasciculum destinatum in Poloniam & inscriptum Illustriss. princ. Regni Poloniae thesaurario & D Christoph. Thretio tibi non incognito qm illo frui per te qm tutissime ne in proprias perveniant manus Cracoviae mittat. Interveniente nobis hac in re ipsi Gueffstari mercatores qs optime nostis tu vel D Gabriel. Petitur a Polonis ne Frigij Rex eorum dimittat in Galliam, permittat se ministros liberos dimitti & religionis negotium non impediat, sed liberas permittat. Nihil insigniu scribitur. Historiam tamen ipsam & exemplum lras his inclusi quam cum D Gabriele comunicabis. Celeriter mi fr scripsi.

Dns

Dns benedicat tibi, tuaeq. familiae & servet nos ab omni malo.
Tiguri 25 Iunij. 1574. Bullingerus tuus.

D Iosias Simlerus iam aliquoties rogavit, ut
cum ad te scribo officiosissime te salutem, & cum observo fortum est
cum fratrib. nostris Wirtzburgen. de quib. fama multa spargit, sed
illa dubia & incerta ut quid credam ignorem. Tu si quid certi habes
communica ut dei solicitudine liberem. Iterum iterumq. Vale

## EIDEM

S Memini te vir doctissime cum anno superiori ad clariss
virum & affinem meum patronumq. dilectum D Bullingerum lras
dares, mei quoq. & scriptorum meorum honorificam mentionem fe-
cisse. fuit id tunc mihi auditu iucundissimum, eo quod eruditio-
nem tuam & sincerioris dnae studium iampridem celebrari intelle-
xeram ab alijs amicis qui te adhuc lipsiae agentem noverant, &
ideo occasionem mihi offerri sperem q amicitia inter nos oriret
Cum iam nunc te amicorum loco habeam ppr Bullingerum quo
cum omnia mihi communia sunt. Quod ergo faustum feliexq. sit
has ad te lras mitto, q quod dnu oplomj apud te impetrent: Ut ni
mirum Gualtherum tui amantiss. te tibi persuadeas & ut amiciti
am sanciamq Christo lesu authore, in q iam antea ppr fidej &
dnae & ministerij communionem unum sumq. Etenim quotidie
magis magisq. experior q expediat nos sua studia nostra &
mutu coniungere q Eatarum ministerio perfecti sunt hisce diffi-
cilimis temporibus, quando undiq. instant pericula & insuper

interpmus

intestinis dissidijs et altercationibus veritatis doctrina non turbatur modo verum et discerpitur et in partes distrahitur, non sine nocentiss. mo multorum scandalo qui his ita offenduntur, ut aut non accedant ad veritatem cuius iubar salutarissimum iam sentire ceperant, aut illam ab ea quam amplexi fuerant turpiter desiciant. Ut ergo me eam equam iustam et utilem poteste scio: ita me illam abs te facile impetraturum esse confido. Et ne prorsus ἀσύμβολος ad te venirem, typographo meo in mandatis dedi, ut Christum meas homiliarum in duodecim prophetas quos minores vulgo dicunt (quod opus iam tertio illius typis Christum prodiit) una cum hisce meis literis per nostros homines ad te perferri curet. Et rogo ut hanc qualemcunque meam erga te voluntatis significationem aequi boniq. consulas. Paucis nunc et breviter tecum ago quia aliter nunc non possum, cum propter occupationes quae me alio rapiunt, tum quod ex capitis dolore qui me per aliquot dies lecto affixum detinuit adhuc defatigatus multos amicorum prorsus complures cogor quibus hac nundinarum francof. occasione scribere institueram. Plura alias dabimus quando id et temporis occasio patietur suam et argumentum offeretur de quo pluribus agere oporteat. Si dno Gabrieli Schloss: integerrimo et pijssimo viro meis verbis salutem dicas, officium mihi praestabis longe gratissimum. Vale feliciter in Christo, quem precor ut te incolumem servet et studijs tuis sanctissimis benedicat. Tiguri. 12 Martij. Anno Christi nati. 1572.

Tui studiosissimus Rodolphus Gualtherus.

EIDEM.

S. P. Etsi cum ad vos scribimus cum quibus nulla necessitudo

nobis

nobis intercedit, vir doctissime, aequi ex prioribus quibus de
causis adducti id faciamus: ego tu in spontaneo hoc exordij genere
non utar. Nam cum tuis me amicissime in tuis ad Bullingerum
literis salutaris et dudum argenteam tui vultus imaginem ad me
miseris, potius in eo mihi elaborandum est ut me purgem quod
tardius scribo quam in causis reddendis cur scribam. Quod si culpam
referam in adversam valetudinem quae saepe opportunitate nuncij
oblata, ne scriberem obstitit: et veram ac iusto iustissimam causam
attulerim: nam altera quae me movet ea cum hac coniuncta est.
Nolui inanes literas ad te virum gravissimum mittere sed
una cum literis aliquid mearum lucubrationum, quominus autem
nonnulla dudum inchoata absolverem partim occupationes variae,
partim incommoda valetudo me impedierunt. Porro cum
hac aestate Patrum quaedam scripta adversus Eutychem et Nesto
rium ediderim, nolui illa ad te mittere et tibi quoque per alium
cognoscenda offerre. Sed ut hoc ederem cum Schwenckfeldia
norum quorundam tum etiam Iac. Andreae importunitas me
commovit, qui ob suam Ubiquitatem conantur obtrudere et nobis
Ubiq. persuasum volunt eandem fuisse veteris ecclesiae sen
tentiam: quorum existimavi veteris Eutychianorum integra publice
proponenda, ut moderati homines iudicare possent quantum cum illa
consentiant et dissentiant. Fuit nuper Tiguri Iac. Andreas
verum nomine ministrorum accessit et omnibus ignotus
hinc Mompeliardum abijt, illic ministros adigere conatus est
ad

ad subscriptionem confessionis Wirtenbergicae, detrectantes exilio mul-
tandos esse denuncians: ac cum Tossanus vir doctissimus cum eo
conferret & illi Sebeggium obijceret, sibi respondit non probari illius
sententiam & addidit. Etiamsi controversia haec componatur de
Coena domini, tamen se novum bellum nobis de praedestinatione in-
dicturum. Tanto scilicet studio pacis & concordiae ecclesiarum tenetur
ut tam tristibus & afflictis temporibus, veteribus nondum compositis
novas controversias excitare gaudeat. Verum quum haec mala
deplorare possimus tollere non possimus, demus saltem singuli
operam ut ubicunque poterimus ea mitigemus & Deum precemur
ut Ecclesiam a turbulentis hominibus liberet & illi spiritum pacis & con-
cordiae largiatur, ut tandem uno corde unaque anima ipsum colamus
& non rixis sed charitatis mutuae officijs vitaeque sanctimoniae
studeamus. Vale vir doctiss. & me quem dudum in numero tuo-
rum habere coepisti, porro amare pergito. Salutant te DD. Bullin-
gerus Hallerus Lavaterus. Gualterus valetudinis causa ab urbe
abest & balneis utitur. Cl. virum D. [illegible]bergerum re-
verenter saluto. Tiguri 28 Augusti. 1571.

Tui studiosiss. Josias Simlerus.

EIDEM.

S. P. Ita tibi existimasti [illegible] vir ornatissime, Froscho-
verus occupatus ut fit in nundinis, oblitus est librum tibi
mandaveram literis coniungere, quod est tum molestum tum ne-
cessario, addito auctuariolo Bullingeri nostri exhortatione ad
Concordiam, quae utinam tam sit fructifera & efficax quam necessaria
est

est nostris temporibus. Witebergentium scriptum von der [illegible]
vidi & gaudeo tam [illegible] tanta viros tam perspicue & solide
exposuisse: & spero fore hoc firmum fundamentum unionis alicuius
inter ecclesias utriusq. futurae coniunctionis. Audio principem Elect.
paris [illegible] probare & à [illegible] habere [illegible] qb. ista controversia
[illegible] [illegible] sit & multa de his reb. iam aliquoties cum [illegible]
[illegible] viro ex aula eiusdem principis D Longiusto collocuti
sum, quando ille iam duob. integris mensib. valetudinis recupe
randae tuendaeq. ca subsistit Tiguri. Credo si aliquantum tempo-
ris aliquis hic pacem & concordiam Dei beneficio impetrare possemus
Deus bone quanta hinc commoda in universam Germaniam re-
dundarent, cum amplissimis regionibus ad Septentrionem una
Witeberga pastores & ludimagistros suppeditet? Credo autem non
facturi sint Flaciani ut tam coniunctionem impediant, satis
docet tementium amarulentum scriptum. In nostris Ecclesijs Dei
beneficio omnia sunt parata: superiori aestate apud Rhetos fuere
quidam contamina q tn sopita sunt. Cum n. Ariani & Anabaptistae
aliq Schwenkfeldiani illic irrepere conati fuissent, magistratus
edixit ne quis peregrinus recipiat, nisi vel confessioni Curiensis
Synodi subscribat, aut Pontificiae partis sit: utriusq. n. religionis
exercitium adhuc apud illos est: opposuere se huic edicto quidam
[illegible] in [illegible] alij. tum quidam e ministrorum numero patronos
nacti sunt q Academicorum [illegible] in Ecclesia paterere conabantur,
sed hi à Coetens in Synodo fortiter confutati & a magistratu repressi
sunt.

sunt. Interea audio vicinum illum vestrum Ubiquitatis apostolum alte-
rum librum contra nos scribere, quem evulgandum expectamus, quamvis
nob. constet illi mandatum a principe ut sileat. Sed magistratuum
auctoritatem tantum ubi ipsis commodum est huiusmodi homines venerantur.
Gaudeo vestrum magistratum, cuius semper in tota Germania summa
fuit prudentia et existimatio, opposuisse se huius improbi hominis postu-
lationi, ac Deum precor ut suis spiritus dona illi augeat, quo omni et animo
concordiae ecclesiarum pie et sancte consulere in Christum una omnium nostrum ac
nostrarumque et omnium fidelium aedificationemque. Vale vir ornatiss. et frater in Christo
honorande. Lavaterus Hallerus et reliqui fratres plurimam s. tibi adscribunt.
Cl. VV. DD. Schlusselb. et D. Hessiandrum rogo meo nomine offi-
ciose salutare velis. Tiguri ipso die Calendarum Martii.

T. T. Iosias Simlerus.

## EIDEM.

S. P. Mitto ad te vir doctissime et amice honorande libellum
nuper a me editum non quod existimem hunc tractatione dignum
aut talem qui tuo iudicio satisfacere possit, sed ut meam voluntatem
tibi probem. Scio enim tibi maximo dolore miseram Ecclesiae di-
lacerationem quam quotidie cernimus, quorum culpa augeri qui huic
mederi debebant et nuper restitutionem pacis et tranquillitatis.
idem ego desidero et in hunc finem cum hoc scriptum a me edi-
tum sit, spero voluntatem talem meam te non improbaturum. Interea
non dubito multis quoque iniuriam videri quod huiusmodi libellis contentio-
nes augeri non tolli censent: quibus tamen assentiri non possumus: Sed longe
enim expediti. utrumque vestro silentio protervores et arrogantiores factos es[se]
illos publicos pacis turbatores et eorum factionem crevisse, quia

aliis

63

aliis occ. tacentib. ipsi inviti videbantur. Ago ergo contrariam
rationem experiam et domino cum illis certamen non conviliis sed argutis.
Audio Jacobum Andr. quamplures libellos edidisse, verum tantum vidi
Conciones Memmingae habitas, et quoniam illi Christi facto respondebit
V. Cl. Zach. Ursinus, non dubito illum pro sua singulari doctrina
omnia eius sophismata diligenter confutaturum. Mihi propositum fuit
generalia tantum capita persequi. Consulti non propositum esse facile
animadvertis; nempe ut viros opt. et doctissimos professores Acad.
Witebergensis in odium adduxit, tamen noluit cum illam ita ut
merebatur hoc nostris accusare, ne innocentiae fama Witebergensium
nos meo testimonio laederem potius quam iuvarem: itaque malui
Theologorum contrarias professiones ipsius disputationi opponere: Ne tamen id facerem in
2da disputatione brevitas temporis obstitit quod typographus propter
instantes nundinas nollet libro quicquam addere. Praeterea pleraque
mihi hic accidit, ut nondum mea parte libelli absoluta in manus
inciderem, itaque maiorem eius partem artificiis in lecto decumbens
tractavi, quo aequius est me veniam mereri si expectationi huic
non satisfaciat iste libellus: quare V. Cl. cum libellum leges, fac obiter
semper cogitabis ab aegro dictatum esse, corpore enim aegrotante
animus quoque minus quam vellem languet: nihilominus tamen si de tota
tractatione tuum ad me iudicium perscripseris, magis hic quicquam
amari tribueris, rem tibi feceris gratiss. Nova non est quod ad te scri
bam quoniam magis a nob. tales expectamus. D. Bullinger. Gualtherus
Hallerus et reliqui fratres te plurimum salutant. Vale. 24 Martii 1574.

T. T. Josias Simlerus

EIDEM.

S. D. Superiorib. dieb. legi lras, vir clariss. qs ad Simlerum nrm
dedisti qbus inter alia significas te Commentarium meum in
Ethic. a quodam amico dono acceptum evolvere cepisse. quod
an feceris scire non possum. Non tn dubito qn tu inde, ut
eruditi viri facere solent, loca quaedam totamq. libri seriem con-
sideraveris. Rogo itaq. ut otiosior aliquam nactus horam de illo
scriptionis genere sententiam libere ad me perscribere digneris.
Ego enim hunc commentarium non sine magno labore conscripsi.
Legendi n. fuerunt alij interpretes, conferendae inter se trans-
lationes quod valde molestum fuit. neque tn me suscepti laboris
poenitebit, si aliquos saltem viros eruditos & candidos quem te esse
audio in eo stare intellegam. Quod si & tu vir clariss. & alij
viri eruditi quid addendum quid detrahendum quid mutandum
videatur significaveritis, efficiam ut in altera editione melior
prodeat. Si ipse typographo adesse potuissem, quaedam typographica errata
emendatiorem. Vereor autem in explicatione libri tertij eumq. ad
finem seri perduci. Utinam eam ad te aliosq. viros doctos priusquam
prelo subijcietur, mittere potuissem nostris. De eo iudicium audire
libenter n. vellem cum alijs communicarem. Sed pauci sunt qui vel
naturae sive legere vel ... rebus delectantur. Si quid in illo
libro annotandum observavis, facies mihi rem gratam si me fa-
cis participem. Scribo haec ad te liberius & libentius Vir Clarissime
quod ex multis ad D. Bullingerum scriptis meam literis & ex ser-
monib. opt. viri D. Gabrielis Schlusselb. mihi sis notus. Sperog. fore
ut epistolam licet ab ignoto scriptam tibi non omnino fore iniucundam.
Ego enim & tibi & literis tuis addictissimus sum ... quod

oblata oratione coram ipsa testificabor. Vale vir integerr. D Gabrie
lem, item D D Christophorum vigilantiis oppugnatorem meis verbis
salutare ne dedigneris. Tiguri. 4 Martij. Anno 1572.

Tui studiosiss. Ludovicus Lavaterus.

EIDEM.

S. D. Ut videas vir clariss. me pristinorum memorem esse, mitto
munusculum quoddam in lib. paralip. scripti commentarium. Locum quem
in tuis ad me literis diligenter explicari voluisti, cum meo Marte
id non possem, aliunde quidquam conquisivi. Hebraica tamen exposi
tionum innumera vno et altero loco contemplatus scripsi, ut videbis
omnia simpliciter et breviter. Faxit Deus opt. max. ut qualiscumque in
explicanda difficiliorum locorum laboravi, tantum utilitatis studiosis
sacrarum literarum hic meus liber adferat. Alterum autem quod iam vero
amicabiliter peto, vt quae in illo mutanda addenda vel detrahenda
videbuntur, me libere admoneas. Ipsa enim declarabo si unum
librorum domino prodire contingeret, me amicorum iudicia non contem
nere. De rebus aliis non dubito quin a socero meo D Bulling
ero fias certior. Credo omnia quae in Gallia et alibi geruntur vos multo
melius sine pluribus quam nos, idque propterea quod ad vestros mer
catores scribunt literas. Ecclesiae Dei in max. Xanx discriminib.
Satan qua vi ducere omnium seruorum suorum Rabiosis et Anti
christum et alia sua instrumenta contra fideles grassatur. Deus servet
nos et omnes qui spem in ipso defixam habent. Vale v. cl. nosque
vt coepisti diligere perge. Salutabis opt. v. D Gabriel. meo nomine.
Tig. T. studiosiss. Ludo. Lavater.

EIDEM.

S.P. Gratulor tibi de quiete & tranquillitate ea quam indicto clamosis rabulis silentio allatam pacis concordiaeq. studiosiss. hominibus spero. Illi .n. tui clamores non nocuant: tu hos sufferre molestum q. Nec uero moleste eos ferimus, miramur magis illos tantopere in nos inuehi à qb. nusq. laeduntur, ut neq. pontificios turbas, neq. ois generis scelerib. q Ecclesiam maxime infestant & populantur, uel tantillum rebucelentur: Nos soli signum sumus cui contradicitur. Nostrum nullus uel uno uerbo Ecclesiam hanc p eorum attingit sed simpliciter dis doctrinaq q sacris lris & orthodoxis prib. conuenientia accepimus, eaq. asserimus ut hac de re nulla prorsus sine inter nos contentiones. Verso de lris plura nunciamus D Bullingerus. Ego tibi nunc de tua erga me beneuolentia tum de auxilijs & consilijs amantissimis filio meo exhibitis gratias max. possum gras ago, maiores ampliores relaturus si res tulerit. At nisi is qui illas ad te perferet alijs onerib. sat superq. grauatus esset libellos aliqs tibi grati erga te uoluntate mea tester misissem: qs tamen cito per eos q equitatu istuc proficiscentur, mittam. Vale Vir doctiss. Datae Tiguri. 13 Sept. ano 1571. D Hallerus Lindsius te salutant

Johan. Vuolphius tuus.

EIDEM.

S.P. Circiter calendas Decembres aut non multo post, cum Valdheni dris literas de discessu filij scriptas accepissem, qui fieret ut nullas abs te acciperem ualde miratus sum: sed ex ijs qs ad D Bullingerum dedisti postea causam ipsius rei cognoui. Ubi Xoo tuas quas 27to Nouemb. die ad me dedisti, mihi sunt allatae, perinde valde

valde sum gavisus. Magnopere vero tibi candido et in Christo observande
frater de eo gratias ago quod et consilio et commendatione filium meum adiu-
visti. Equidem operam dabo, ut cum res utrique tibi tulerint, bene facta
tua bene locata esse experiare. De fide et constantia amoris erga te mei
nullum esse tibi dubium volo Neque enim temere factum est et casu ut inci-
perem te colere et amare. Etenim illam ad id occasionem non tam animi
de quam pie accipiam. Sum ex eorum bonorum numero qui scholasticas illas
amicitias faciunt maximi, Ac quo pluris bonorum consociationem
mutuamque benevolentiam facio, hoc magis miror et detestor literato-
rum furiarum immanitatem et barbariem eam, quod nullas non regio-
nes in studia partium, in dissidia, in noxias illas atque a Christianis
hominibus alienas glandiones pertrahunt. Et certe si quis sanctissimum ha-
beo, recte vereque dixit Dominus, si quis pusillos offenderit expedire ut
suspensa ab eius collo mola in mare demergatur: quos dicas Principes
nos qui vel interdictis vel etiam capitalibus suppliciis hec scandala ar-
ceant atque ab Ecclesia depellant, non promoveant et veri Christiane
Ecclesie salutem atque incolumitatem? In quot enim sectas scindit una Saxo-
nia? Et quis dubitat id fieri instinctu perpaucorum bonorum qui exulant
a Saxonia absunt. Vidisti nimirum scriptum lamentationum quo Consensus
Witebergensis laceratur: nec testium filicae scriptum. Eidem in illo
Consensu video, Witebergenses Theologos veritatem intelligere: sed
impediri libera autoritate quo nunquam eam profiteantur: idque non ipsorum
culpa sed populi vitio fieri. Ipsis enim pietatis eius laudem tribuo
quod malint latere diutius quam Ecclesias deserere et Flacianis cedere
seducendas. Sed quia desiderant in ipsorum scriptis Scripturae sacra
testimonia

testimonia: videbitur illis data occasio ad sacras literas exquirendi. Et
melius quidem eo pacto tecum nuper consulerent quam si provocent ad
Lutherum aut Confessionem Augustanam. Quorum authoritate ego premi
nollem. Contra si illi mihi D. Augustini et aliorum patrum testimonia respondi-
erent. Utrique etiam authoritati Lutheri detraherent si quae in con-
tentionis calore edidit, oblivione quadam paululum occulerentur. Sed
et non pauca extare in contentum quae Lutheri dictis plane sunt adversaria:
et negari non potest opinionem Lutheri, ut ipsique vobis velim probare, ni-
hil a Cinglianis differre. Illos autem bonos et eruditos viros, siquidem
ego recte intelligo, nec μετουσίας, nec ἀρτολατρείας cum ponti-
ficiis sentire existimo. Quum de re cum eorum aliquo mihi liberet
hoc potissimum tempore per literas colloqui, siquidem aliquis mihi cum ipsis
usus familiaritatis intercessisset. Spero autem te et alios viros eruditos
illis amicos id agere sedulo, ut nos ictus cum veritate pugnantibus
consensus ... fidei ... . Quod scripsisti filii tui gratia te orare.
Imprimis gratiam habeo max. D. Cl. Henrici qui suis meis literis etiam
non rogatus commendavit. Cumque mea uxor ei gratias agere:
tu quaeso meaeque literarum apud eum sis interpres hoc est aperias
ei meam gratam voluntatem. Ego finem nunc scribendi facio, atque
oro mi domine et frater, ut has literas observantiae pariter ac benevolentiae
erga te meae testes et luculentas et sinceras esse patiare. Vale.
Dat. Tiguri Calendis Novembris ... anno 1572.

Johan. Vuolphius tuus

EIDEM.

S. P. Nihil tam mihi in votis est, vir clarissime domine et frater in Christo honorande
quam cum viris pietate et eruditione praestantibus, inprimis autem de

Dei

Dnj nostri Iesu Christi ecclesia boni meritis iucundam familiarita-
tem atq. firmam amicitiam ꝯtrere, meumq. illis amorem ac debita
testari reverentiam, meorumq. obsequiorum illis offerre studia voluntaria.
Quo noie, si forte hactenus ignoti tibi hois literę, molestiam tibi pariant
& audaculę temeritatis suspicionem faciant, veniam oro, sinistramq.
illam opinionem praeoccupatam cupio. Quandoquidem .n. iam antea
a multis bonis viris, q quantaq. tua in Dnj Ecclesia ꝑ domini ipsiq
noto plantandam, studia sint, cognoverim, & ex humanissimis & doc-
tissimis tuis iam aliquoties ad reverendum nrm D. Bulling. datis literis
intellexerim quantam spectatissimae tuae pietati, eximiaeq. eruditioni
Dns humanitatem adiunxerit, nihil ꝯveritus sum honorande vir, istec
qui me hactenus prohibebat abiecto pudore, hasce meas ad te dare,
ut, ad te quantum, videres coloq. cognosceres, tuam pietatem sanc-
tissimosq. tuos labores in nra Ecclesia & inter nros fratres maximi fieri
neq. uni te D. Bullingero, licet illi per has sis notissimus, sed reliqs
quoq. fratrib. nris q Tigurinae Ecclesiae serviunt esse notum, nomenq.
apud illos habere ꝯ optimum: ad me aut, ut tibi testarer meam quam
erga te hoc noie habeo reverentiam, tuumq. mutuum amorem, benevo-
lentiam, familiaritatem atq. amicitiam expeterem. Cum .n. et ex iure
& conditione communis nri in q versam ministerij, hoc nobis mu-
tuum debeamus semper, ut nos mutuum amemus, complectamur, ꝯ-
firmemus, consolemur, Dnumque ut nris laborib. ubi ubi sumus
benedicat oremq, magis tn funesta istaec & calamitosa in quae nos
nunc incidimus tempora, nos excitant & q necessarium sit ut
istaec faciamq, reipsa ob oculos ponunt. Interierunt q nostre Eccles. meas
Dei verbo plantatas Romanistae, grassantur Tyranni, insidiantur hypo-

crite

hypocritae, suffodiunt ex interno pectore venali haeretici, quatiunt et
turbant falsi fratres, ita ut nihil ubique tutum existat. Uno eodemque
studio coniunctissimis operis hostes infestant, via fraudisque proeliis
nos qui coniunctissimi esse debebamus, aut disiungere, aut nos inter nos
committere, aut, ut nos non observato nec praeviso periculo incautos
opprimant, suis consiliis ludificant, et ad Ecclesiae Christi nostrique subversionem
omnia sua consilia, studia, conatus vires et quicquid habent atque possunt summo
serio assiduque dirigunt. Cum ergo, non una eademque causa sit et ex
eadem causa commune omnibus nobis ubi ubi sumus, Ecclesiisque seminumque impen-
deat periculum, nos non mutuum appellamus, excitemus, cohortemur
confirmemus, consolemur atque ex animo amemus. Cum ergo finis mihi
alius propositus non sit, cur nostras honorande vir, ignoti lacessimus sed
tamen tui amantes Dominumque pro te orantes, si hanc hoc nomine conte-
ri nolis, temeritati et non nisi fraternum in me studium amoremque
agnoscas. Hunc si tibi acceptum fore cognovero, operam dabo ut
hunc sedulo excolam meque ad omnia fraternae charitatis studia tibi
studiosissime praestanda componam. Vale vir clarissime et frater ex animo ho-
norande. Dominus Iesus nostri servus, servet te, Sanctisque tuis laboribus in-
giter benedicat. Amen. Tiguri admodum propere. 3 Cal. Decemb. 1568

Tuae pietatis colendiss.

Vuolfgangus Hallerus.

Scripsi nonnulla ad ὁμώνυμον meum D. Vuolfg. Hall. Ratisbo-
nensem Imp. Maiestatis Consiliar. sed nunc in patria agentem, Vuittem-
bergae Anno 1544 mihi coniunctis. Ea tuo si tibi cum his reddentur
gratis Ratisbonam data occasione mittas. Si non, de ipsis nihil curis
solliciteris, cum latori haec mandavim ut Ulmae si commode possit, illas cu-
ret.

EIDEM.

S P Singulari pietate atq. humanitate plenissimas lras tuas atque
interpretor compositissimi nullas tui neque argenteo candore de liberalitati:
ma tua munificentia refertas, properarim sane meum responsum prop-
lissimamque gratulationem Vir clarissime atq. ornatiss. nisi ipse rex salente
requirebant. Quare istam tam longam moram a tua mihi humanitate
condonari ex animo peto. Ab eo n. tempore charissimae meae matris q
apud Bernam Helmthorp apud fratrem meum Joannem in ecclesie
ministerium erat, morbus et obitus qq. in tantum impedijt, ut hactenus
non fecerim quod tamen dudum ex animo facere voluissem. Ago autem tibi
Vir excellentissime ex animo quam max. gratias pro singulari illa tua humani
tate atq. benevolentia qua pueriles illas et ineptas meas literas tam
bona et tam facili optimaque tuae mentis affectione admisisti, et ut
propere ad has mihi respondere, tuum amorem atq. amicitiam
offerre, atq. insuper me tali munere quo optatius nihil mihi contingere
potuisset, in primo statim novae nostrae amicitiae limine tam pulchre
ornare atq. donare voluisti. Ita n. in literis et argento scripto et
facto, et mentem tuam et multum tuum coniunxisti, ut in utroque
habeam quod plurimum me delectem et quasi totum te ex humanita
tis tuae facilitate perspiciam. Dominum ergo omnis boni datorem
oro, ut in hac tua affectione te confirmet, nobisque suo sancto spiritu
largiatur ea dominatione atq. amicitia uti quae nobis mutuum ita et
simus, ut nos, inprimis tam calamitoso et afflicto tempore nostro
statu hoc postulante, mutuum consolemur, confirmemus et cohortemur, atque
inde etiam inter amaritudines istam summe dulcem et suavitudinem
percipiamus et refocillatis interdum mutuo animis operi vocationis
nostrae

tua constanter peragamus de deo & opt. & electione sperantes quod op-
time. Cum .n. videamus pias Dei nostri Iesu Christi ecclesias atque
earundem fideles ministros non Antichristianorum tantum tabe
affligi, sed eorum quoque qui de numero ecclesiae esse debebant fratrib.
confriendi & ipsi vesanam illorum amarulentiam extrema illis poni vela
creari, cum nil feramus melius quam ut ex animo ad Deum opt. max.
opem conversi, nos quoque multum subinde animemus atque confir-
memus. Summo sane cum dolore audivi non semel ex viris
probatissimis audivi fidei, id quod ipse tu in sinum quoque ut aman-
tissimi tui fratris sinum effundis, in quos & quales tu quoque invideris
& quanto cum periculo in hac tua statione subsistas. Ah, an non
sat dolorum curarum atque molestiarum nil ex eo saltem orti nobis
a Christo servimus incumbit, quod cum Antichristianis idolatris, Hypo-
critis, Epicureis, falsis Evangelicis, & cum quolibet non modo
mundi consceleratione atque flagitiis, sed melioris nota hominum
ignavia atque socordia quoque & decertandum perpetuo, quin illud
quoque accedat ut a fratribus a quibus & stabilimentum & consolatio et
confirmatio erat expectanda, interdum discrimen & in extrema
quaeque & ad extremos animi moerores delendamur? Ah quam
parum mihi videntur illi Creatoris nostri gloriam Salvatoris
nostri maiestatem, miserorumque hominum curare salutem qui
non in ipsis videntur sed in aliis tantum quam ut ad Dei gloria
vel hominum salutem concernunt, quae sua tantum ipsorum constituenda
maiestati perpetuo laborant. Cum ergo tu quoque mi frater
in talis non nullos inveneris, confirmato nihilominus esto animo
Cogitans a Deo, vineam & Ecclesia, in medio hostium te esse constitutum
ut

ut pia tua moderatione & illos quantum dederit Deus corri-
gas, & ipsas sanctas Ecclesias mutuo, & gratissima nobis Dei, id
quod facis, modestia adhibita obliges atque vinces, cuius te Deus gloriae
ne operi [auxilio] atque successu felicissimo. Nam ego alibi quoque pios quidam
fratres quoque vidi ipsa quae & tua & vestra & molesta inter non satis
bene affectos animi moderatis fratres consilii laborare, & tamen
per Domini gratiam tua moderatione atque constantia tantum
efficimus ut de concordia sarcienda illorum spes non omnino penitus animo
abjici debeat. Ornavit & instruxit te Deus tot donis, quibus
tantum in sarcienda Ecclesiae concordia efficies quantum tibi pro
tua moderatione nunquam tribuere ausus fuissem. Pro fratribus agrorum,
cumque Illustrissimi Ducis qui Christi domini redemptoris gloriam
contra Antichristianos, hypocritas & seductores puram propagant, etiam si
in iis contra de receptitale ad salutem credendorum non tam non prorsus
donec Deus meliora dederit, nobiscum conveniant. Quem vestri
agnovissent, Dominum salutariter docti praedicasse primo loco durinque(?).
Nam in ergo idem facienti obtestamur, neminem apud piorum
coetum profundimus(?). Atque utinam omnes ei moderationi insisterent,
quam optimi nonnulli superioribus annis, ut novisti, principes
tanto serio omnibus commendarant, neque privatae aestimationis
affectu tam facile abriperentur, facile per Domini gratiam aliquando
communi ratione & conventis(?) viribus communes nostros hostes oppugna-
remus & vinceremus quoque. Hoc ipsum tuam pietatem pro omnia no-
biscum & expetere & procurare sedulo nihil dubitamus. Interim
Dominum omnis pacis fundatorem oremus ut simul & nobis & omnibus

+ sanctum

per sanctum suum spiritum gratiam largiatur, ut in hac inclinantes
aetatis bene aedificemus & pia conversatione nos tam diutinis &
gravib. communium nostrorum hostium [illegible] aliis ludibriis subtrahamus.
Quod reliquum est & pro debita gratitudine & de [illegible] tibi
munus meae sponte, non ut munus munere [illegible], sed ut de
mea civitate aliquid tibi spectandum afferam, hunc vir. [illegible] mitto
munusculum, cum hoc rogans ut hanc civitatem & [illegible] amare
& bonis q. viris commendare velis, ne sinistra ad [illegible] nos
[illegible] more [illegible] de [illegible] fratrum numero nos censere
velint. Utinam vero hanc sanctis [illegible] [illegible] incipit
[illegible] q. [illegible] hanc [illegible] [illegible] & [illegible] velle
ita Deus moderetur, ut illos Paulus & [illegible] suos
[illegible] faciat. Ergo prius tibi molestus fui in transmittendis meis
ad D. Wallerum meum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] hoc labore tibi
molestus sim. Vix [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] modo
ratione [illegible] libentius hoc illi [illegible] obsequii [illegible]. [illegible]
admodum [illegible] in nos [illegible] [illegible] [illegible] &
[illegible] [illegible] [illegible] illo [illegible] in magnam sub Imp.
Carolo Ferdinandoque. [illegible] [illegible] & singularem [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] admodum amanter [illegible]. Multa
illi [illegible] [illegible] sub Imp. Maximiliano [illegible] [illegible] [illegible]
Ratisbonae in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] ut [illegible]. Sed quid hoc ad rem. Tu mi [illegible]
& [illegible] honorande rogo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] & [illegible] [illegible] [illegible] amanter [illegible] animi [illegible]
[illegible] [illegible]. D. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] familiarem
tibi [illegible] [illegible] rogo si placet meo nomine [illegible] nomine
[illegible]

sed dicas. Vidi quidem aliquando Norimbergae sed nulla mihi cum illo intercessit familiaritas. Amo tamen atque veneror eius amplitudinem cum ob eximiae probitatis virtutum laudem tum ob nominis quoque similitudinem. [illegible] optime [illegible] vir observandissime et frater honorande. Salutabis te vicissim [illegible]

Vuolfg. Hallerus.

EIDEM.

S. P. Fateor vir clarissime & frater in domino honorande, me nimis longo tempore a scribendi ad tuam humanitatem officio defecisse, cuius tamen temporis non minima pars mihi cum morbis cum negotiis terenda fuit. Nolim autem putes illa temporis mora me vel de tuo amore aut observantia quicquam remisisse. Iucundissimum vero mihi fuit quod in iis quas tu frequenter ad D. Bullingerum scripsisti, mihi quoque salutem adscripseris quo ego scire potui te quoque mei memoriam non deposuisse. Gratias vero tibi pro illa tua singulari in me benevolentia ago quam maximas, rogoque ut mihi ignoscas et de tuo virili in nos amore nihil remittas. Amemus nos mutuum dum Deus opt. max. hanc vitae usuram concesserit, conferamusque communes operas ad aedificationem Ecclesiae Salvatoris nostri, Dominumque pro laboribus nostris benedictione oremus, donec idem dederit, ut optatissima nostri coniunctio in caelesti patria nobis aeterno gaudio restitutam contingat. O deplorandam ergo illorum miseriam qui ista Christiana affectione neglecta, omnem

[illegible]

proinq facilitatem alij sunt et [illegible] iis contentionib. cum max.
ecclesiarum scandalo et damno pro sua turbulenta ambitione decertarent.
Utinam nostro Deus illos convertat et [illegible] sibi unione
coniungat. Amen. Gratias quoque tibi ago quod superiori tempore has in lo[co]
molestias receperis ut literas interdum ad Stuttgard. mitt. Ambr. quam
datas mittere alq. opt. fide transmisisti. Ex quo nunc quoque
aliquid habeo quod illi de dn. D. Jos. Matthaeo communicem, rogo
illas quoque ad eum quam commode fieri potest transmittas. Hoc [illegible]
[illegible] quod illud sit, id tibi quoque brevib. post ea quam prius sine
dubio nosti, exponam. Amberga nostra et palatinatus proge[nies]
suspicionem Arrianismi, sententia Ill. Electoris [illegible]
[illegible] illi fuere apud [illegible] suspicione et confessione
sua [illegible] et [illegible] Arrianismo et Sabellianismo [illegible],
supplicem ad Illmum Elect. inter [illegible] [illegible]. [illegible]
ergo illius et confessione et [illegible] audita, [illegible] ei [illegible]
[illegible] bis [illegible] confessione, cum magno studio subscrip
sit, intercessorias facile impetravit [illegible] et isti [illegible]
[illegible] et [illegible] subscriptio ad [illegible] mittitur addita.
Deus innocentes asserat et tandem calumniis [illegible] liberet
Amen. Alq. haec pro tempore admodum propere. Vale vir orna
tissime cum tuo domestico. Tua coniuge et [illegible] tuis, inprimis quoque
nro tuo Wolfgango qui utinam noster Wolfgangus fiat. De
[illegible] Utinam Deus [illegible] animum pro vindi
catione sua gloriae largiatur. Amen. Tiguri. 20 Jan. 1574

Tui per omnia amantissimus

Wolfgangus Hallerus

EIDEM.

S. Quem, ad me, a D. Pocelio theologo fasciculum literarum misisti, cum tuis 3. Non. Julij scriptis quae mihi gratissimae fuerunt, ipsis Idib. eius mensis & fortasse tardius, quam pro tua voluntate vel opinione ac, cepi. Sed illud percommodum accidit quod eo ipso die tabellarius hinc illo profectus est quo & Pocelij & cuiusdam amici nostri literae erant destinatae: eo ut iam illas pervenisse sperem. Mihi autem erga te, & Pocelium, de quorum religiosa & sincera pietate, erudita doctrina, virtute & humanitate singulari ex multorum bonorum vi, rorum literis, sermone ac praedicatione, adeoque ipsius Pocelij scriptis & epistola tua cognovi, sic animus est, ut si quibus maioribus in reb. studia vobis officiaque mea probare possim, nihil facturus sim libentius. Qua de re ea nunc ad vos delata, iisque vos uti frui velim. Deus opt. max. aeternus pater Dni nostri J. Christi faxit ut initium hoc amicitiae nostrae nobis felix ac faustum sit, & mutuis christianae humanitatis officijs subinde crescat & confir, metur. Vale mi Dne Durenhofere per Christum servatorem. Am: bergae, XII Cal. Julij. anno Salutis MDLXXII.

Martinus Ostermoncher. D. S.

Dno Laurentio Durenhofero, eruditissima pietate, et religiosa virtute praestanti, ad D. Egidij. praeposito. d. & amico venerenter colendo.

S. Redditae mihi sunt tuae literae una cum Epigramatis: de quibus tibi magnas gratias ago, atque ex hoc scribendi beneficio singu, larem tuam erga me humanitatem & benevolentiam grato animo agnosco. Epigrammata quae & ipse legi & viris clarissimis quib.

rotuisi

voluisti, legenda dedi, valde probantur, ab ijs, quae merentur laudib.
Sed res ipsas ab antiquissima & omnium priorum temporum repe-
tita memoria longe scelestissimas & inter immanissimos Scythas
etiam, adeoq. ipsos Anthropophagos inaudita, abhorrescendo deplo-
ramus usq. iuxtaq. detestamur. Verum hic ultimus, ut puto
Diaboli in Ecclesia grassantis furor & fator est, & suâ instat suir
regno periodus in quo ab annis centenis Deo & hominib. sub
Christianissimi titulo illusum est, cum nullibi magis in Christum
saevitum sit: Id quod Valdensium & Albiorum, & recentiora
exa demonstrant. Jacobum Monaui nostrum hoc tempore
nullum mutare consilium. Neq. enim dum finis est cruentox
spectaculorum quib. ipsa etiam saxa permoveri, quaeq. commemo-
rare luctu refugit aig. Deinde quos ille adire & colere mi-
ros instituit, plerig. in periculo sunt. Et quis tutus alq. inviola-
tus sit ab his cacodaemonibus, qui oia & sanctissima humanae
societatis vincula perrumpunt. Cum his interim animorum ille
occator & similes Lestrigones & furiae infernales ex flaviana
& Ubiquistarum cohorte conspirant. Cum nos Deus redarguat. Atq.
haec ad tuas nunc respondere volui, vir humanissime & doctissime
D. Durnhofere. Vale, & tuum mihi tui studiosissimo benevolen-
tiam conserva. Vale per Christum servatorem. Non. octobr.
anno salutis. MDLXXII.

M. Ostermoncher.

Reverendo virtute pietate & doctrina eximio viro, D.
Laurentio Durnhofero, in illustri Ecclesia Norica
verbum Dei cum dignitate docenti, D. & amico colendo.

malij

Reverende Vir: Misit mihi Viteberga D. Monaw noster has literas, una cum adiunctis pagellis, cum mandato ad te ut tuas mitterem: Id quod in praesentia effectum volui: Utriusq. vestrum causa quoad eius possum ad longe maiora multo paratissimus. De Selneccero, quaeso, fac sciam, an in illa quam scis mutatione Thuringica, Ienam. q. accepi, mihiq. ipse non persuadeo, ad professionem Theologiae vocatus sit. Vale Vir reverende meq. ut facis ama. III. Cal. Apr. a° C. LXXIII.

M. Osternoncher

D. Laurentio Durenhofero Ecclesiasti Norico longe dignissimo, Viro pietatis & humanitatis muneribus omnibus ornatissimo Dno & amico cum primis colendo.

S. Literas tuas, mi humanissime D. Durenhovere, una cum lauta collatione Symistarum Brunsvicensium recte accepi. Ut autem multum multi scribunt: Si dno praeterea tales Idea tulisset terra viros. Sed isti asini propemodum etiam teterrimo Charonti aut si manis Rhadamanto risum movebunt. De discessione Marchitarum virinorum a Vitenbergensibus, procul dubio iam ante intellexisti. Ita suam sibi qsqs viam eligit non Dominj. Iidem Vitebergenses nuper ut audio sapienter & fortiter ad mandatum Electoris sese gesserunt, dum Palatinos Helveticos Gallicos Calvinos & similium Scripta inter libros reprobos non abijciunt, aut cum Sacramentarijs confundunt. Quod hactenus Flaciani & horum manipulares crudelissime fecerunt

runt. Nec desunt in aula illa qui τῷ ἄρχοντι persuadeant, nisi Caluinum Deique beneuolentia amittatur, terram et pacem hominum relinqui ac conseruari non posse. Sed haec et alia de reb. gallicis et Belgicis, in quib. Deus adhuc tyrannorum conatus remoratur, tibi propius nota sunt. Electio polonica magnas turbas daturu uidetur. Nam Moscus cum 80 millib. armatorum hominum ad lituanicos fines excubare dicitur. Poloni ut sibi contra hunc genere dixi Moscum, et contra Turcas cum de libertate religionis et alijs quibusdam rebus a principib. Germaniae et inprimis Caesare cauea[n]tur, electuri sunt Caesaris filium. Deus qui mutat et transfert Imperia, clementer faxit, ne quod latrimenti Eccla et huius hospitia patiantur, vele ne fiamus sicut Sodoma. Vale mi D. Durenhouere per eosdem servatorem et me quod facis, ama. VII. Cal. Junij. a° 1573. Amberga.

M. Opermann

Praestantissimo Viro, religiosa pietate eruditaque doctrina ac Virtute D. Laurentio Durenhouero, Ecclesiae quae est ad S. Egidium, Noribergae praeposito, D. et amico colendo.

S. Reuerende uir, Iussus sum inquirere in re sequenti. Cumque amicitia nostra fretus, et, cum inter reliqua ornamenta tua, te virum spectatae fidei sciam esse, ad te propterea scribere non dubitauj. Quidam Gregorius Schoner minister Ecclesiae, qui aliquando Augustae a quibusdam flacianis pulsus fuerit non ita pridem ex Saxonia cum uxore et quatuor liberis Noribergam aduenisse

alij

atq. isthic relictis suis, alio, fortassis functionis Ecclesiasticae causa,
excurrisse dicitur. De hoc, quaeso, mi D. Durnhofere, me ingenue
certiorem facias, simulq. quid hois sit, an, vnde quando Heriben-
gam venerit, ac isthic locum in ministerio petierit, nec obtinuerit
quaq. de causa. Et quia, ut credibile est, ei apud nos res non suc-
cessit, quid de instituto suo, porro, iudicaverit. Eius eruditione,
quib. sententijs et opinionib., in certaminib. nostrarum Ecclesiarum
inflammatus sit, et huius generis alia cognoscenda. In quidem non
in ullam ipsius fraudem, sed ne alijs fortassis imponatur. Quib.
hi quidem nec minus mihi, hunc tua significatione rem admodum
gratam feceris. Heßhusius, ut ex legato nostro qui in nup-
tijs Regiomontanis fuit, accepi, nunc Episcopus Sambiensis is
in Prussia, et successit Morlino: sedem habet Regiomonte, a qui-
busdam nobilib. intrusus principe ipso, qui tamen nunc, omnino
sane non habet, et alijs inutilis: Praesertim etiam quia Marchio
nominis nostri, principem, bona fide et amice admonuit, cave-
ret sibi ab hoc et reliquis de cohorte flaciana, ut a clamatoribus
et perturbatorib. Reip. Hic Vuigandum antetulit qui sedem
ambiebat. De Ja. Smidelino non ignoras, ut novum suum
homo furialis pontificatum prosequatur. Nuper in vicinia nostra
ipsius decretis subscripserunt Palatini Neoburgenses Ecclesiastae
synodo in eam rem habita in Longefeld. Id quod scire te voluj.
Quod reliquum est tibi omnia mea studia et officia defero. D.D.
Christophorum quaeso meo nomine amanter saluta. Vale mi D.

Durnhofere

Dünnhofere per christum servatorem & me ama. Prid. Cal. Xbr. anno salutis. MDLXXIII. Amberga.

M Ostermancher

Lieber herr, Ich hab newlich auß einer welschen Italianischen Zeitungen vernommen, das der Pabst Episcopum Novocomensem zu den Pabstischen orttern in Schweitz abgeordnet haben soll, bey denselben fürhabende pündtnus mit der stat Genff zu verhindern, wiewol ich mir nun weniger dan nichts einbil den kan, daz derselb stat, dergleichen, praesertim his temporib. cum ea gente, iam ab aliquot annis administra & executrice pontificiarum crudelitatum proditionum & perfidiarum, verhabe. si quis tamen Genevenses fatalis & caecus agere error, so kan ich wie auch sunst, in omnem eventum, gantz hoch wol ich woll weiß, daz Ihr neben herrn D Christophoro, nun D Beza kundschafft habt, Ihr wollet ihme ein solchs, zum wenigsten vergebenlich andeütten, dan auff vorgesetztem fall, die ding, durchaus, kein anders nichts, den ein fran zösisch e verrätterey zu halten. Et sic legatio illa egregie ex composito subornata fuerit.

EIDEM.

S. Redditae mihi sunt proximae tuae literae politissimum de Gr. Schonern scriptae, in quib. quod petis tibi ut significem, num in illum apud te inquisiverim, scire te volo hominem Heidel bergam venisse atq. operam suam Erasteo detulisse. Cuius de re ne ab ignoto nostris imponeretur, mihi & alijs de ipso inquirentib

negotium datum. Quidam ex nostris, alii adversa Schwenckio
istuc dominicalia sunt, tamen communicatione hoies ab omni ope de-
stituti & prope exules ducti, in eo primum faciendum censent.
quid de ipso tandem statutum sit ignoro. Quod autem ad te in
primis hac de re scripsi, factum e[st] cum fiducia nostre amicitie
tum, quod neminem scirem istic, a quo ea q[ue] volebam melius
cognosci possent. Habes ut puto q[uo]d petiisti. Nunc aliud volo.
Jam tabellis nuper sceleratas conciones addidit duas habitas
Memminger quibus non solum eam actum suo Eulgelelismo in-
serit, virum pium & doctum M. Eusebium Clebergium, eo loco natu
improbe vocat, sed etiam aliquot principibus populis & Ecclesiis
pie constitutis magnam calumniam & infamiam aspersit. Ille
Ubiquitatis apostolus ad nos venturus atque istinc in Saxoniam
adeoque Vitebergam q[uo]d vix tamen credo recitaturus dicitur. Ego
igitur te, si vel ad nos venerit, vel in vicinia fuerit, certio-
rem me facias quid agant, quo exemplo & dimissus sit, quo
contenderit, aut ubi locorum sit. Id mihi & aliis valde gratu[m]
erit. Significa et, nisi molestum est, illius scelerati Vulcani
conciones etc quanti apud nos veniant. Rex Coloniae cum
manipulatoribus suis Electorem nostrum Hedelbergae ex itinere
salutavit lupus ovem. Coram quidem ut audio, Illustris-
simus & piissimus princeps de carnificina Gallicana ipsius
consilio & facto perpetrata graviter & intrepide circumstantibus
sociis scelerum accusavit atque adhortatus est, si salvus esse

vellet

nollet, resipisceret, & porro ab huiusmodi sceleribus abstineret. Ille deinde tanquam paterna quadam admonitione principi gratias agere, factum modeste excusare, id instigantibus turbulentis quibusdam hominibus, Ira, & aliis animi motibus imperantibus admissum esse, se posthac cautiorem futurum, neque in ullum mortalium Religionis ergo durius statuturum. Sed sine tu credas scilicet. Heidelberga ad Moguntinum se contulit, a quo humanissime & magnificentissime cum summa benevolentiae significatione exceptus est. Salutarunt eum & in itinere Treuirensis & Coloniensis legati, passim a suis dominis omnia officia offerentes. Quae quidem multi partim ut gratulatione quadam de rebus Lutetiae & alibi in Gallia praeclare gestis interpretantur. Quo magis intelligas isti domini in nos ut animati sint. Tu, quomodolibet accipies. Et haec quidem in ipsorum bona fide ad te scribere nolui. Tu si quid habebis, quod scire velim, quaeso vicissim scribe. meaeque incuriae da veniam, & me ama, ac Vale per Christum servatorem. XII Januarii anno salutis MDLXXIIII Amburgae.

Salutem meo nomine DD. Herdesio, Volkero & Cunkelbergio.

M. Ostermoncher.

## EIDEM.

S. Redditae mihi sunt binae tuae literae & cum prioribus pagellae quas & antea vidi. de quibus tibi quas par est, gratias ago, relaturus libenter si possum. Ut autem ad id, quod postremum est in illis, respondeam, etsi ut debeo valde afficior sensu doloris erga afflictissimos fratres de quibus scribis: tamen hactenus nihil in illorum usum opportune colligere potui, maxime

quod pauci sumus, quodq. magnus ad nos confluxus est cum alio-
rum tum inopum ministrorum verbi ex quibus saepe multo me-
liores sunt, multi non dissimiles Schonero qui tamen & ipsi ple-
runq. non oio inanes dimittuntur. Nihilominus autem ope-
ram dabo, cum primum fieri pt, si non sero ipsius nuncium, Ge-
nevam, ut aliquid corradam & ad te transmittam. Quod ad
Schonerum attinet quid de ipso futurus sit nescio. Scribam tamen
ad nostros quamprimum, quod de uxore ipsius q hic me quaerit
quod iam ante etiam ad Consiliarios scripsi, significas & alia quae
ad rem pertinebunt. Literas Tigurinas D Hallero qui te
plurimum resalutat reddidit. Ac scire te volo susceptis nos
quod eius licuit patrocinium D Matthaei sal. conquievisse hactenus.
Nunc ab illis celeberrimis Ecclesijs Tigurina, Bernate, Gene-
vensi, Lausanensi, Sortacensi & Basiliensi atq. alijs commendatus
& suffragijs instructus, Illustrissimum pr. Electorem & Theologos
ut spero, propitiores habebit. Quod de ppr. Cal. & Christ.
spargitur verum habere intelligo, praesertim Cas. in congressu
cum Polonis, nullis machinis persuasionib. & promissis nullis
permoveri & adduci potuisse ut ipsi & fratri Gallo sese
manciparet. Mitto formulam iuramenti donandi & re-
fandi quod Colong Solymo praestitisse scribitur, hicq. quod
complera nunc non sit quod scribam detineo. Vale igitur mi
D Dunbosen, tibiq. persuade me tui studiosissimum, tuasq.
literas mihi gratissimas esse & quod in ijs libertatem noras

à me

à me pro magno humanitatis officio, optimaq. amicitiae fide
haberi. Vale per Christum servatorem & saluta quaeso q.d. commo-
de fiat DDd. Hessiandrum, Volckerum Quekelbergium. Idib.
febr. anno salutis MDLXXIIII Ambergae.

M. Ostermonchor.

## EIDEM.

S. Ex quo nihil literarum inter nos commutavimus, ea acciderunt
tempora in Ecclesia quae Deus, ut ea meminisse reformidet oro.
Qui has tibi reddet M. Jo. Sommer ex Thermis Carolinis, cum
ut ex naufragio tabula proximo ad nos Vitebergam commisisset,
ubi optimis & doctissimis quibusq. viris, in primis quatuor Theo-
logis quos nosti, qui Lipsiae in carcere fuerunt familiaris
& charus, & paedagogiam conjunctior fuit, & tam diu nobiscum
haesisset, donec ei de munere Ecclesiastico prospectum esset.
meo suasu, antequam hinc discederet, visendae urbis vestrae
tuiq. & similium cognoscendorum ea istuc profectus vir
pro aetate insigniter ingeniosus, pius, doctus & orthodoxae doctrinae
intelligens, denique is qui dignus visus est clarissimorum
hominum in academia Vitebergensi, judicio ut dialogos Theo-
doreti profiteretur. Hunc oro ad colloquium tuum humaniter
admittas, ei etiam aditum ad M. Mauritium & alios colle-
gas vestros, viros spectatae pietatis & fidei facias, de ipsius ami-
citia & fide nihil dubites. Is nos multos de rebus quas forlasse
nescitis certiores facere poterit. Quare propter ipsius sermonem

mmr

nunc brevior sum. Deus nos in studio charitatis & vinculo pacis atque orthodoxae pietatis sapientia etiam atque etiam conservet. Vale. IIII Id. Augusti. anno salutis MDLXXIIII. Amberga.

J. M. Ostermonchez.

EIDEM.

S. D. Literas tuas & Iulij Norimberga ad me datas & his adiunctas ὁμονύμου mei Tigurini accepi, Vir humanissime & frater in Christo honorande. Neque vero erat cur de literis tuis tantopere te excusares, nedum etiam metueres ne ad ignotum scribendo aut decori fines transilires, aut ullam sinistrae de te opinionis notam apud me incurreres. Plane enim persuasum tibi esse velim me ut omnium bonorum amicitiam expetere: ita iam ab aliquot annis nihil fere magis in votis habuisse quam occasionem aliquam mihi dari, ut tecum (qui mihi cum ab multis alijs, tum vero inprimis ab eo quem tu nominas ὁμονύμῳ meo Wolfgango Hallero a pietate, integritate, modestia, alijsque virtutibus quamplurimis commendatus es) amicitiam inire aliquando mihi liceret. Tantum ergo abest ut literae quas ad me dedisti me quicquam offenderint, ut omnium longe gratissimae atque expectatissimae mihi fuerint, cum ex his opportunam contrahendae mutuae inter nos amicitiae occasionem me nactum esse putem: in qua quidem amicitia vera colenda & conservanda dabo equidem operam ut nec fidem, candorem in me, aut ulla in parte integritatemque

fierique amici studium & officium requirere merito aut debitare queas. Quod scribis te tuas aliquot Halleri nostri, ut ad me perferentur & bartonis curasse et deinceps quoque ea in re tam ipsi Hallero quam mihi officium & operam tuam dares, pro eo sane magnas tibi merito habeo agoque gratias, tibique vicissim quicquid in me est studij & officij quod rebus tuis commodare poterit & ex animo pollicear & promere sponte ipsa incipio. Quas vero nunc tuis accipies, ut per occasionem ad Hallerum nostrum perferri cures amanter abs te peto. Ex literis Halleri Tigurini intelligo tibi cum hijs ministris tuis non per omnia bene convenire atque adeo illos tibi quod in re Sacramentaria alijsque nonnullis ab ipsis dissentias valde infensos esse. Etsi vero tuam eam doleo, ut qui ipse quoque ... veriorum istorum Luthero Papistarum maximam intemperiem hic totos tres annos & amplius expertus & tota plaustra conviciorum, calumniarum, dirarum, imprecationum saepe devorare coactus sum: atque inde facile conijcio quam duram inter superstitiosum hoc genus hominum qui nihil nisi quod magistro Luthero didicerunt placet, provinciam sustineas: tu ne animo frangaris aut veritatis professionem abijcias per Christum te oro atque obtestor. quin potius forti & intrepido animo nihil hominum istorum sinistra iudicia, calumnias, vanos & inanes clamores moratus in veritatis doctrina tuenda & asserenda constanter perges & eventum Deo committas. Vincat tandem veritas patefacto & profligato mendacio quod utinam cito fiat Amen. Bene in

Christo

christo lecti feliciterque aeternum vale. Datae Ratisbonae 20 mense July. A° 1569. Tui studiosiss.

Wolf: Haller

EIDEM.

S. D. Binas abs te Reverende & observande mi Domine literas intra mensem proximum accepi, priores quidem 3. Cal. oct. posteriores vero 3 Cal. Novemb. Norimbergae datas. Utrasque vero Tabellarius noster communis ille gibbosus mihi reddidit, has quidem una cum literis Wolfangi [illegible] ipsis Cal. Nov. illas vero 4 Non. Octob. Quod tardius ad priores illas tuas respondeo facit non quidem penuria sed incuria seu perfidia potius Tabellariorum qui operam suam in perferendis literis non uni usque pollicitis postea relictis illis discedunt. [illegible] non est ut quod pollicitus sum in colenda & conservanda inita inter nos amicitiae fide studium & officium deposuisse me suspiceris. Verum ad literas tuas quod attinet doleo equidem permotus flaccianorum machinationibus ecclesiam quae illic apud vos est turbari, teque illorum causa cum tot molestiis conflictari. Videtur genus hoc hominum ad turbandam ecclesiae pacem natum & dominatus in Ecclesia exercendi adeo cupidum ut caelum terrae misceri malit quam cupiditati & ambitioni suae non satisfieri. Certane non est videri volunt de gloria Christi & Ecclesiae incolumitate & salute pro sua dignitate & existimatione

existimonis. Sed borum hypocritin deus aliquando delegit & prudenda eorum nudabit ut pro gloria quam aucupantur dedecus & ignominiam reportent. Quare iterum te hortor ut bono aio sis atque ambitiosorum istorum importunis clamorib. calumnijs maledictis & mendacijs, aut etiam horum sinistris iudicijs odiisue moueare, quin potius veritatis propugnationem quantarum quidem potes iuuares ac certo tibi persuadeas, Dominum conatibus tuis adfuturum & successus daturum, ne labor tuus in ipso inanis sit. Beneuolentia tua & officio quod & Wolf. Hallero Tigurino & mihi quoque in mutandis illius ad me & meis vicissim ad illum literis pollicitus es & hactenus praestitisti, fretus, has adiunctas ad te mitto. teque oro ne molestum aut graue tibi sit, prima quaque quam nactus eris occasione curare ut ad illum perferantur. Parcerem tibi, quum antea plus satis occupato si alia commodior via mihi suppeteret mittendi ad illum meas lras. Veniam ergo ut spero importunitati meae dabis & sanctiora studia tua interturbanti ignosces. Tu vero vicis sim si qua in re opera mea tibi usui esse potest mihi manda impera. Bene feliciterque in Chro Iesu dno nro celsitudinem vale obseruande mi dne. Dat. Ratisbona 6 Nouemb. 1569

I. Andreas.

Wolf: Haller

EIDEM.

S P. Lras Wolfgangi Halleri Praepositi Tigurini, utriusque nostrum

nostrum studiosissimi quas superioribus diebus ad me perferri cu-
rasti, doctissime mi domine, ego recte accepi, tibiq. cum pro eo
officio, tum vero et quod de statu Ecclesiae illic nostrae me certiore
facere dignatus es, gratias habeo agoq. maximas. Doleo autem Flac-
cianos inquietum hominum genus tantum adhuc apud vos posse ut
tibi tuisq. symmystis quibusdam non solum negotij multum facessere
atq. molesti esse pergant, verum et te atq. illos in discrimen addu-
cere, urbeq. quantum in ipsis est eijcere conentur. Verum quicquid
inferna illius furijs agitata, ambitiosa et dominatus in Ecclesia cupida
Flaccianorum cohors machinetur, irritos et inanes illius conatus futu-
ros et prava quae turbulenti isti homines agitant consilia, in sua ipsorum
capita tandem redundatura esse plane confido. Tu vero bono esto an-
imo, aio esse te et Flaccianorum machinationes animose contemnere
atq. in commissa ecclesiastici muneris functione, asserendaq. pu-
rioris doctrinae veritate tanto alacrius pergere velim, quo illi vehe-
mentius eam infestant atq. oppugnant. Quod quidem pro tua
pietate et insigni sincerae religionis propagandae studio strenue
constanterq. facturum te minime dubito. Stabit atq. triumphabit,
ut cunq. nunc oppugnetur et prematur, invitis ipsis etiam
inferorum portis invicta et immota Veritas, Deo iudice cau-
sam suam asserente et vindicante. Ego non tam
Flaccianorum improbitate quam Illustrissimi Principis Comitis Palatini
Rheni Electoris etc. (cui me licet indignum numerum tuo ex
numero

numero Consiliariorum Ill.mae Cels. suae hic esse noluit, singulari er-
ga me benevolentia permotus Ratispona, elapso anno superiori, huc
concessi, ubi Dei beneficio incorrupta Evangelij doctrina assidue sonat. Sed q
eam audiunt apparent rari nantes in gurgite vasto, et horum ex-
tremum et prodigiosum sinceræ doctrinæ contemptum ego quidem sæpe
deploro, at interim in mentem quoque mihi venit quod non omnium
sit fides: quodque ad Christum nemo veniat nisi quem pater traxerit,
ideoque hominum istorum prophanitate minus moveor. Hac ut lite-
ris tuis doctissimis simul et humanissimis responderem scribere
ad te volui, amanter abs te petens ut deinceps crebrius (siquidem
id occupationes tuæ ferent) non modo de ecclesijs illic apud vos
sed et de schola Witebergensi statu, alijsque rebus novis quibus urbs
vestra abundat me certiorem facias. Ego vicissim si quid com-
pero scriptione dignum, quod tibi gratum et iucundum arbitrabor
id non te celabo. D. Doctori Jo. Mattheo tuis verbis uti
iussisti salutem dixi, is amanter te et officiose resalutat. D.
Doctori Christophoro Herdesiano pro salute quam me impertijt
gratias meo nomine agas, atque ipsum vicissim quam officiosissime ex me
salutes oro. Bene in Christo vale. Amberga. 25 Junij. 1572

T. studiosiss. et observantiss.

Wolf. Haller.

EIDEM.

S. D. Video conflictandum nobis esse cum turbulentis in-
genijs

generis perpetuo, Nec reperiri in urbe tam celebri quae pene sola
sapientis gubernationis laudem ac possessionem huc usq. retinuit
in ea igitur non reperiri qui tueri veritatem & sanare vulnera Ecclesiae
domesticis remediis, mirum sit. Beata foret Resp. nostra si Phocy-
lideum illud sequeretur: μήποτε δ' ἄφ' κρίνειν ἀδαήμονας ἄν-
δρας ἐάσῃς, & si ut de artibus artifices, sic de summis Ecclesiae
Controversiis iudicarent viri docti & orthodoxae antiquitatis periti.
Sed quolibet in quoslibet & quorumlibet scripta vetera ac
recentia censuras agenti & eos quibus templa commendata sunt cum
docendi munere excitante dissensiones opinionum & volun-
tatum distractiones saepius necesse est. Ararum assertorem velim
de pipere communicare quanti veneat, non de dogmatibus quae
ne gustavit quidem. Non agat cumini aut opificum. Non con-
spurcet patriam, Non condemnet multis deplorata aut per-
specta dogmata. Sed glireat se intra suas metas, si sapit. Ca-
techesin aditam a Theologis nostris his contrariis non convellet.
Vos tamen quid moderatione convenienti ulciscimini recte facitis: Nec
te nolim temere distractore ne succedat alius qui calui torrea
misceat. Bene & feliciter vale. Modo plura per occu-
pationes non licebat. 7 februarij

Caspar Peucerus.

A Monsieur.
Monsieur Gabriel Schlüsselberger mon bon
seigneur & amy.

A Nurembergh.

Monsieur, Je vous remercie bien fort de la peine qu'avez prinse pour moy, envoyant mes lettres à monsr Thelius, duquel encores que ie n'aye eu response, ie ne laisse de lui escrire de rechief. Vous priant me faire ce plaisir de cometre mes lettres à quelqu'homme seur, à la premiere commodité que vous aurez. Il me desplaist bien fort de la maladie de Monsieur Durnhoffer, & ce d'autant que ie voy rester au monde si peu de fideles serviteurs de Dieu, ce qui me fait beaucoup plus de paour que toutes les menaces & les persecutions du monde. Mais c'est raison que l'obstination des hommes soit ainsy chastiee: & cependant il nous fault asseurer qu'il ne perira pas un des enfans de Dieu. J'escrirois volontiers tant à mondict seigneur frere, qu'à Monsieur Herdesianus. Mais voyant que mon nom est si odieux à quelques uns, il faut que à mon regret, ie me garde de escrire à plusieurs de mes freres & amis, durant ce maulvais temps, craignant qu'en leur cuidant gratifier, come ie say que mes lettres leur seroyent bien agreables, ie ne leur fisse dommage, si les ennemis de la paix des eglises en estoyent advertis. Je vous prie Monsieur d'autant que ie vous puis plus aisément escrire en nostre langue, leur faire bien entendre ceste raison, affin qu'ils prenent de bonne part si ie ne leur escri point, ce que toutefois ie feray desormais s'ils le trouveront bon, desirant ce pendant

estre

estre recommendé à leur bonne souvenance, & d'entendre de leurs nouvelles. J'ay faict une response latine à noz condemnés de Torgue, laquelle ie desirerois estre traduite & imprimée en Allemand, dont ie vous envoye un exemplaire pour vous & pour noz amis qui reçevront de la foire de Frankfort, come i'espere le livre des epistres & responses de feu M. Calvin, que nous avons faict n'aguieres imprimer. Ausur plus quant à nostre estat, graces au Seigneur, nous iouissant quant à nous du repos accoustumé. Mais quant à noz freres des eglises de France, la guerre n'a tousiours son train: en telle sorte ce, neant moins que, graces au Seigneur, noz affaires vont tousiours en avant: & vous puis dire que lors que nous avons eu grosses armees nous n'avons point faict la dixiesme partie de ce que Dieu à faict contre ses ennemis depuis ces derniers troubles. Cependant, estans fort recherchés de la paix, il à semblé bon finalment aux eglises de donner à cognoistre par effect qu'elles ne demandent ny le sang, ny la ruine de la patrie. Et pourtant se sont assemblés à Basle vers Monsieur le prince de Conde les deputés des provinces qui ont les armes en main pour leur iuste defense, la-ou ie me suis aussi trouvé par leur volonté. On y à fort disputé de ce qu'on doit demander tant pour le faict de la conscience, que pour avoir iustice

des

des massacres, & pour les seuretés à l'advenir, pour n'estre plus trompés, sur touts lesquels poincts on s'est finalment resolu de faire des bonnes & fortes demandes & s'y tenir constamment iusques au bout. Lesdz deputés avec passeports du Roy partirent de Basle il y a quatre iours pour aller à la Court à Paris. Dieu sait ce qui en sera. Mais ie n'ose rien attendre de bon de telles gens. Toutefois le Seigneur tient les mains des Roys, lequel ie supplie, nous envoyer en quelque repos ou bone fermeté pour n'estre ny estonnés des menaces de ses adversaires, ny alleschés encor un coup par leurs tromperies & ruses. Il n'y a point de tresves pour cela, & font chascune partie ce qu'elle peult. Le croy qu' aurez sceu la constance de ceulx de Livron, la prinse d'Aigues mortes. Depuis peu de iours encores les nostres ont prins la ville d'Allais & le chasteau. Et voila comme peu à peu ce pauvre royaume iadis tant opulent s'achevo de ruiner soymesmes par un iuste iugement de Dieu. Vous aurez sceu aussi le beau mariage du Roy & son entrée à Paris dont ie ne vous escriray davantage. Quant à la chandelle de cire, celle qu'il vous à pleu m'envoyer me plaist bien & vous prie m'en envoyer huict livres de mesmes, au poids d'ici qui sont dixhuict onces, que ie payeray à celuy que me manderez. Et sur ce,

Monsr

Monsieur, me recommandant à vos prieres & de tous mes bons seigneurs & amis de pardela, ie supplie nostre bon Dieu & pere, vouloir exaulser les gemissemens des affligés, inspirer les Roys & princes à le bien recognoistre & redresser sa pauvre eglise & nous tenir touts en sa saincte garde & protection. De Geneve ce 27 Mars 1575.

Vostre entierement amy & serviteur
Theodore de Beze.

Le bon Cardinal mourut le lendemain ou la nuict suivant Noël, d'une fiebure chaulde, estant devenu tellement phrenetique apres avoir prins son Dieu de paiste qu'il l'a faict tirer dedans son lict, & à l'instant mesmes courut un vent Austral si furieux non seulement en Avignon où il est mort, mais aussi en la pluspart de France qu'il a abbatu plusieurs clochers, maisons & forests. Et l'appelle on le vent du Cardinal. Il en a laissé derriere soy plusieurs qui ne valent mieux que luy. Je vous envoye un epitaphe que monstrerez à nos amis. S'il se pouvoit imprimer par cela, ie croy que ferez plaisir à ses heritiers.

DIS. INFEREIS, LEMURIBUS. FU-
RIIS. ERINNYBUS. NEMESI.
VEIOVIBUS
SACRUM

ΚΗΡΟΛΩ. CORDIMALO. CARDINALI
ATHEO. HARIOLO. MAGO. MOECHO. INCESTO
PÆDICONI. PRODITORI. VENEFICO. PARRI-
CIDÆ. COETERISQ. HONORIBUS. AC. TITULIS
OMNIBUS. QUI. APUD. ROM. PP. REVEREN-
DIS. ET. ILLUSTRIS. HABENTUR. LONGE. CLA-
RIS. HOMINI. IN. OPPUGNANDA. CHRI.
RELIGIONE. PRÆFRACTO. ET. INEXORABILI.
ANIMO. PACIS. PUBLICÆ. HOSTI. ACER-
RIMO. PORTENTORUM. ET. PRODIGIORUM.
OMNIUM. QUÆ. MAIORUM. VEL. NOSTRA.
TULIT. ÆTAS. MONSTROSIS. OB. EIUS.
CAPITALE. IN. CHRISTUM. CHRISTIANOSQ.
ODIUM. EIUS. CONSILIO. INSTIGATIONE.
VERSUTIA. PASSIM. PRODITAM. A. REGIBUS
FIDEM. NEGLECTUM. IUSIURANDUM.
VIOLATA. IURA. DIVINA. ET. HUMANA. OĪA.
VASTATAS. INNUMERABILES. URBES.
PROFLIGATOS. POPULOS. SAGINATAM. BELUAM

ROMANAM· PIORUM· SANGUINE· ID QUOD·
CARCERES· TRIREMES· FLUMINA· CINERES·
EXILIA· OCCIDIONES· STRAGES· PER· UNIVER-
SAM GALLIAM· EDITÆ· CUM· ALIAS· SOEPE·
TUM· MAXIME· IX· CAL· SEPT· CIↃ IↃ
LXXII· UBIQ· TESTANTUR· OB· OMNIA·
DENIQUE· IN· DEUM· ET· HOMINES· CRUDELITER·
NEFARIE· IMPIE· ADMISSA·

PAPA· CARDINALIUM· COLLEGIUM· EPISCOPI·
CÆTERIQUE· ROMANÆ· SEDIS· PROCERES·
SACERDOTES· MONACHI· FRATRES· UNCTI·
RASIQUE· OMNES· ALUMNO· COLLEGÆ· FRATRI·
PATRI CHARIS· DEINDE· MAGORUM· LENO-
NUM, CYNÆDORUM· MERETRICUM· LATRO-
NUM· SICARIORUM· VENEFICORUM· PRODI-
TORUM· IMPURA ET· SCELERATA· COHORS·
PATRONO· DE· HIS· OMNIBUS· ORDINIBUS·
OPTIME· MERITO· VIRTUTIS· PIETATIS
MEMORIÆ· ERGO·

MOESTIS· P P·

Εἰς τὸν αὐτὸν

Ἐνταῦθα κεῖτ' ὁ Κύριλλος
οὗ ζῶντος ἦλθε κελτικὰ
οὗ καὶ θανόντος σώζεται.

Reuerendis & clarissimis viris, pietate, eruditione, virtute ac dignitate praestantibus D. Henrico Bullingero & reliquis Ecclesiae Tigurinae doctorib. atq. ministris, sacraeq. Theologiae professoribus, ac Dn. Gaspari Wolffio artis med. doctori & Scholarchae eximio, dnis amicis & fratrib. nostris cum obseruantia colendis.

Salutem in Christo, Reuerendi, clarissimi & doctissimi uiri. Cum iustitiae & fortitudinis fama inclytae Heluetiorum ciuitates clarae semper fuerunt, tum uero pietatis, doctrinae, disciplinae & beneficentiae laude ita celebrantur, ut gratias hodie illis conferamus pauce sint, quas anteferamus nullae. De Tigurina autem resp. cum cogitamus, non modo ornamenta ipsa politica suspicimus & admiramur, quae permagnum decus reb. humanis adferunt, sed in primis Ecclesiam filii Dei quae cum illustre apud nos hospitium, Christo fauente, nacta sit, longe lateq. conspicitur & uerum atque immortalem gloriam inclytae genti ac reip. uestrae conciliat. Itaq. Tigurinis & fauemus & gratulamur cum ob uetusta laudatissimae gentis ornamenta, tum uero etiam ob clarissimam Euangelii lucem, Dei beneficio, istic exortam, quae ut diu fulgeat & uicinorum tenebras illustret toto pectore Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi precamur. Mirifice etiam Ecclesiarum

clarissimi, & doctissimi viri delectamur fama & praedicatione insignis & eximiae cum bonitatis vestrae tum beneficentiae erga pietatis & optimarum artium atque disciplinarum studiosos, quos ex aliis, ut audimus, vestra liberalitate, vestrisque stipendiis foveant & aluntur. Quod etsi ita splendidum non est, ut caetera vestra, : nos tamen hoc Ecclesiae filij Dei & civilibus vestris praecipuis ornamentis utilissimum iudicamus, vos & sapientia & authoritate & iudicij celsitudine ante cellentes viros imitari & deligere bene moratos adolescentes & ad literarum studia aptos atque idoneos, quibus subsidia necessaria subministretis, ut sint aliquando quibus quasi confecto curriculo lampada doctrinae coelestis & philosophiae veluti accensam tradatis & commendetis. Quo in genere officij, etsi nobis nobis propter tenuitatem nostram & amplitudinem vestram pares fortasse esse non possumus, studio tamen benefaciendi omnibus ad virtutem & literas idoneis pro nostra parte, nobiscum certare non desinemus. Hanc voluntatis affectionem in nobis, si, ut arbitror probaveritis, molestum nobis, ut confidimus non erit, nos per literas a vobis petere quod nostri nos officij ratio & humanitas hortatur. Jonas Teckbnecher Tigurinus, adolescens honestis moribus praeditus & discendi cupidus a reverendis & clarissimis patronis suis petit submisse stipendium aliquod, cuius spem sibi factam a plerisque vestrum narrat, ac ut hanc petitionem suam nostra commendatione, quantum possumus, adiuvemus, summopere contendit. Etsi autem in eiusmodi re atque causa, nostris auditoribus non difficiles esse nec odiose repugnare solemus: tamen nec cum plus exhibere nimus

molestiae

molestia, aut indignum aliquam commendationem vestra nobis oblinde- remus, ante nos permonerj, ut adolescentis petitioni libenter obse- quereremur passi non sumus quam ea, qua par est, diligentia, in vitam mores & studia ipsius inquireremus. Exploratione igitur facta comperimus ingenium rectum esse & ad litteras aptum, mores inte- gros & bonum prorsus talem qui & sine sua sollicitatione a no- bis commendari, & sine nostra commendatione a vobis iuuarj me- retur. Quare non inutili fore quam commendationem nostram impe- timur, ac ea qua decet obseruantia petimus a Regiis & clarissimis humanitatibus vestris, ut adolescentis supranominati studia iuuare ac prouehere pro liberalitate et beneficentia vestra dignemini. Ciuis noster est, & pauper sed industrius & quem excultum ac rebus communibus apud nos vtilem aliquando futurum esse confidimus. Nec vero pro excellenti sapientia vestra ignorare potestis, bona quandoque ingenia, quorum iam maior est quam parentum & auorum nostrorum etate, raritas paupertate solere enecari priusquam ad maturitatis spem perueniant. Quod ne huic ciui & clienti vestro accidat, nos intercessione nostra ne petitionis, reuerenter ac officiose petimus. Quod si pro nimine vulgari sed memorabili humanitate vestra, hunc adolescentis rationem habueritis, & de patria vestra aliquem etiam cum ministrum fidelem et peritum studetis educare, bene mere- bimini, & ipsum adolescentem vnique bona indoles gratitudinem vobis pollicetur, maximo beneficio vestro in perpetuum vobis deuinxietis: In nobis vero beneuolentiam & obseruantiam vestri

quis

quæ summa est, maiorem in modum augebitis & confirmabitis. Bene valete Viri reverendi, clarissimi & doctissimi, cum omnibus quos charos habetis, & à nobis omnia officia & studia nostra ac sincera amicitiæ & pietate. Data. Witebergæ. die XXV. mensis Augusti. Anno Christi MDLXXI.

Excellentiarum Vestrarum
studiosissimi

Rector, Magistri, & Doctores, Professores Academiæ Wittebergensis

Reverendis & clarissimis Viris, pietate, omnibusque virtutibus præstantis. Domino Rectori, Magistris & doctoribus inclytæ Academiæ Witebergensis, dominis honorandis, & fratribus nostris in Domino charissimis.

S. Reverendi, clarissimi, doctissimique viri, amici & fratres in Domino honorandi & charissimi. Tametsi hactenus non vulgariter fuerimus affecti erga pietatem vestram, idque ob eximia illa domini Dei nostri dona in vos liberaliter effusa quibus singulariter ornati atque instructi, non tantum toti mundo innotuistis quam præclarissima beneficia in omnium nationum studiosos veræ religionis & bonarum artium, uberrimo cum fructu contulistis: nunc tamen arctiore vinculo amicitiæ atque adeo & fraternitatis nos pietati vestræ constrinxistis, quando epistola ad nos missa omni eruditione & humanitate refertissima, non tantum omnia officia

officia & studia verae & sincerae amicitiae nobis benignissime offertis
verum etiam causam civis nostri, hominis fortunae alioqui tenuioris & stu-
diosi, apud vos quam fidelissime agendam suscepistis. Quam vestram hu-
manitatem singularem certe admiramur, meritoque magnifacimus, eaque
illa ipsa quam suavissime oblectamur. Atque ideo pro hac vestra in
nos humanitate fraternaque affectione, gratias quas possumus omnium ma-
ximas pietati vestrae agimus. Inprimis vero gratias agimus Deo
Deo nostro, qui hunc animum longe piissimum vobis inspiravit
quo & nos fraterno amore amplecteremini & nostris prodesse modis
omnibus contenditis. Oramus autem Dominum ut dona illa sua
in vobis adaugeat, inque hoc studio sancto confirmet, nobisque gra-
tiam suam concedat, qua pietati vestrae vera quam arctissime con-
iuncti amicitia, vos sincerissime diligamus atque ita mutuo
amore invicem prosequentes, posthac omnia pietatis fraternitatisque
officia mutuo quam sanctissime praestemus. Certe simul atque
intelleximus intercedere humanitates vestras pro Iona nostro
Tikbuchero, gavisi sumus, eam nobis a vestra pietate occasionem
gratificandi vobis esse oblatam: proinde Ionam illum mox in
album alumnorum Ecclesiae nostrae simili rationibus adducti non tan-
tum postulatis, inscripsimus, eius nomine gratum se ille humanitati
vestrae haud dubie exhibebit, nobisque adhortatoribus res suas
ita componet, ut aliquando Ecclesiae, unde & a qua alitur, utilem
suam operam conferat. Parent amplissimo magistratui nostro
Comitatus, provinciae & oppida aliquot & sunt in his complures
& amplae ecclesiae, & scholae nonnullae praeter urbanas, quibus ne
unquam desint ministri doctoresque idonei, educantur ex quibus
[illegible]

Ecclesiasticis ad ministerium Ecclesiarum Scholarumq., iuvenes ho-
nesti diligentes & religiosi, de quib. spes fore ut aliquando scho-
lis, Ecclesiisq. officiis sanctis inserviant, è quorum numero non nulli
alij quoq. sunt, quos ad vos discendi gratia amandavimus, & in
quorum numerum iam etiam Ionam nostrum, nobis autoribus
perlibenter recepimus. Cuius rei nomine vestrae quoq. pietati nomi-
nis attestatum, nobis, etiam in alijs gratificandi nobis promptis-
simam esse voluntatem. Rogamus autem Humanitatem vestram,
ut illos Ecclesiae nostrae alumnos, filios nostros dilectos, qui nunc
apud vos degunt, & qui posthac ad vos venturi sunt discendarum
artium, linguarum & pietatis ergo, cum filios, paternae vestrae nobis
habeatis commendatos. Quod reliquum est, precamur Christum
Dominum, custodem atq. vindicem Ecclesiae suae quam sanguine
suo redemit, ut vos omnes mente & corpore incolumes conservet, ac
in sincera doctrina confirmet, & ab omnib. hominib. absurdis liberet
a quib. audimus graviter vos vexari atq. oppugnari, odio quidam
Christianis hominib. indigno, idq. ob veterem orthodoxam Catholicae
ecclesiae doctrinam de ascensione Domini nostri in coelum, de sessione eius
ad dexteram patris, adeoq. de indivisa persona & duab. in Christo
naturis proprietates suas inconfuse servantib., deq. idiomatum
communicatione: non deserit vos verax & fidelissimus deus
qui se vobis adfuturum promisit ad consummationem usq. seculi.
Neq. in his certaminib. dubitamus de vestra constantia in fide &
doctrina illa indubitata, quam & ipsi nobiscum pro vestro officio donisq. di
à Deo acceptis docemus atq. defenditis, & Deo iuvante vobiscum
in finem

in finem usq. defendemus. Dominus adsit nobis spiritu suo sctõ
concedatq. Ecclesiae suae concordiam, sopitis tandem certaminib. illis
& reductis ad saniorem mentem absurdis illis hoib. Valete viri
venerandi & nobis perpetua observantia colendi, fratresq. in Chro
carissimi. Dominus benedicat laborib. vestris & servet vos ab
omni malo, id quod precib. nostris pro vobis ad Dominum effusis
petere nunquam desinemus, vicissim à vobis saepe petentes ne in
precib. vestris nostri unquam obliviscamini. Datae Tiguri in Hel
vetia. die 25 Octobris, Anno salutis humanae 1571.

Pietatis & humanitatis vestrae
Studiosissimi

Pastores, professores & ministri
Ecclesiae Scholaeq. Tigurinae
in Helvetia.

Clarissimo & doctissimo viro D. Joachimo Camerario,
Doctori Medicinae etc. dno & amico s. observ.

Nuremberg. Zu eygen Hand.

S. P. Cum multa sint, Joachime Camerari, vir clariss. neque
unius illa generis quae hoies ad contrahendã cum hominib. ami
citiam invitant; alia n. spectantur & appetuntur ab alijs aliq. una
est ocb. ingenium: tum illud omnium pulcherrimum & effi
caciss. ad gignendos & devinciendos inter se bonorum aios quod
virtutem & humanitatem, res pulcras & hoib. inprimis dignas
prae se fert & ostentat. Hujus n. ea vis est, ut non modo simul
absentes longeq. distantes sint, arcte copulet & quodam amoris

ardore atq. affectione voluntatis tacita accendat & invitet; sed ab
ipsis etiam ceteris quemadmod. vir opt. Antonius Panormitha
dixette dignando fertur, facile conspici possit. Hoc sic esse, neminem
nostrum, opinor, fugit. aut ipsa etiam experientia non iampridem
docuit. Si recordemur .n., an non multi nobis in mentem veniant
quos vel nunquam visos, vel certe longe ante quam a nobis viderentur
amicos nacti aut saltem parare nob. conati simus; amare quidem
certe, quorum ignoti studio erga ipsos arcano & mirifico commoti
antea cepimus. Ut de me solo dicam, mihi bene vere novisse,
magnam cupiditatem incendere cum aliis longe a me dissitis ami-
citiae, & benevolentiam erga ipsos meam infructuosam aut
inanem nunquam extitisse, & fateor libenter, & non raro.
sententia cum voluptate animi mei reminiscor. Sic Patris tui
sic P Victorij, C Sigonij, Joan. Caselij, Esr. Rudingeri assi-
nis tui, clariss. & doctiss. hominum ut de multis pauciores
eorumque plures tibi commemorem, notitiam & amicitiam primum
sum consecutus; cum observantiam iis meam & propensionem
animi mei erga ipsos singularem, literis meis palam scripsissem, &
ut me in suis cultoribus habere vellent tantum rogassem.
Statim .n. illi voluntatem meam iudicio suo comprobarunt
meq. humanitate sua complexi sunt. Quam ego deinde tot quod
studio & officio omni colui, coluique, conservavique. ut ea in
hunc diem, id quod ad ipsorum felicissimum laudem pertinet, mi-
nime exciderim. Quorsum haec. inquies. Ut iis scilicet
tanquam prodromis non viam modo mihi sternam. sed aditum

sunt paren

ut parem ad tuam beneuolentiam, scis, ut ego sine assentatione
ac de complurium uirorum testimonio iudico, plane dignum quem
omnes ament, qui quemadmodum fieri doctrinae eruditionem atque elegantiam
& probitatem ac uirtutem oporteat, non omnino nesciunt. Oc-
casio autem huius sine studij ac cupiditatis meae, siue ut inge-
nue fatear, amoris iam non uulgaris erga te, hinc nata est quod de
Esr. Redingerio, cum apud nos semestre fere, ut scis, lateret,
patruum illorum multi qui se in bonorum capita minaciter
uibrare ceperant; de huius igitur sermonibus crebris & men-
tione atque indicatione copiosa quod cognouissem non modo
quis esses; quod tibi iam antea noueram ex alijs, tamen
ex hoc didici tum multo plenius ac luculentius; sed & quid
iam quibusdam alijs beneuolentiae erga me, ipsius Esromi, ut
puto concitatione, in animo tuo susceptae esset. Nam & epistolam
tuam mihi demum ostendit, in cuius extremo salutem mihi
perhumaniter adscripseras, & nolle te significaueras, ut quae
mihi cum patre tuo amicitia fuisset, ea inter nos quoque propa-
garetur ac permaneret. Dicam ingenue. Cum in me non
sit quod me tibi, si ab amicitia paterna discedas, magnopere
commendare aut deuincire aliquo modo potuerit; ea mira-
tus primum sum humanitatem & benignitatem animi tui, &
quod deinde ostenderetur, non solum neutiquam repudiandum (esse
hoc enim nimirum agrestis & barbari hominis) sed utraque ut
aiunt manu & toto animo apprehendendam atque amplectendam duxi.
Itaque gratias egi Esromo, cuius opera tantum mihi bonum conciliatum
credidi

credidi, et solam in spem meam fulcirex. at quamquam neque ullo nobis usu sunt antea, neque adspectu mutuo; quibus rebus plerumque alii ad amandum fores parent, intercessisset: animi tamen nostri vera deinceps et solida necessitudine coniungerentur. Quod ubi a te impetravero, nisi quidem iam impetraverim; gratulabor ex animo, mihique gratulabor fructum tuum uberem consuetudinis et amicitiae Cameraricae, et summo studio annitar neque quicquam omnino rerum praetermittam officii quod tibi gratum esse sentiero: fidem autem tibi spondere amicitiae tuae meam ita praebabo, quantumque re et officio potero, ut neque te summi mutabilitatis in me benevolentia tua correspondendo paeniteat, neque me ullius inconstantiae erga te iure studere possit. Age igitur mi Ioachime Camerari, iactum esto amicitiae inter nos firmum et immotum fundamentum: itaque mihi ego tibi ex animo amici in posterum simus, ut neque proemiis inter nos compellationum opus sit, et alter cum altero ut eorum ipso quae velit agere ac colloqui sine praefatione audeat. Cuius quidem rei cum potestatem tibi apud me faciam liberam et expeditam, eandem mihi aliquantulum sumere apud te, non tam aliorum officio, quam amicitia tua neque intempestivum existimo. Est autem res ipsa eiusmodi, quam te facile probaturum confidam. Scribit ad me Io. Cralo vir praestantiss. et noster doming[?] omni, musice perstudiosus, quum etiam mihi complures iam annos amicissimus senatum urbis nostrae ludi litterarii condendi et aperiendi consilium cepisse, instituto profecto laudabili et

iam

iam ad eius gubernationem Valentinum Erythraeum accersere. Non
male autem consulturos sibi putet Carolo, si Joan. Casselium uocent,
idque ex ipsius etiam Casselij re futurum arbitratur. Ego, ut se
res habet apud nos habeat, nescio. Et quamquam qui uir sit Casselius & quibus
utitur magistris, & quam praeclare pereque etiam singulariter eru-
ditus, & quam etiam olim carus Patri tuo. tu quidem minime
omnium ignoras; ut eum verbis apud te ornare, necesse non
uideatur. Tamen, etiamsi conditio ei ista feratur, non imme-
rito dubito, num accepturus eam sit, quod & principis cuiusdam
aula eum iterum appetit, & conferuntur aliae non parui
illae momenti, quibus in his terris retinetur. Itaque, nisi plane
commendandum Senatui nostro & accersendum hunc de Carolo-
nis iudicio consenseris, in mentem mihi uenit locum istum
destinare animo meo Simoni Stenio, viro, ut ego iudico,
latinarum & graecarum literarum peritissimo, & ita ut
audio Patri tuo probato, ut eum sibi successorem aliquando
designare non dubitarit. Quid si igitur Stenium ludo isti
nostro conferendum censes, quantum potes, praesertim si conditionem ob-
latam Erythraeus reiecerit? Quamquam ego quidem hunc ne illi
conferendum quis uelit putauerit nesciam, ut qui Erythraei
quidem nomen aliquando audierim, doctrinam uero unde
perspicerem, habere non habuerim: Stenij autem eruditionem
& ingenium acre cum ipse exploratum habeam, tum aliorum
tui testimonio & praedicatione honorifica non semel celebrari
meminerim, eumque non aliorum modo sed & partium bonarum

studiosiss.

87

studiosos esse intelligam. Schola is hic usq. praefuit Brandenbur-
gensi, quae in Marchia Septemviralis Metropolis. At quod indicio
calumnioso a Theologis nomen eius delatum et insimulatum
actio eius erroris esse. Cuius autem hoc tempore viri omnium
capitaliter atque ipsis etiam pontificiis studiis ac perniciosius
errare perhibeantur, et cuius sanctos cupide vicariandi facto iudi-
cio publico damnentur: de quo tamen mi constantia non est longius
verborum faciendi. Iam igitur ob eam calumniam abdicare se func-
tione sua iussus est. Ut, si vel ad Rectoris munus vel ab
hoc proximum conditione honesta et liberali accersatur, non gra-
vato facilius Senatum amplissimum arbitror, Eque ut id faciat
auctorem ei me quoque futurum, tibi ultro pollicear. Quamob-
rem te mi Doctissime rogo, ut cogitationem de Castelio ani-
Stenio hoc in parte aliquam accumulatam suscipias, et isto pacto
non ipsi modo, quibus ubi honeste et cum laude consistere
diutius non poterit, sed urbi nostrae commodes. Tum etiam
si quid possis quod ex usu sit utrobique dispicere et sapientia
tua et auctoritate tua agere, ut id facias, deque eo vel ad
illos vel me quamprimum rescribas. Curabo quodquid mihi
imposueris diligenter. Ipsum autem officium tuum et ope-
ram, quam te vel reip. istius caussa navaturum, non
illibenter confido, sic accipiam, tamquam in me beneficium contuleris:
Et tibi pro eo, omni re quae a me proficisci poterit, gratiam
referre studebo. Vale et amicitiam meam in certa tuae erga

me

me benevolentiae fiducia existenti humaniter ignosce. fratrem tuum
Philippum, opt. & clariss. V. qui cum ante annos IX notitia mihi
contracta est, salvere pl. iubeo. Berlino. Cal. Maij Anno MDLXXV.

Tui stud.

Thomas Hübner.

## EIDEM

S. Cum ad ignotos scribimus, Vir Clme, valde sudamus in exor-
dijs, dum causas exquirimus quae nos ad appellationem impulerint,
ne vel imprudentes vel importuni esse videamur. Ad imprudentiam
quod attinet, video mihi subvenire illud Homericum αἰδὼς
ἀχρεῖος ἀνδρὶ πένητι. Importunitatis culpam meam una ex-
tremus sustinet, cuius hortatu ac [illegible] mandato haec ad T. C.
damus, quia aliquanto prolixius statum rerum mearum exponere cogor,
ut in quanta ἀπορίᾳ versor, quamque malim mihi succumbendum
sit, tibi innotescat. Nostris illis infelicibus ut vulgo loquuntur
vel ego rectissime plenis salutaribus [illegible] veritatis patefactione [illegible]
cum hostes ambitiosi et turbulenti omne suum studium ad exorien-
tem veritatis lucem vel extinguendam vel saltem ruina oppri-
mendam alacriter conferrent, tantumque hoc agerent ut exquisitis
insectationibus et consilijs sanctissimos doctissimosque viros in nostris
Academijs deformarent, non dici potest quot quantasque in ipso tem-
pestatum communi iactatione fluctuum cum alijs in me violento
impetus impetu immittentibus tum inferioris pastor Torgensi, qui in
oppido tum ludi magister eram, horribilem in medium ex sug-
gestu debacchando. quem hominem vere appellare possum Academice

Witeb[ergensi]s professorum illius studii et qui ubertim ad multas gentes
in orbe Christiano fructus propagaverunt, calumniatam. Caussam autem
odij adversus me et malevolentiae et vigilationis, nullam aliam
afferebat quam quod diceret se scire me esse sacramentarium et
nefanda illa Calviniana haeresi (ignoscat ipsi dominator Deus)
non solum leviter tinctum sed plane imbutum. Informatione ista
non contentus publice me ipsis et condiscipulis meis ante cae-
nam (?) cognitionem a confessione arcuit indignum clamitans qui ad
mysteria admitteretur, pestilentissimae haeresi infectus. Et dei pater res
mea cum bene se (?) oportuno accidit ut parens tuus beatissimae
memoriae, de avocando me in Academiam Lovaniensem cogitaret,
quam conditionem me acciperem, inprimis dissuasione Rectoris
factum et dilectorum quorundam qui anno [illegible] Academiam illam mutatio-
ni esse obnoxiam. Accedebat et hoc quod et amicorum literis in-
tellexeram ἀφορμὰς Turingiae plane a me alienissimo ter-
torum hominum ob Calvinismi suspicionem esse abalienatos.
Rebus adhuc incertis cum pendentem animi factum est, ut Deo
eadem συνεργοῦντος) de consilio Rectoris et ad deliberationem
adscitis fratre, in Marchiam a senatu Brandeburgensi ad schola[m]
aperiendam literis perque honorifice scriptis accerserer. Vocationem
hanc aspernari nolui, imo [illegible] cupide occasionem honestissi-
mam ex ista calumniarum officina decessionis arripui.
Brandeburgi cum essem, eo ipso tempore quo mutatio illa
plane admirabilis in Conventu [illegible] instituebatur,

litteris

literis Electoris Brandeb. qui me ijsdem quo ipsa Expulsus eram,
suspectum reddiderant, Francofurtum evocatus sum ad reddendam
fidei meae confessionem. Profectus eo acriter cum Musculo, crassissimo
illo Theologo conflixi liberrimeque veritatem absque ulla dissimulatione
et periculi quod ostendebatur metu propugnavi. Musculus cum
videret me a sententia mea dimoveri non posse, imo quod istius
diplomatis Electoralis confessionem aeque orthodoxam et sufficientem
Christianae confiterer. Subscribebant autem diplomati illi, edicto
Marchia excedere omnes ij qui vel Calvini dogmata condemnare vel
Musculi mirificam Theologiam approbare recusarent. Ego qui
neutrum sine conscientiae laesione facere poteram ex promaxia
illa dominum vertere cum omni Senatu exponerem quod Electoris nostri
indignationem quam facile Musculi importunitate incitari posse
videbat, necessario me ab administratione et gubernatione Scholae
removit, instigantibus et omnem lapidem moventibus Ecclesiae
Brandeburgensis ministris Musculum patronum adorantibus,
ipsiusque absurditates tamen non detestantibus. Reliqui igitur
Marchiam, et ut verum fatear reliqui non invitus, siquidem
in ea vidi et audivi ea parari quae miseriam Confessionis
Wolmariam longe superantia sint. De defectione mea
in Suevia rumor ut percrebuit, intercepisse credo eorum
... eo paulatim deducta sum ut amplissimum Canonicorum
Strasburgensium Collegium gubernaturum Schola quae una in Germania
nobis insaniat, nihil de ferre. Respondi breviter ac liberae,
absque metu illo subscriptionis esset, quam viderem a multis
nostri

nostri ordinis hotb. exoptatam, summa quoque alacritate operam me nobi
lis. viris in audienda perfidia narrationum. Ad hanc exceptionem
nihil responsi accepi, ac non dubito quin hac delenili omnem de
me attentando cogitationem abiecerint. Ex hac vera & impolita nar-
ratione, Vir clarissime, facile videre est quantis curarum fluctibus
nunc aestuem. Cum delitesco hic apud amicum cum familia mea
quam unde sustentem non habeo, praesertim abalienatis parentibus
& spem sublevationis publicae mihi negantibus. Moerorem hunc meum
& sollicitudinem auget metus ne longius diram vel exilij vel car-
ceris. Nuper adeo cum ex Marchia abiens Witebergam venissem
nihil propius factum est quam ut Dresdam proficiscente pastore Witebergensi
abducerer. Infestior mihi ille est quam Torgensis duas ob causas. Nam
ante annos fere octo cum clandestina insimulatione parentes meos
plane immutasset, liberius ei aliquanto quam vel mea conditio vel
ipsius dignitas pateretur respondi. Hanc iram quoniam ipsum monuerim
ne me inauditum condemnaret, cum me Schwermeri titulo illius
hotb. appellatione invisum parentibus redderet, oblivisci non potest, ac
quoties mei mentio fit, aperte fatetur se non prius acquieturum
quam vel in vincula coniiciar, vel ex omnibus locis pellar in quibus
principis Augustanam confessionem amplecti dominantur. Ad hanc
primam odij causam accessit altera non tam mea culpa quam amici
Cornu, ac inprimis J.M. iuvenis docti & virtute praestantis, iste
ut ego existimo multis noti. Hic carmen quoddam in scribendo
lutheranos conscriptum Witebergae exprimi curavit, quod cum in mul-
torum manus pervenisset ac de autore quaereretur, tandem eo deven-

tum est

tum est, ut me illud factum esse diceretur. Et postero Witeb[ergensi] adeo
persuasum est, ut quivis pignore deposito contendat a me et similes illos
ni indignationem ob crebra ἀναθεματισμοὺς fulmina esse effusos.
Vides vir clarissime quanti terrores mihi quota similia insederant.
Quare per quam possum contentionem rogo te, oro obtestorque, per parentem
maternum, quo singularis erga me, a quo sua scripta non absolute
legi videbat, affectu fuit, ut contra primum quamque occasionem et rationem
tuam meae sollicitudini subvenias, maleque imminentibus ~~me~~ ac
familiam meam eripias. Item quo maturius nobis opitulaveris, eo
gratius erit tuum beneficium. Nosti illud ὠκεῖαι χάριτες
γλυκύτεραι. De modo opitulandi nihil habeo scribere. Atque neque
ita dispositum est ut certi aliquid statuere nequeat. Apud nos et
in minima annona ut mihi locus esse possit. Commendationem tuam
non dubito quin ad quosvis unquam semper multum ponderis habitura
sit, effecturamque ut vel mercatorum liberalitas vel principis alicuius
munificentia, meam inopiam tantisper sustentet, dum vel pace
res placentur, vel aliunde mei promovendi occasio offeratur.
At Catelinatus monitorem mea uxor tota contremiscit terrore
illud quasi δυσεξήγητον. Lacrimans quotidie obsecrat me ne
se eo ducam. Se ubivis malle esse quam in istis locis infirmis
per utriusque nostrum parentes qui persuasi a pastoribus hanc civitatem
non Christianos illic sed mancipia diaboli habitare existimant.
Si stipendioli alicuius spes mihi fieret solo Marburgum contenderem
quando in his nostris tradendis tuto X doctorum varietatem
et sagacitatem commemorare non audeo. Sed per Landgrafii

ditionis mentio facta est, quod si ipsius celsitudini vel si hoc commode fieri non possit, Consiliariis eius commendetur? ut meam operam vel in Schola aliqua, vel si ita vident in Academia infimo etiam loco collocatur. Sed de hoc tu videris. Quod attinet denique vir clarissime quidquid spei habeas quam primum ad me occasionem nactus nostram perscribas. Ad deliberationem de rebus nostris adhibebis spero doctissimum Scolasticum Hardesianum quem pro zelo caritatis Christianae propagandaeque veritatis studio quo inflammatus est, mihi spero eandem veritatem periclitanti consilio et opera non deerit. Adiungeris etiam quod eius fieri poterit Reverendum virum dignitate et eruditione excellentem Dominum doctorem. Plura non addo. Vale vir clariss. et responde si me amas quam primum ut intra mensem saltem vestrum quod bene mihi subvenire possitis. τὸ ἐμὸν γὰρ νῦν ἐστιν ἀναγκαῖον τοιοῦτον οἷον ἀπαιτεῖ ταχεῖαν τινα ἐπικουρίαν. Datum Calend. May.

Simon Sterrius Comacensis.

Guilielmus Dei gratia Landgrauius Hessiae Comes in Catzelnbogen Dietz Zigen, hain & Nidda etc.

Gratiam & salutem nostram: Singulariter nobis dilecte. Nihil equidem pro nostra in te & fide & beneuolentia dubitamus quin saepius & quidem summo tuo animi maerore recorderis turbarum quas nobis & Ecclesiis nostris singulari Dei opt. max. beneficio primum doctrinae christianae termine reformatis, dissidium illud de

Coena Domini

Cena dñi, superioribus annis Sathanas initium dedit: tum quod contentione illa prorsus intempestiva Christi unio non sine max. multorum piorum offensione sit impedita, tum vero quod et adversarijs nostris non levis calumniandi, et verae Christianae religioni nec contradicendi occasio sit subministrata. Illi vero cum nobis tum multis alijs et pacis et quietis amantibus pro ura in Religionem observantia, ura studio et vigilantia dissidium illud mox sub initium quam primum exortum summe displicuerit atque ob id ei nihil ... magis accidere potuisset quam ut contentionibus sublatis ac certa et pijs et aequis conditionibus in Ecclesiae profectum et fidelium salutem mutua concordia stabilita fuisset, nostri tamen ipsi sentimus ea in re omnem lapidem non modo frustra motum fuisse, sed et animos utriusque partis magno cum Ecclesiae discrimine factos esse distractiores, idque adeo quidem ut non parum Ecclesijs nostris timendum sit, nisi opportune, prima quaque occasione huic indies latius serpenti malo occurratur. Quare de mense cum superioribus diebus et nos et fratres nostri germani necessarias ob res cum socero nostro dño Christophoro duce Wirtenbergense et Carolo Marggravio Badensi apud Electorem et ducem Palatinum Rheni Hedelbergae convenissemus, operae pretium pro ura in Religionem cura duximus, ut hic de Coena et Christianae Relig. et componendo dissidio illo agere esset. Et cum ex utriusque partis scriptis in publicum editis observaverimus contentionem non tam de praesentia

Christi.

Christi, sed tantum de modo praesentiae, atque vero modus ille ut est humanae rationi imperscrutabilis, ita et curiosa quidem magis quam fructuosa eiusdem indagatio plerisque videatur, nullam respondendi dicti dij illius commodiorem viam excogitare potuimus quam ut utrique parti, super inquisitione diligentiori modi illius humana ratione incomprehensibilis, silentium quod ad pleniorem reconciliationem indicatur. Atque ob id, cum tolerarentur apud Electores principes opera studio et labore nostro eo deduximus ut non modo consenserint sed et stipulata manu promiserint sese pro restituenda vel saltem non amplius turbanda Ecclesiarum pace invaturos, consensuros, et insibituros, quin et apud reliquos Ecclesiarum Germaniae Principes extrema sua opera promoturos ut Theologi Concionatores et alij Ecclesiarum ministri illorum in posterum quantum ad articulum de vera praesentia Corporis Christi in Coena tam in suggesto quam etiam in scriptis moveant Christianis sed ab alteratione mutua praesertim inimicijs et invectivis quibus se hactenus misere laceravere, non modo temperent sed et prorsus abstineant.

Cum itaque ex eo spem indubitatam conceperimus huius unanimem Electorum principum consensum non parum momenti ad futuram et totius ardentibus nobis expetitam concordiam allaturum necessarium duximus pro nostro in Religionem Christianam pio quidem zelo et feliciter administrationis nostrae nuper initae auspicio te simul huius rei commonefacere, gratiose petentes et per communia sacra nostro quasi iure postulantes, ut et

tu nobis

tu nobis hac in re consentias, atq. in posterum pro obtinenda pace
Ecclesiae, quantum, quantum ad huius nostri temporis imperscrutabilem
articulum de modo praesentiae, nihil amplius in publicum aut edas
aut dicas quo alij ad perniciosum illud certamen reassumendum &
renovandum atq. ita sperata & salutaris Ecclesiarum unio rursus turbari
posset: Utq. insuper & opera & intercessione efficias ut [illegible]
tui concionatores item & Theologi alij illius & loci & nationis pro obtinen-
da Christiana concordia sese in concionib. & scriptis in posterum e-
dendis, eadem modestia utantur, neminem odiose in certamen
provocent, aut alio modo Ecclesiae tranquillitatem conturbent.
Quod si & super hac controversia alius ex literis tractatus typis
excudendi, hortamur & monemus te quam possumus & fide &
diligentia, eadem ut supprimas neq. in lucem exire permittas,
Idem enim & Elector Palatinus & alij nobis receperunt. Id si
fiet nihil ambigimus quin animi iam pridem varijs sine
inde divulgatis scriptis exacerbati, rursus interdicti silentij de
modo praesentiae, reconcilientur, atq. adeo et causa principali
composita, Christiana concordia simultatib. & offendiculis e medio
sublatis inter Evangelicos status, colatur, conservetur & calumni-
andi occasio adversarijs adimatur. Quod faxit Deus ille
benignissimus, qui suo et salutifero spiritu principum animos eo dirigat
ut optatam tandem catastrophen operum plurimorum & lu-
cubrationum videntes pro adeptis beneficijs Creatori & Servatori om-
nium Deo opt. max. patri D. N. I. C. debitas gratias agamus.
Et quamvis nob. dubium nullum, te pro tua pietate & etiam in hac
tam pia commonefactione facilime obtemperaturum. Responsum
tuum

tamen certum hoc nostro nomine nuncio alias te expectabimus. Vale feliciter. Datae Grunbergae. 8 die Iunij anno Dni 1567.

Viro docto, singulariter nobis dilecto, Theodoro Bezae, Sacrosanctae theologiae Doctori apud Genevenses.

RESPONSIO.

Illustrissimo principi ac domino gratiosissimo plurimumque nobis observando, D. Gulielmo Landgravio Hassiae, Cattorum principi &c.

Salutem & gratiam a domino nostro Iesu Christo. Illme pr. gratiosissime & plurimum observande domine: Quo rariores semper in mundo extiterunt heroicarum virtutum exempla, eo gravius Ecclesiae nostrumque infelicium iudicavimus auditum Illmi pr. ac Celsitudinis tuae parentis obitum. Hunc .n. integriter illis ornatum fuisse frequentissimi sunt experti Germanicae & gallicae Ecclesiae, nec ipsi adulatores inficiari possunt. Cum autem in omnibus miserijs, quibus quibus expositi sunt pij, intuendi nos in unicum pontificem nostrum oporteat, cuius cum patrocinio & ipsissima intercessione partim Satanae & impiorum conatus frangentem partim ea efficientem ut omnibus nobis in bonum cooperentur: tamen quum satis constet delectos ac bonos, huius bonitatis & clementiae divinae instrumenta, magnopere nos illud recreare

& respicit

et refert, quod ex iis quae nuper T. C fratri nostro Theodoro Bezae perscripsimus, liquido cognouimus T. C. praecipuorum Illus-trissimi parentis bonorum singularis nimirum fortitudinis cum exi-mia pietate coniunctae, ab ipso Deo opt. max. haeredem declarandum filius n. sit pacis necessario qui est Eirenopoios quod tum et aliorum illustrium principum studium, quum si unquam alias, nunc in primis non modo utilissimum sed penitus necessarium appa-reat, gratias agimus Deo opt. max. quod haec tam salutaria con-silia T. C suggesserit, nec satis possumus nostrum illum zelum commendare. quem porro precamur et assidue precabimur eundem illum Caelestem patrem, a quo bona omnia proficiscuntur ut et conservare et porro etiam augere et cumulare magis ac magis in nobis digne-tur.

Quod igitur T. C a nobis petit, nempe ut iniurias condonantes et ecclesiae aedificationi omnia postponentes abstineamus ab illa diligentiori inquisitione modi praesentiae corporis et Sangui-nis domini in sacra ipsius Coena, tantisper dum plenior reconci-liatio fiat, quod alterius etiam partis fratres sine fastidio: id inquam quum non aliter a C. T. intelligi existimemus quam ut simplici et sobria rei Sacramentariae expositione in Ecclesiis nostrae fidei commissis contenti, tum a curiosa arcanorum inves-tigatione, tum etiam in iis quae dicenda videbantur ab omni amarulentia et in loquendo et in scribendo abstineamus, non autem ut quae nostra sit in reb. necessariis sententia, reticeamus, non modo libenter ita nos facturos pollicemur, sed etiam confi-

dente

vncto Deo sancte & inviolabiliter persituros iuramus. Sumus
enim invicti Deo teste in hec certamina pertracti, vt quamvis
interdum acerbius aliquid scriptum sit, tamen non aliud inter
scribendum nobis vnquam propositum sit quam veritatis victoriam: ita vt
vel nostro sanguine nedum silentio parati simus, eos ipsos a
quibus offensi sumus lucrifacere. Quod si illi sese eosdem
in nos praebuerint & tandem (cuius rei C. T. nobis spem facit non
mediocrem) nobis dederit Dominus idem in ipso sentire, vincet ni-
mirum Veritas, fugabitur Satan cum suis & vna de nobis ipsis su-
peratis quod pulcherrimum victoriae genus est, in Christo triumpha-
bimus, ipso quidem duce & autore: te vero illustrissime prin-
ceps vna cum reliquis hac eadem gratia donatis primas laurum-
feri parte ducente. Nam quod illud spectat nos vobis minis-
tros necesse est quod vtinam initio & animaduersum & recepta
consilium esset, eos ipsos a quibus oportuit tumultuantes compressi
fuisse istorum tumultuum authores & fautores & vetari ac
quoddam, ne eorum ipsorum authoritate compescantur quorum pati-
entia satis abutuntur. Itaque C. T. cum sanctum hoc consilium
Deus in mentem indidit, precamur in Deo, ne & ipsa pro se-
quantum dabit Dominus, in hoc incumbat & reliquos illus-
trissimos principes impellat, coercendis consultum iis quorum quod
sit ingenium non nos divulgamus, sed multi et ex iis ipsis ex-
periuntur qui cum aliqua a nobis dissentiunt, & res nuper in
Belgico ab ipsis acta & scripta satis superque probant, vt eos

nominari

nominari nihil sit necesse. Neque vero haec scribimus Illustrissime
princeps, quasi particularum iniuriarum memores sed ideo dun-
taxat, ut tempestive iis omnibus occurratur, quae nisi summa dili-
gentia & perseveritas adhibeatur sancti huius consilij maximum
procul dubio impedimentum in isto palim cursu obijciant. Eti-
enim sunt secum libri eiusmodi ut nec autoris neque sui ipsius, neque
eorum in quos scribebant ullam esse rationem habuisse videantur.
In concionibus vero & praelectionibus quibus contumelijs quotidie
multis locis istae ecclesiae & praecipue earum lumina afficiantur
satis constat, adeo ut ne mortuis quidem parcentes Calvini no-
men (qui vir pietate & doctrina & omni virtutum genere fuerit,
gratior ut speramus posteritati legabitur, & coram filio dei laude
dignissimo apparebit) non minus quam ipsius pontificis exe-
crabile reddere conentur: quin eo usque non ita pridem effer-
buerunt quidam libris ut diserte scribere sit ausus eandem
esse Zwinglianorum & Alcorani confessionem de Christo.
Haec sane dura sunt & multis intolerabilia: Tulimus tamen
illisque superiori anno nundinis & privatim etiam nostra
Scola quam minus graviter offendimus te se illorum abstinere. Nostra
vero causa neque in concionibus neque in praelectionibus unquam contu-
melia fuit, nec erit (ut speramus) quamquam in posterum. Et
quamvis asserere veritatem pro nostro modulo consueverimus,
tamen quicunque nos audierunt hoc ut speramus testimonium
nobis ferent nos in exhortandis potius ad pietatem quam & cha-
ritatem populis quam in istas ad vulgus traducendas contentiosis
animi

an quoque infamando laborasse, ne dum ut in quemque aut vivum aut mortuum i[n]surgeremus debacharj et odiosa illa sectarum facta, eorum nomina ui auctores regerere noluerimus. Hanc autem agendi rationem nullo etiam magis animo servare constituimus a T. C. commoniti et illa spe facti quam ex isto T. C. et reliquorum Illustr. principum Colo[quio] concepimus, fore nimirum ut paulatim sedatis animis (quod quidem ex nostra parte factum esse coram Deo speramus) aditus aliquis ad plenam ac solidam consensionem inveniatur. Sicut quotidie a Deo precibus contendere etiam aliquando etiam non desinemus. Imo quamvis Beza noster paratum iam scriptum haberet, in quo Cuiusdam iactantia provocatus, modestum illius silentium publice sic insectantis ac si quod responderet non haberet) ita respondebat, ut non inutiles fructus ipsius labor sit habiturus: tamen ultro suo illud quicquid erat supprimendum proposuit, quod etiam facturum eum minime dubitamus. Interea tamen Illustrissime princeps quaedam vicissim a C. T. petere constituimus, eaque (ut opinamur) eiusmodi ut illa magno nos petiisse, magne T. C. nobis promisisse deinceps poeniteat. Primum illud est ut pari aequitatis lege illi teneantur quibus eorum nobis negotium fuit, quam si forte illi neglexerint fas sit nobis vicissim non quidem malum exemplum sequi sed innocentiam nostram tueri. Alterum ut interdicta illa contumeliis plena quae nostrorum libri etiam aliis de rebus scripti legi prohibentur, illa iniquam esse, sicut in suis Ecclesiis

eorumque

utque ne illorum quidem librorum lectione sinuc interdictum,
qui tamen adversum nos amarulentissime scripti. Tertium denique
quiddam est humillime petimus ut T. C. diligenter et tempestive
pro pietate singulari sua perspicere et considerare dignetur,
nempe ne Satan ab isto iam aditu exclusus, quo in nostras Ec-
clesias irrepsit, alijs cuniculis nos adoriatur: quod eum iam
moliri coepisse et quidem non sine successu videmus. Ex-
tant enim multorum scripta qui sive malevolentia, sive
alio sinistro affectu impulsi gravissime fidelem illum ser-
vum Dei, Ioannem Calvinum et nostras Ecclesias in quibusdam
alijs maximi momenti capitibus, velut in articulo de praedes-
tinatione, de libero arbitrio et alijs quibusdam traducunt, omnia
videlicet quaecunque ipsi non cernunt, statim damnanda putant.
In hoc autem si forte perseveraverint, erunt nimirum nobis
invitis omnino iustae defensiones opponendae, unde quid
tandem aliud sequuturum videtur quam ut haec dissensionum
hydra, uno capite resecto, pluribus repullulet et posteriora
fiant deteriora prioribus. Itaque ut huic malo tempestive
occurratur, non petimus quidem ut illi in nostram senten-
tiam transeant, sive ut illos et nobis fidem conscribere, sed
hoc petimus, ut sua contenti proponere et sobrie tueri, ut et
nos nostra ab omni tum pugnacitate tum acerbitate verum et in
loquendo et in scribendo insectatione abstineamus et sibi negotium
esse non cum externis, sed cum eiusdem corporis membris etiam
infirmioribus

95

infirmioribus: neque cum hostibus Evangelij sed cum fratribus tes-
timonio imparibus meminerint, tantisper patientiam tum nob. quoque
vel illis aliquid amplius polliceatur donec, ut per omnia in
unitatem fidei occurramus et adversus communes Christi hostes
quales hodie sunt praeter Papistas Arrianos et Samosatenianos, co-
munibus illis spiritualibus armis nostris utamur. Haec si
Illustrissime princeps quae C. T. voluntati nobis per ipsius li-
teras declaratae satisfactura speramus et sancte a nobis futu-
re Deo praestanda scripsimus. Precamur autem patrem illum
misericordiarum ut C. T. caeterosque Illustrissimos Germaniae
principes Evangelium Dei propugnantes feliciter conservet et
sanctissimis suis consilijs vestris nostris magis ac magis be-
nedicat. Genevae. Nonis Iulijs. anno Domini 1567.

Genevensis Ecclesiae pastores et pro-
fessores Celsitudini Tuae
addictissimi.

Eximio Christi servo D Laurentio Dürnhof-
fero, fido verbi divini ministro, fratri ac
symmystae mihi plurimum observando. 18.

S Reverende vir, et frater mihi plurimum observande, co-
git me tabellarij festinatio breviores scribere, imo idcirco
tantum has tibi et ornatissimo viro D Christophoro Herdesiano
communes literas scribere ut me noveritis gratissimam vestri
memoriam perpetuo servare. O beatum D Cracovium
quem

quam dominus ad meliorem statum illam evocavit. Sed ô mise-
ram gentem quae tantos thesauros proijciat. De religionis adhuc
captivis fratribus scito nos non minus laborare quam si ijs ipsis vincu-
lis constringeremur. Certe, certe vincet veritas, & nunc inclino, vel
actum nunc esse de Germania, vel ex hac tanta tempestate ali-
quam tandem tranquillitatem visuri lucem ex tenebris exori-
turam, modo expectantes expectemus illius operam qui deploratis
potissimum rebus explicare magnas illas suas vires consuevit.
Postremas meas una cum mea defensione tibi redditas fuisse
spero. Vestratem illum iuvenem nuper hic apud nostrum
gymnasiarcham collocatum, scito mihi commendatissimum
futurum, quod etiam velim ornatissimo viro, ipsius parenti
ex me significes. Nos, Dei gratia bene hic valemus. In
Gallia, quicquid rumoribus iactetur, nulla spes erat pacis,
extremo superiore mense, hoste nihil eorum concedente quae
ad firmam ac sanctam pacem necessario requiruntur. Hel-
vetici legati laborant ea de re quantum possunt. Sed quid
ab istis sperari merito possit non video. Hostes nec animi
nec vires ad se tuendum desunt, modo fruges & ipsi colli-
gere possint, qua de re potissimum certabitur. O quam horrenda
sunt hec spectacula. Sed hec est contemptus filij Dei merces
sane iustissima. Bene vale mi frater, & tu quoque mi
ornatissime Dñe Hardestiane, cur enim literis discerneremus,
tantopere alioqui angustijs temporis exclusos, quos tanta inter
se mutua benevolentia coniunxit? D. quoque Monavium,
si

si istic erit, rogo ut ex me quam officiosissime salutes. Do-
minum Vale. Geneuae 19 Maij, 1575.

Tuus Beza.

THOMAS HUBNERUS DOCTORI
HENRICO MOLLERO THEO-
logo Witenbergensi. S. P.

Quod nos facturos, alter alteri pollicebamur tum cum hic al-
tero ab hinc anno una essemus clarissime doctor Henrice Mol-
lere, scilicet ut crebras inter nos epistolas mitteremus, id sane
nescio quo pacto minus praestiterimus: semel enim tantum, nisi
fallor, eo officio functi sumus, de quo (cum animus et volun-
tas utriusque nostrum recta sit et constans in amicitia et fi-
de beneuolentia: sic enim mihi de te persuadeo, et de me tibi muis
sim rescipio:) quemadmodum me tibi quidem purgatum esse per-
spicio, sic te, quem una sanctissimorum studiorum occupa-
tio tenet, et hostium vestrorum subtilitas etiam cum collegis
tuis continenter lacessit, ultro libentissimeque habeo excusatum.
Quid ineptus ille et obstinatus noster, imo veritatis aduersarius
moliatur et quantopere et ad refutationem suorum paradoxorum
istic editum commotus sit atque excanduerit, partim fama
partim etiam ex impudentissimis et indoctissimis eius chartis
nuper admodum diuulgatis iam fortasse cognouisti. Vtrique
autem et planeque tibi exponere hic N. N. iuuenis neque ineru-
ditus

ditus & pietate ac vitae integritate ornatissimus: qui quidem postquam se istuc conferre & quasi paulisper abdere decrevisset, a me literas apud te quae tibi commendaretur, petiijt. Paedagogia apud nos functus est, erudiendis filijs nostris quartum iam annum, quo in munere ita se gessit ac probavit diligentiam operamque suam omnibus, ut eum avelli a nobis, ego profecto doleam. At ita tulit res, ut cum propter odium τῆς [illegible] [illegible] conflatum & suspitione sententiae Helveticae de coena Domini, tum propter aliam quandam causam, de qua te & alios consulat, tuto hic versari vix liceat. Commendo tibi eum igitur diligenter, et rogo ut eum mea gratia minus grande o-pressum & volentem uti consilio tuo humaniter admittas & tractes. Hominem frugi & ingenio bono & tuo favore minime indignum cognosces, Ut si quid in eum officij & humanitatis contuleris, id optime collocaturus esse videaris: mag. futurum pro eo erga te gratissimum polliceor. Ut ad bellum autem illum antagonistam vestrum redeam, rogari vos non opus est ut eum tractetis pro merito & nugas eius oppositas veritatis luce tectas paleas vento immisso dissipatis: novi .n. ardorem vestrum & zelum piissimum quo adversus audaciam protervi & male sani hominis invigilatis, nisi quidem ridenda potius ac contemnenda illius petulantia & insipientia videatur. Vernulamen peculiarem hominis demonstravi quam longe ille a veritatis tramite aberret & quam prope a pontificiorum idololatria absit. Denique tanta mihi cura est nomen & existimatio vestra, ut eum ab isto sive, ante quam vos ab eo contaminari sinere nolim, itaque vestrae considerationi hoc totum permitto: Tametsi dissimula-

dum apud te praesertim, non dixi, miratos esse aliquos non illos
malos aut cum bestiola nobis inimica sentientes, sed nostri valde
alioqui studiosos et qui a nobis minime dissentiunt, cum in responsione
illa nostra de Regula sanctissimi viri Philippi Melanchthonis: Nihil
habere rationem Sacramenti extra usum divinitus institutum: u-
sum tantum de piorum usu ac sumptione sit interpretati. Etsi
n. negari non possit, impios sumentes sacramento, eo potius abuti,
cum verus ac legitimus eius usus piorum ac credentium filiis
Dei proprius sit: quam quidem de re a nobis velle ac perspicue
disseratur: Tamen non tam restricte regulam illam Philippi in-
telligendam videri, Ipsum enim eam statuisse non adver-
sus impios aut infideles admixtos piorum coetibus, sed oppo-
suisse profanationibus pontificiis, in reponendo, circumferendo a-
dorando pane, Et usum divinitus institutum in genere accipi opor-
tere de perceptione seu manducatione rite facta quorumlibet ho-
minum. Sed si usus ille ad pios tantum exclusis incredulis
pertineat, ad eosdem etiam solos rationem Sacramenti pertinere
vel, ut dicam clarius, his solis sacra symbola sacramenti ratione
habitura esse. Et quod ad impios attineat, omnem Sacramenti ratio-
nem fore sublatam; Quod si ita sit, iam impios et Sacramenti pla-
ne expertes futuros et ob id minus etiam peccaturos esse sump-
tione sacrorum symbolorum, cum tamen Paulus eos iudicium sibi
sumere adfirmet non diiudicantes scilicet corpus Domini, id est, existi-
mantes enim esse communem quendam cibum, neque credentes
eius participatione se inseri corpori Christi: et eius insertionis cer-
tissimam

certiss. expedita consequi. Itaq. etsi ij quos dixi, quae de uero
usu adfertis uera esse per se & analoga doctrinae fidei fatentur, tamen
non ad eam D. Philippi regulam non tam nonnulla aliqua specie. ac
studio & sententia ab aulicis monte alieno contrahi & restringi opinantur.
His ego ita respondi, ut quae de usu uero disputatis proprie & re
ipsa esse uera diu adfirmauerim. Quid si impios more nostro. quorum
neq. gratia Christus sacramenta condidit, neq. respectu nos mouere
magnopere in hac quaestione necesse est: cum omnis ratio utendi
& salubriter fruendi Sacramenti intelligibile ratio in piorum tantum
usu consistat. Verum hic obijcitur, Paulum a Sacramentis impios
non penitus excludere, sed cum dicat Iudicium eos sibi sumere
manifeste declarare ipsos Sacramentorum fieri participes. quamuis
(id quod fateri eos cogantur) re & fructu utrisq. Sacramen-
torum sese incredulitate sua ipsi defraudant, Ex his consequi Regu-
lae illius Philippicae nimis restrictam expositionem a perpetua Sacra-
mentorum natura & analogia non nihil dissidere. Ego ut uere
fatear, tam arduam & grauem quaestionem & in qua dignitas
nostri nominis agatur, explicare non ualeo. Singulari autem hu-
manitate & egregia rerum theologicarum scientia tua fretus,
eam ad te hominem, quemadmodum confido mihi amicissimum
deferendam arbitratus sum, Teque uehementer oro, ut quomodo
interpretationem nostram Regulae Philippicae perrigatis & quomo-
do accipiendum sit de usu diuinitus instituto. Unum solum usq.
piorum proprij terminus statuatis, & cum indigne manducantes
quemadmodum a Corporis Christi, sic a Sacramentorum communione

proreg

prorsus avectatis, hoc tuis literis non geminate, atque ire diserti adocuas. Equidem, ita tribi bene sit, neque captiose neque iniriose loc ago, ut tibi ullam in partem fraudi fore, quidquid respondeis minime verendum sit. Rem autem facies cum amicitia nostra, tum vero studiorum tuorum professione dignissimam, & me tibi in posterum multo etiam arctius devinxeris. Pro eo sane cum multum me tibi debiturum intelligam, quam unquam re potero & omni officio libentissime gratiam referre studebo. Te cum collegis tuis Viris clarissimis recte valere & nobis animum tuum in eundem diuturnitas fortunari, & omnia optata evenire ex animo precor. Vale.

Berlino Marchica. Anno MDLXXIV.

HENRICUS MOLLERUS THOMÆ HUBNERO. S. P. D.

Nondum videram posteriores tuas simul plane impias & blasphemas propositiones cum tuas mihi literas redderet tuus iuvenis egregie doctus. N. N. neque de bile quam nostri ei commoverint Scripto publice apud nos edito audiveram quicquam. Cum vero paulo post amicus quidam themata illa, non in Theologico doctoris sed Cyclopis potius cerebro natas mihi dedisset legenda miratus sum in tanta doctrinae caelestis luce & doctissimorum hominum copia inveniri apud nos non tantum qui huiusmodi paradoxa a se conficta in vulgus spargerent, sed etiam qui aequo animo illa admitterent aut probarent. Nullo vero magis dolui, in ipsis quasi Ecclesiae visceribus, & eo ipso in loco qui

ab

ab eruditorum hominum frequentia aliquando celebris fuit, haec gigni
opinionum portenta quibus & professio christiani nominis non contemnenda
contumelia afficitur & veri doctrinae caelestis nebula aspergitur. quae nisi
divinitus dissipatur, novas tenebras in Ecclesiam reducet, prioribus ex
quibus vix emersimus, non dissimiles. Nec ego tamen refutationem
horum nunc instituo (neque enim tu id a me requiris) sed ad literas
tuas venio, in quibus scribis esse nonnullos apud nos qui scholae no-
strae sententiam de regula utilissima & verissima: nihil habet ratio-
nem sacramenti extra usum divinitus institutum, nondum assequuti
& predicas ipsi sibi iniiciant, ne ex illis disputationum labyrinthis
quibus hodie Ecclesia Christi involvitur expedire se queant. Ego vero
viso portentoso illo Turrisculi foetu, eam ex eo deprehendi maxime pestem,
cur hi qui somnia illa pro oraculis divinis habent adorant,
aut saltem quemadmodum debebant, non execrantur. usum & intellectum
regulae plane divinae non perciperent. Usum enim institutum de
quo Regula loquitur, illi non alium intelligunt quam actionem illam
visibilem seu sumptionem externam. Atque in eo quidem si quis
in errore versentur, a Turrisculo tamen suo nonnihil dissentirent.
Is enim etiam extra illum usum & ante sumptionem externam
ad pronunciationem verborum, Christi corpus dicit esse in pane
substantialiter, quasi pronunciatio illa propter panem fiat, in quo
locum aliud corpus substitui necesse sit, ut sacramentum efficiatur,
non propter hominem, cuius fides verbo institutionis excitanda & con-
firmanda est, ut sciat se non tam terrenum quam caelestem panem,
quo ad aeternam vitam alatur, ex institutione Christi, atque eiusdem

efficacia

efficacia, in hac cœna accipere. Sed omisso hoc insulsi portento,
expendendum est usum sacramentorum de externo gestu aut ritu tan-
tum interpretari. Sacramenta .n. cum certi generis sint actiones,
in quibus fas sit a mandato instituentis discedere aut mutare
quicquam in hoc non licet: ita finis simul considerandus & complec-
tendus est, a quo si aberretur, iam actio illa nomen sacramenti
in nostra sua significatione accepti non meretur, nec rationem ipsius
sacramenti habet ullam: idq. planum fiet, si cogitaveris sacra-
menta ex illo actionum genere esse quae ... dicuntur: in his
.n. tota actio externa ad institutionem congruens materiale vo-
catur, formale vero & quo haec actio ab omnibus eiusdem gene-
ris actionibus differt est id quod Paulus de una sacramentorum
specie, nimirum de circumcisione loquens dicit eam datam esse
ut esset σφραγὶς δικαιοσύνης τῆς πίστεως, aut quod idem ad
Corinthios de cœna dicit: panem quem in cœtu piorum edendum distribuimus
esse κοινωνίαν corporis Christi. Ab hoc igitur formali actio dicitur
certi generis, atq. inde nomen sacramenti huic actioni est inditum.
Eo igitur cum differat ab omnib. similibus & sub communi genere
comprehensis actionibus, quis ita insaniet, ut si absq. eo sit, ha-
bere rationem sacramenti externam illam actionem dicat? Ede-
bant & communicabant post oblata sacrificia Iudaei coram Domino
ut Moises loquitur, nec tamen proprie opus illud Christus quod ad
externam actionem seu materiale attinet, nihil cum porcum a

Sacramento

à sacramento Coenae dominicae differebat) habuisse rationem sacramenti
dicemus, Nempe quia ad eum usum proprie instituta non erant illa con
uiuia, ut essent sigillum iustitiae fidei aut κοινωνία τοῦ σώματος Χριστοῦ
cum nulla expressa promissio huic ritui addita sit diuinitus, sed tan
tum commonefactio seu pictura quaedam erant de assidua Dei praesentia
in hoc populo, & familiari quadam cum suis conuersatione, quae illo
conuictu quodammodo adumbrabantur, Et tamen non negamus, ut
caetera signa quae plurima habuerunt Iudaei, ita hunc ritum in
piis fidem promissionis confirmasse, atque hinc rationem quandam Sacra
menti licet obscuram ac ueluti in typo ostensam habuisse, Ideoque
à paucissimis hoc intelligebatur. Conueniebant & Corinthii in
publico & sacro coetu tumque ad communes epulas & conuiuia
publica, dum quisque cum suis propriam Coenam in edendo occuparet
& aliis quidem esurientibus, opulentiores se ad ebrietatem usque pota
bant. Hos uero etsi quod ad externam edendi & bibendi actionem
in sacro loco, nemo fere discernere poterat ab his qui legitime
utebantur Coena: paulus tamen affirmat neque edere Coenam domi
nicam, ideoque grauiter eos reprehendens reuocat totam illam quae
Corinthi erat Ecclesiam ad primam institutionem quam uult inte
gram & illibatam seruari, atque ita quidem ut deinceps mandatum
Christi tantum ad esum & potum restringant (quod Corinthii opulen
tiores & profaniores tunc faciebant & nostri quoque facere nunc mihi
uidentur) sed inprimis ut mortis domini recordentur, eamque an
nunciene non tantum in coetu ad alios, sed sibi inprimis atque huius
recordatione fidem ita excitent, alant & confirment in promissio
nem

nem, cuius in institutione mentio fit, singuli ad se pertinere statuant. Vides igitur quam parum de hac doctrina intelligant, qui uerum institutum tantum de externa sumptione interpretantur, cum uerus institutus non definiatur externa actione quam materiale Sacramenti dicimus (ita enim nihil a caeteris eiusdem generis actionibus, quae tamen sacramenta non sunt, differret) sed formale inprimis respiciat, quo cessante rem ipsam cessare necesse est, Neq. autem tantum mandati, sed integram actionem complectatur et simul promissionem institutioni additam uera fide intueatur. Idq si considerarent boni illi uiri, de quibus scribis, non ita haererent, quasi attoniti, in externa illa actione, ut non animum altius attollerent, nec materiale cum formali inepte confunderent, aut etiam formali omisso totam Sacramenti rationem in externa actione positam censerent. Cur uero non audiunt Paulum, qui cum sciret Iudaeos profanos circumcisionem suam magnopere extollere ac depraedicare, nec tamen hoc praestare quod institutio requirebat, nempe ut corda sua circumciderent, reprehendens horum profanitatem ad Roman. 2. cap. inquit Circumcisionem quidem prodesse si legem seruent, sed si legem uiolent, circumcisionem fieri praeputium. An non uides otiosam esse ceremoniam, si absit intentio eiusque finis consequendi propter quem actio illa est instituta? Ad hanc igitur doctrinam quae fundamentum monstrat totius controuersiae, si referas ea quae in responsione nostrorum scripta sunt, tota res, ni fallor erit plana et perspicua. Disertis loquitur quam urgemus Regula, de

usu

usu divinitus instituto, in quo veri Sacramenti, id est pignoris & si
gilli rationem habet: & ne quid ambigui relinquatur, saepe declara-
tio adijcitur, ut cum alibi dicitur, Ita demum recte usurpari Sacra-
menta, atq. sic rationem sacramenti habere illam actionem, si ad
finem ad quem instituta est dirigatur, & si accedat fides, nec prodesse
ceremonialem actionem sine fide, quod otiosa tantum sit ritus seu
nuda ceremonia, Et alibi expresse scribitur tunc fieri sacramentum,
non cum minister verbum ore profert, ut stupiditus audacter fin-
git cum transsubstantiatoribus Pontificijs, nec cum ceteri eius tantum
ritus peraguntur, quo in errore hucusque illi de quibus tu scribis
sed cum omnes causae concurrunt & servatur intentio eius finis
qui institutus est consequendi. Quid planius dici potest ad demon-
strandum errorem in quo maxima hominum multitudo hoc
tempore versatur? Non vere dicuntur Sacramenta in quibus
praecipua mandati pars omittitur seu negligitur, aut cum ad pro-
missionem non accedit fides. Cur igitur abiectis nucleis putamina
amplexi sunt vestri? In papatu dici Philippus usum intelligi
tantum de opere externo, eamque opinionem ut impiam atque à
Sacramentis alienam cum tota orthodoxa antiquitate reijcit ac
damnat. Vestri ne igitur cum stupidulo suo pontificium dogma in
Ecclesiam reducunt, dum usum verum non alia in re quam in externo
opere consistere somniant? Ego vero Deo opt. max. gratias ago
toto pectore qui patefacta veritatis luce tenebras Papales hoc tempore
discussit & unica illa & maxime perspicua regula totum illud
chaos impiarum disputationum de conversione panis seu trans-
substan

substantiatione, de locali inclusione, circumgestatione, adoratione, ob-
latione panis consecrati, & illam inprimis pharisaicam opinionem
de merito ex opere operato evertit: Eundemq. oro, ut hanc lucem in
mentibus nostris accensam obtineat, nec obscurari aut deleri sinat il-
lis errorum tenebris aut praestigiarum nebulis quae ab Osiandro nuper
exortae non in Marchiam tantum, sed in Germaniam totam passim
se diffundunt & tenebras nobis plus quam Aegyptias minantur. Ac te quem
in doctrina Ecclesiae recte institutum abhorrere ab omnib. phanaticis opi-
nionibus scio, idem nobiscum assiduis votis a Deo petere non dubito.
Sed quaerunt vestri: An impij ut à corporis Christi κοινωνία, sic &
à Sacramentorum communione removeantur hac regula quae usum
divinitus institutum non finiri actione externa contendit. Plana
& pressima ex ipsa Sacramentorum definitione & vocabuli ὁμωνυ-
μία tibi offertur responsio. Nam si Sacramenta intelligas de ex-
ternis ceremonijs quae sunt signa distinctionis ecclesiae ab alijs gentibus,
aut nervi publicae congregationis, dicimus Sacramentorum commu-
nicationem ad omnia membra Ecclesiae pertinere, sorte tamen inaequali.
Pijs enim cum non in externis elementis aut ceremonia haereant,
sed ultra fide conscendant, cedit ea res ad vitam. Impijs vero
sua hypocrisis & beneficij oblati contemptus iudicium accelerat.
Duplex enim in Sacramentis à nobis considerandus est usus, quorum
alter publicus est alter privatus. Publicus ut communis est pijs
cum impijs & actione seu ritu externo absolvitur, eodemq. Ecclesia
Christi ab alijs gentib. discernitur: ita privatus quae non nisi in
pijs locum habet totam institutionem intuetur, capitque non tan-
tum

tum in esu et potu, sed in recordatione Christi mortis (quae non fit nisi
fide intuente hanc promissionem, Hoc est Corpus meum quod pro nobis
datur in remissionem peccatorum, Et, hic est sanguis meus qui pro no-
bis effunditur in Remissionem peccatorum) consistit. Atque
hinc intelligitur, Quomodo explicandum id sit, quod tua epistola
nostris obijcit: Si verus usus Sacramenti de piorum tantum usu
accipiatur, fore ut in impijs nullam habeat Sacramenti rationem.
Quod ego quidem quo ad ipsos, recte colligi ex his quae iam a nob.
dicta sunt iudico. Nam Sacramenti rationem habere ego cum
Paulo credo, nihil aliud esse quam σφραγῖδα εἶναι τῆς δικαιο-
σύνης τῆς πίστεως, aut quod alibi item dicit κοινωνίαν εἶναι
τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος Χριστοῦ: quorum neutrum
cum fiat in impijs (nam neque Iustitia fidei in his obsignatur
neque societatem cum corpore Christi ipsi habent ullam) quis
adeo est profanus, qui dicere non erubescat externum usum in
impijs habere rationem veri Sacramenti? Nec movet me
quod infers inde consequi, ut impij prorsus expertes dicendi sint
huius Sacramenti: Nam ex his quae paulo ante monuimus ma-
nifeste liquet aliud esse materiale aliud formale Sacramenti,
Et nota tibi est omnium orthodoxorum distinctio inter Sacra-
mentum et rem Sacramenti. De impijs Augustinus diserte et vere
dicit: Eos non accipere rem Sacramenti, qui tamen sicut exter-
na professione videntur coniuncti esse cum Ecclesia, ita externa
functione cum caeteris possunt participare de Sacramentis. Non

igr

igitur arcemus impios hypocritas a communione sacramentorum
simpliciter, sed ut sacramenti eos privari cum Augustino & aliis
contendimus. Atque huc pertinet illa distinctio quae sparsim apud
nostrates in publico illo scripto exponitur. Quando enim nomen sacramenti
ceremoniam seu ritum externum significat, ut cum ab usu
publico dicitur signum professionis quo omnia Ecclesiae membra permissive
in unum coetum colliguntur & ab ... filii dei tam Ethnicis quam Iu-
daeis distinguuntur, non difficilem Sacramentalem usum communem
esse piis cum impiis. At cum de proprijssima Sacramenti ac nunc
in Ecclesia eo nomine utimur significatione praecipue, tota virtus
definitio quae in nostrorum scriptis exponitur correspondentibus, atque hoc
sensu proprie de piorum usu intelligas necesse est. Impijs enim
cum non sit σφραγὶς τῆς δικαιοσύνης illa actio externa, ni-
hil in ipsorum corde quod fide atque ita Christo nititur est,
obsignet, revera & proprijssime loquendo non est Sacramentum, nisi qua-
tenus notam externae professionis intelligas quae tamen a nuda prorsus
otiosa ceremonia nihil differt. Sed hic video quod nostros illos criticos
suspensos teneat. Si enim inquiunt impij non accipiunt rem Sacramenti
& ceremonia externa non est verum Sacramentum in impijs, cur Pau-
lus dicit impios sibi manducare iudicium, aut quod idem valet, man-
ducando sibi poenas accersere ac tristiores efficere? Atque idem Paulus
non multo ante dixerat. Impios fieri reos quod non diiudicent cor-
pus domini, hoc est quod panem eucharisticum non aliter aestiment quam
profanum & communem cibum, nec cogitent ad quem usum seu finem

sumptio

sumptio istius cibi et potus sit instituta: Id enim Paulo est διακρίνειν. Non
igitur usum legitimo ceremoniae divinitus institutae, sed potius abusum ob-
stringunt se reatu, qui indigne manducant et poenas sibi attrahunt tristes
et graves. Cum enim ceremonia divinitus instituta sit, ut sit pignus vi-
sibile et applicatio promissionis gratiae, quis non videt eos qui neglecto
hoc fine principali ad sacram synaxin accedunt, vel in eo vel conspi-
ciendi sermonem vel profanitatis suspicionem a se removere aliqui im-
pietati suae velum obtendere student, peccare gravissime et filium Dei
contumelia afficere. In veteri testamento si quis arcam foederis
quae pignus et testimonium erat praesentiae Dei in populo Iudaico, curio-
sius introspexisset, aut aliter quam oportebat eandem tractasset, su-
bito interficiebatur aut ulcere insanabili et probroso divinitus
puniebatur: quanto magis qui hunc panem cuius usus institutus
est, ut sit memoria corporis Christi, indigne sumunt, reatu tristis-
simo se obstringere iudicandus est. Quod velim eorum paulo dili-
gentius considerationem illi qui profanas illas et idolatricas
disputationes de constitutione corporis Christi in pane ad pronun-
ciationem verborum nescio an maiore inscitia quam audacia atque
impudentia in theatrum extulerunt; quod hanc disputationem nunc
non ingredior: ad tuam quaestionem respondens volui quae tibi
deinceps, ut spero, minus obscura aut difficilia videbuntur, si inter
significata quae in appellationibus sacramenti et huius usus passim
apud scriptores occurrunt, distinguas et analogiam omnium sa-
cramentorum quam sacrae literae ostendunt tanquam iudicii normam
adhibeas. Si quem mihi commendasti, si quid potuero conservare
studij

studij et officij, faciam ut intelligat, quantopere te amem et quam tua causa omnia velim. Stancarianarum disputationum si unum atque alterum exemplum ad me miseris, facies mihi rem gratam: Nam et his paradoxis legendis ac refutandis occupari nos oportet, ut his quoque stimulis ad pietatis studium et ardentem invocationem excitemur. Bene et feliciter vale et an tibi satisfactum sit rescribe. 22 Januarij ex Museo nostro.

THOMAS HUBNERUS DOCTORI
HENRICO MOLLERO. S.

Prolixam et eruditam ac orthodoxam responsionem tuam de quaestione mea accepi et legi magna mea cum voluptate, non solum quod rem illam omnem quam sciscitatus sum, dilucide et ut mihi videor animadvertere, accurate explicuisti; quod quidem ad erudiendum me in negotio nostrae hoc tempore controverso permultum valuit, sed quod ipsa etiam respondendi ratione plana atque aperta (neque enim etiam alia potuit a te tali viro proficisci) testatus es quo loco habeas amicitiam nostram et quantopere mihi posthac benevolentiae et humanitati tuae sit confidendum. Maximam tibi gratiam pro isto erga me animo et officio habeo, daboque operam ut et te hominem frugi et tui amantissimum in illo complexum intelligas et amicitia nostra communicatione quae in mea modo potestate utcunque sita erit, quam diligentissime colatur et conservetur. Sed ut missis hisce inter nos forte minus necessariis prolegomenis ad ipsam rem veniam: Equidem tibi Mollere clarissime

ex animo

ex animo confirmo, me sententiam epistolae tuae de vero Sacramento-
rum usu, ut pote cum perpetuo Ecclesiae Christi consensu & professione
plane consentientem probare & amplecti. Neque video qui ea possit a
quoquam siquidem legitime hoc est argumentis & rationibus, non studi-
is obstinatorum, aut impetu turbulentorum & insanorum homi-
num res agatur, everti. Quid enim illa tua interni & externi,
privati & publici Sacramentorum distinctione clarius? quid illa
eorundem ad sedem τοῦ πρός τι vel Relationis in Dialectici vo-
cant, accommodatione certius, & ad rem penitus demonstrandam
planius? ut si quis huius explicationis evidentiam vel non in-
telligere queat, vel aliam impugnare audeat, is meo iudicio ad-
modum hebeti esse ingenio, aut Syrenum fallacianarum cantu a
vera luce provectus aversus aut plane insaniae iudicandus est.
Illud etiam proprie & improprie seu vulgaris usurpationis vo-
cabuli Sacramenti discrimen amplector ac probo. Nam si pro-
prijssime loqui volumus non nisi piorum seu renatorum
sumptione uti voce Sacramenti possumus. In his enim solis id
obsignat iustitiam fidei, cum in impijs quod obsignet non repe-
riat: nisi forte quemadmodum in pijs iustitiam, sic in
illis iniustitiam obsignari a Sacramentis dicamus pari pro-
pemodum ratione qua lex divina in homine iram operatur.
Sed haec subiecti; id est hominis vitio ac pravitate nata
συμβεβηκότα, non Sacramenti aut legis natura aliqua & in-
trinsece constat, ideoque ad hanc quaestionem non admodum pertinet.
Quamobrem non equidem negarim, cum sumunt impij, quos
novit optime ille omnium καρδιογνώστης Sacra symbola,

minus proprie eos dici sacramentum sumere, si finem & usum
verum & fructum Sacramentorum respiciamus, quae omnia tu
formalis appellatione complecteris: quod si absit finis relationem
rejicimus. Recte quidem atque in eo tibi plane assentior, si quidem
relationem a parte sumentium consideremus, Nam in his ad
institutam & absolutam Sacramenti constitutionem, illa quae dicis,
necessaria sunt, sed tamen (liceat enim mihi quaeso pace
tua his de rebus paulo liberius tecum disserere) si voluntatem
& consilium instituentis spectemus, non video quin recte etiam
in impiis relatio illa ponitur, non quod ipsos patem ullo
pacto, vel corporis domini quod respuunt ac contemnunt ipsorum ἀπιστία
vel ullius fructus inde manantis participes fieri, sed cum firma
& immota sit institutio Domini, ut scilicet symbola sint sig-
na non modo σημαντικὰ ἢ δεικτικά, sed & παρεκτικὰ
τῶν σημαινομένων καὶ δοῖσε τοῦτο ἐν μυστηρίῳ μόνα,
omnibus & universis, quod talia ea non tantum piis sed & impiis
proponantur atque offerantur. Cur igitur his non sunt sacra-
menta, id est sacra symbola ac signa corporis domini oblati
in Caena ad participandum omnibus? Et quid erit quod
Augustinus impios inquit Sacramentaliter carnem Christi
comedere? Deinde quid erit illud ingens scelus, quo se
supra simplicem incredulitatem & contemptum Dei, impii
sumendo atque profanando sacramentum polluunt, si sacramentum
eos corporis & sanguinis Christi accipere omnino negemus?

Quod

Quod non diiudicant, inquit enim Paulus, corpus domini, id est quod et sacramentum corporis domini ibi sumere vel nesciunt vel minus curant. At quomodo vel ob contemptum vel ignorantiam ho[illegible] rem quampiam illis penitus adimemus. Vocas nudam & otiosam ceremoniam quam usurpant impii: Si legitimum piorum usum & fructum e sacramentis nascentem intueare ac requiras, otiosam idque infructuosam esse fateor. Sed an nudum erit ac leve in quo tantum peccati inest, ut eo reatus horribilis & exitialis hominibus contrahitur. Neque vero ego tamen illis patrocinari quod velim qui ex illo Pauli dicto, impios fieri reos corporis domini, inepte colligunt, eos corpore domini participari per fidem, cum id simul cum pane tantum sit non physico quodam modo manducare, quasi violari corpus domini cum in hoc peccati pronunque non queat, nisi physice contrectetur, cum si quis principis alicuius tabulas & edicta publica refringat contumeliaque afficiat, is nisi principis corpus pulsaverit, pupillam oculi neque attigisse & laesisse dignitatem minime recte dici possit. Horum enim stolidi-tatem iamdudum merito ridemus: Illud me tantum nonnihil movet quod omnem sacramenti rationem plane ab impiis removeatis quasi nihil illi praeter communem panem cum externa duntaxat professionis tesseram sumant: cum mihi quidem sacramentum corporis domini hoc est, sacramentum sacrae coenae divinitus destinatum panem accipere, & hoc facto tam gravi in Deum peccato constringi & contaminari videantur. Cum enim de sacramento in genere eiusque usu quaeritur, non magis quan-

tum

tum quisq. utilitatis inde consequatur, aut damni faciat. quam intentionem ipsam ac propositum Dei in instituendis Sacramentis, ipsiusq. institutionis sanctitatem ac pondus considerandum spectandumq. arbitror. Nam neq. pijs neq. impijs nuda & vacua signa offeruntur, sed quae verbo Christi sacrata & quasi vestita sint & in quibus secundum Augustinum, verbum accesserit ad elementum ut fieret Sacramentum. Denique tritum illud quod verissimum axioma nosti: fidem aut incredulitatem sumentium nihil vel addere vel detrahere Sacramentis: si nihil detrahit incredulitas impiorum Sacramentis, Ergo sunt utrisq. eadem symbola, videlicet corporis dominici ut vocat Theodoretus, non nuda aut vacua illa, id est caeteriq. communes cibi, sed sacra symbola propter eius a quo sunt instituta summam omnium autoritatem. Unius enim Dei est Sacramenta condere neq. haec a dignitate aut indignitate usurpantium sed ab instituentis authoritate potissimum pendent, Et alia de re quapiam per se considerata alia de rei recto usu aut effectu quaestio est. De usu legitimo & salubri Sacramentorum quae a nostris tum eruditer disputata & recte definita sunt, extra omnem controversiam immota facile consistent, sed de Sacramentis ipsis a quibuscunq. illa tandem usurpentur, seu de materiali ut nominatur Sacramentorum parte quaeritur an his propter impiorum manducationem & usum & appellatio & dignitas vel sanctimonia omnis sacramentorum adimenda sit, de quo non nihil, nisi fallor, adhuc discrepamus.

Tu

O.

Tu quidem .n. ab impijs non modo rem ipsam, ut Veteres appel-
larunt, hoc est, communionem corporis Christi, de qua contendimus
sed et omnem rationem Sacramenti videris stringere, ita ut
non sumere Sacramentum, sed nuda Symbola aut communem cibum
putandi sint. Ego vero etiam in eorum sumptione quamvis
profana et ipsis maxime noxia, non omnem Sacramenti rationem
tolli aut intercidere, sed ipsos Sacramentum corporis Domini insti-
tutum et oblatum dimittere, at inaequali non pijs sorte accipere
neque ipso annullare incredulitatis suae fidelitatem et realitatem
ex ijs quae dixi colligi posse existimo: Quod cum ita sit, etsi
explicationes vestrorum de vero Sacramenti usu per se
verae sint ac solidae, ut nos inceptam de ijs vulgaritatem ad-
versariorum pertimescere minime oporteat, tamen adhuc
profecto dubitandum videtur. Num regula illa D. Philippi Me-
lanchthonis in scripto vestrorum commode adversus mandu-
cationem impiorum intendatur, et num omnis plane ab his
Sacramenti ratio removenda sit: Etenim quod iste Philip-
pus Melanchthon eam adversus profanationes publicas illas
pontificiorum positas in idololatria statuerit atque usurpavit,
neque quod sciam usquam ea ad reformandum quidquid im-
pij sumpsissent, utatur: Ubi enim rationem Sacramenti gratia
nomine ad piorum tantum usum restrinxit? Ubi usum in-
stitutum, si de vero tantum usu qui quidem piorum proprius est,
intelligere tentatus est? Hactenus enim regula illa sic a ple-
risque

usque accepta est, ut ratio Sacramenti tantundem valeret
ac si diceremus dignitatem aut totum sacramenti, & vim institu-
tae habitus est in manducatione aut sumptione (ut quod opponeret
papisticis abusibus extra sumptionem & in pyxi quidem asservatae esset
institio obsignatae) consistere. Deinde Theologi nostrales in illa
Dresdensi synodo biennio abhinc, Regulae Philippicae vi ac prae-
sidio Christi illam pontificiam Idolatriam oppugnarunt & abjurarunt, Im-
piorum nullam mentionem fecerunt, quod fecissent haud du-
bie, si eorum manducationem usu Sacramenti de qua Regula
illa loquitur, non comprehendi putassent. Video autem quid his
possis opponere, nempe, si usum institutum etiam de impiorum
sumptione acceperimus, inde absurde & falso vero consecuturum
impiorum etiam gratia Sacramenta esse instituta. De eo qui-
dem locum non contendam, neque inficior Christum in Sacra-
mentis constituendis ad pios potissimum respexisse, Hosque
vel ablui lavacro regenerationis vel pasci, refici ac con-
firmari ejusmodi cibo voluisse: Verum in eo cardo dubitatio-
nis & quaestionis nostrae vertitur: An ex autoris D. Philippi
sententia & instituto, Regula illa sumptioni indignorum opposita
sit, & rationem omnem sacramenti deneget. Nam quam
tu in epistola tua expositionem verae Sacramenti adhibes, ea
de vero quidem usu piorum proprio utique verissima est &
maxime illustris, sed si ea adversus impiorum manducationem

torqueatur

torqueatur, ut quod hi sumpserint, nullam habere rationem Sacramenti iudicetur, liberabuntur forsan atroci illo & horrendo crimine violati corporis Christi, cum ne quidem sacramentum corporis, sed rem salsam & cibum communem aut psessum acceperint. Haec nunc clarissime & charissime mi Doctor in mentem mihi venit ad epistolam tuam respondere, ut pro iure amicitiae nostrae ἀπροσωποληπτῶς tibi sensum animi mei patefacerem, in quibus si scopum non tetigi, aut quid allucinatus sum, veniam mihi pro humanitate tua dabis qui profecto non invidia studio aut cupiditate cum quoquam necdum tecum amicissimo meo contendendi, nullo minime vero doctorum nostrorum studio illos quos ut pastores Ecclesiae odi ac detestor, sed veritatis ipsius quam investigo perno[s]cendae ardore, non alieno ut arbitror ab hominis Christiano, & fiducia tuae erga me benevolentiae te provincia tanda de re gravissima, & hoc tempore passim agitata commotus & delatus sum. Te rogo ut quae sentabis posthac ad me rescribas & de copia eruditionis & doctrinae tuae inopiam nostram instruas: Id mihi erit à te longe gratissimum, tibi autem nullam in partem fraudi sit humanitas officij tui à me bona fide pervidebitur. Bene vale. XIII februarij.

Dem Achtbarn Hochgelarthen Herrn Georgio Laurea, der Artzney doctorn, unserm günstigen und guten freundt.

Gnad und frid von Gott dem vatter durch Christum

Jhesum vnsern eynigen vnd waren mittler vnd Hey-
landt zuvorn, Hochgelarter vnd achtbar günstiger vnd
guter freundt, Ewer frage belangendt vff die
vberschickten lehrschrifften, derwegen ihr vnser mey-
nung vnd Rhats auss gewissens halben von vns gebeten
fügen wir euch zuwissen, Nach dem wir befunden dz Jr
in eurem bekentnüss nit allein die Verba formalia
so viel den Haupt punct betrifft, auss vnser formula Dres-
densi angezogen vnd behalten, sondern auch in allen
andern puncten vnd artickeln, euch auff gedachte formu-
lam referiret vnd ziehet etc: welche mit guten vnd besten-
digen gründe nach der richtschnur gottliches worts, vnd
den Zeugnussen der algemeinen rechtgleubig kirchen,
auch den lehrschrifften vnd offentlichen bekentnussen
so in dieser Landt kirchen vnd schulen iederzeit ge-
brauchet worden, im Synodo zu Dressden wiederholet
vnd durch einhellige approbation vnd bewilligung der
beyder vniversiteten, dreyer Consistorien, vnd aller superin-
tendenten im Churfürstenthumb Sachssen etc in offent-
lichen druck publiciert, vnd Gottlob biss here von niemandts
mit gründe angefochten viel weniger wiederlegt, daher
wir auch als bey der eynigen vnd vnwiderssprechlichen
warheit

Warheit nachmals bemühen und ferner durch Gottes hulff
bestendiglich und unverrückt zu geleben gedenken ./. Also
können wir die von euch beschehene erkentnüß und erklä-
rung anders nit dan vor Christlich und recht erkennen
und achten, dz Ihr bey derselben weil sie an sich selbst klar
und deutlich genug, billich zulassen. Konnen auch nit
befinden, dz der process so von ewrem gegenteil wider
euch furgenommen und ins werck gesatzt fur rechtme-
ßig und christlich konne gehalten werden, Aldieweil
sie ohne genugsame ursachen mit ferner Inquisition
in euch zu dringen sich unterstanden, und darauff ohne
weitter erkentnüß verfahren, und euch alß ein abge-
schnittenes glidmaß Ihrer kirchen zu dem brauch der heylig
Sacramenten nit kommen lassen wollen, welchs aller
ob es nicht fur eine geistliche tyranney und bepstlichen
mißbrauch des heyligen Ministerij, auch fur eyne fre-
uentliche zunöttigung nicht allein gegen ewrer person
sondern auch gegen allen dieser lands kirchen und schulen
die mit diesem praeiudicio gemeinet zu achten, wurdt
Christliche obrigkeit euch bey sich selbsten woll zu ermessen
haben, und uff einer ansuchen weytern unrath und
zerrüttungen so hieraus entstehen mochten, durch geburliche
und christliche mittel abzuhelffen wissen, Mittler
weil

weil habt ihr euch dessen in eurem gewissen zu trosten, das iener bedenkens auß von eurem gegenteil noch von Je- manden, ewiges Jrthumbs nicht uberweisen, habt auch euch der gleubigen christlicher gebetts zu gebrauchen, unnd konnet euch in diesem fhal biß zum ordentlichen erkent- nus der sachen an die Regel halten: Non qui priuatur Sacramentis, sed qui contemnit Sacramenta peccat. Solchs haben wir euch, uff eure bitt zuer christlichen antwort nicht verhalten sollen. Datum den letzten tag De- cembris, Anno etc im 73.

Dechant, Senior und Doctores
der Theologischen facultet in der
Universitet Wittenberge.

Clarissimo Viro & eximia tum doctrina tum
pietate praedito D Christophoro Herdhesiano
Iuris consulto. D & amico plurimum obseruando
Noribergae.

S Reuersus ex patria, quo me eximere iniquissimis tempo- ribus multae necessariae causae coegerunt literas tuas domi reperi datas 17 Sept. Secutae sunt alterae postea quas tuus noster D Balbanus optima fide una cum scriptis illis ~~tuis~~ mihi red didit. Ego uero quid tibi uicissim reponam? nihil aliud sane nisi id summa est in me studium & nempe quali animi sig- nificationem. Non metuo ne me adulari suspiceris. Scripta haec tua

hoc tua sic probo, ut in hoc quidem argumento nihil melius neque accommo-
datius scriptum legisse me meminerim: & felicem illum mihi diem
illuxisse fateor quo te mihi D. Ramus noster conciliavit, quum ex
hac nostra amicitia uberrimos iam fructus perceperim. Caeterum video
quam tibi iam non amicus modo verum etiam familiaris sim
factus. Videntur mihi sic commode dividi posse quae ad me mi-
sisti, ut separatim excudi possint quae adversus Ubiquistas di-
recte loquuntur nempe caput 10. 12. 13. 14. 15. 16. Itaque
quod te mihi concessurum non dissimiliter confido ista his nun-
dinis cum peculiari inscriptione prodibunt. Addam praefationem
in qua paucis ad D. Chemnitij librum respondebo. Nomen
tuum non adscribam. Imo sic res ista geretur ut si qua huius
facti reprehensio sequutura est, tota in hanc Ecclesiam, ac ne
in me privatim sit redundatura, quum scio fore ut Dominus
in hac optima atque adeo sua causa laborantem tueatur. Et te
rogo vehementer, Vir optime & charissime frater, ut quum
te videam omnibus donis quae ad domini causam tuendam
requiruntur, esse ab eo exornatum, fortiter huic incumbere non
desinas. De Gallicis rebus nihil possum laeti, immo nihil nisi
admodum triste possum nunciare. Itaque malo haec omnia ex nos-
tro Balbano quam ex meipso cognoscas. Sed haec est nostra
victoria, quo acerbiora sunt in nos mundi furentis odia.
Nos pergimus, & ut spero ad metam usque pergemus. De
Dionysij libro illo, ne apud nos quidem extat. Laborabo ut
si fieri potest, ex ipsa Vaticana illum nanciscamur. Locus ille

ipse

ipse est Cyrilli Hierosolimitani quorum citas, qui cum nobis esse prolatus à Salignaco in colloquutione illa Possiacena facile fuit à Martyre nostro sic explicatus ut adversarij nostri nihil regererent. quamvis alioqui Catechesis illae, quas postea Graecas etiam latinas ediderant, multis locis sint impurae. Caetera ex Balbano nostro de rebus nostris cognosces. Bene vale vir ornatissime. D[omi]n[u]s Jesus te custodiet & salvum ac incolumem Ecclesiae suae praestet. Genevae, 18 Feb. 1571.

Tuus Beza.

EIDEM.

S. Dominum reversus, Vir reverende, ex longissima & periculosissima peregrinatione (siquidem haec est exulum conditio, ut in patria sua peregrinentur) literas tuas vere tuas offendi. id est plenas humanitatis & benevolentiae in me singularis. Interea spero redditas esse tibi meas posteriores una cum aliquot libelli exemplaribus non ineleganter quidem sed parum profecto emendate excusi. Itaque unum cum his literis iterum accipies in quo meam praefationem manu mea emendavi. Caetera velim abs te corrigi. ut una cum reliqua libri parte aliquando prodeant. Etsi n[on] adhuc exspectandum contra responsum ab ipso Illustrissimo principe ex quo consilium certius capiam, ne videlicet contentiones rursus excitare voluisse videamur: nolim tamen hos tuos utilissimos meo quidem iudicio labores supprimi. Caeterum ex ipsa collatione in ijs quae hic

edita

edita sunt paucula comperies a me fuisse expuncta, pro iure
quod tu mihi tribuisti: minime id quidem quod displicerent, sed
quod alterum illud utrius, id est μετουσίαν noluerim tam acri-
ter nunc quidem sollicitari. Caetera enim excudentur (nullas
enim occasiones oportunas praeter mittam) eorum omnium memi-
nero de quibus me commonefaciendum existimasti. De rebus nos-
tris sic habeto. Nuper ut pro temporum istorum ratione satis fre-
quens fuit synodus, ad quam evocatus maximis & fratrum &
& ipsorum principum precibus, neglectis periculis omnibus, eo mihi
accurrendum putavi. Euntem ac reducem texit suo praesidio
Dominus, cui sit gloria in aeternum. Synodus duodecim dierum
fuit & actionum totidem, ipsis audientibus principibus ac proceri-
bus, una cum honestissimorum virorum turba. Actum est in primis
de ipsa fidei confessione Regiae Maiestati in Possiaceno conventu
exhibita, cuius singula capita post exactam συζήτησιν summa
omnium consensione sunt comprobata, quibus ipsi quoque principes
ac nominatim etiam Comes Ludovicus a Nassau subscripserunt.
Ventum est postea ad superiorum synodorum canonas quos rursum
expedire placuit sigillatim, ut aliquod disciplinae ecclesiasticae
corpus ad horum temporum rationem accomodatum existe-
ret. Et hic rursum nobis dedit Dominus post longam, eru-
ditam placidam de singulis disputationem, ut idem rursus per
omnia sentiremus. Tertius locus datus est expediendis
multis negotiis per singulas provincias in tanta temporum difficul-
tate

tato obortis. Inquisitum est postremo in quorundam pastorum mores qui praeter officium aliquid commisse uel scripse arguebantur, quorum alij suam innocentiam probarunt, alij grauiter sunt increpiti, alij quoque de gradu deiecti, ut purae ac integrae quoad eius fieri potest, Ecclesiae permaneant. Ita tandem absoluto conuentu quisque ad suas instaurandas Ecclesias rediit. Habes breuem maximarum rerum paucissimis diebus Neapoli gestarum summam. Velim autem haec à te cum D. Joachimo Camerario istic communicari tantisper dum ad illum quoque scribendi otium mihi concedatur. Confessio illa ipsa est quae iampridem edita est gallice & latine. Disciplinae siue Canonum exemplar adhuc expecto quod multa de cunctis placuit nondum excudi. tibi tamen si uoles, describendum sed gallica lingua curabo. Afferre enim illud neque Sarrinas illas licuit domum per diuerticula redeunti, ut undique fundere hostium insidias uitarem. De pace adhuc ambigua & incerta sunt omnia, quamuis de Regis ipsius quod ad edictum pacis attinet optima uoluntate nostri minime dubitent. Nostri per Dei gratiam constantes esse uidentur & ad quiduis comparati, Amiralius praesertim, cuius summas uirtutes non possum tibi satis pro dignitate explicare. Statim tamen nos ad ferendam crucem quam ad illam uim in repellendam esse comparatos. In summa assiduis et ardentibus precibus opus est. quid sit autem

ipsi

ipsi Deo propositum, tempus ipsum patefaciat. Bene vale, vir eximie & domine ac frater observande. D. Jesus te vosq omnes custodiat ab omni malo. Genevae . altera die Junij 1571.

Tuus Beza.

De rerum nostrarum statu cog-
noscere te velim ex meis ad
D. Laurentium Dubosium literis.

## Eidem.

Binas à te mense Julio superiore literas accepi, clarissime vir, unas ad diem eius mensis 17. alteras ad 21 datas, qb. utrisq respondi superioribus nundinis, quum etiam mitterem aliq nostri ad Selneccerj accusationem responsi exemplaria. Sed quantum ex postremis tuis coniicio, quas itidem ad me 15 Sept. scriptas accepi, vel interceptae sunt illae, vel negligentia nostrorum mercatorum qui tam negligenter aliena, tam fere diligenter sua curant, alicubi perierunt aut adhuc oberrant. Neque id in tuis mihi duntaxat contigit verum etiam in alijs maximo cum dolore meo, qs à Gallica synodo ad illustrissimum principem Landgravium ea ipsa de re scriptas quam in literis tuis commemoras, ad eum mense Junio transmisi. Haec est igitur hominum fides. Ego deinceps hinc ad te recta scribam, quam tutissimam & brevissimam esse viam non dubito. Caeterum una cum literis tuis reddita etiam sunt mihi optima fide q ad tuum illud scriptum varijs locis adiecisti. Haec omnia stilo meo & Eutae & huj etiam cum diligentissime curaturum. Sed dno

duo hic nobis impedimenta occurrunt. praeterquam enim q[uod]
ita nos diuexarit pestis ut solos duos superstites typographos
habeamus Stephanum & Crispinum, illum quidem suis quibusdam
aliis excudendis prorsus deditum, hunc uero ob uaria quae hoc
etiam anno pertulit incommoda iam nutantem: non desunt
qui clamitent oleum addi camino quum istis praefractis homini-
bus respondetur, quorum, etsi uanum hac in re ut mihi quidem
uidetur iudicium parum moror, cauendum tamen contra
quantum fieri potest ne recrudescentis calamitatis culpa in nos
ullo modo transferatur. Expecto tamen hac de re communis
amici cuiusdam responsum, id est, an aperto uestrum Marte
istos appetendos iudicet. Quod enim anno superiore feci,
uides sic fuisse factum quasi solis Ubiquitariis responderetur.
Et fortasse qui nunc facti sunt istorum Antagonistae uel absq[ue]
nobis illos debellabunt, communi uictoriae fructu, uel subsi-
dium petent, qua occasione nihil iustius uel optabilius pos-
sit nobis obtingere. Certe euerso realis communicationis
Idiomatum fundamento, non uideo quinam possit illud Con-
substantiationis & oralis manducationis figmentum a quoquam
nisi admodum impudenter defendi. quod bonos illos & tru-
dilos Heroes uix facturos arbitror, quamuis quum ad
rem ipsam uentum erit ualde metuam ne non satis inge-
nue dicant quod res est. Sed his certe prospiciet Domi-

nus

mus Deus noster veritatis assertor & mendacii destructor. Tua quidem certe, quod sine attentatione dictum sit, tam mihi placent ut nihil supra. Et quae scripsisti solide & apposite scripta esse iudico, ut omnino excudenda censeam, quod sedulo etiam curabo, simulatque responsum illud amici accepero quod proxima hebdomade futurum arbitror. Caeterum unde tandem illud acciderit ut nostri Hessiandri nomen sit patefactum, iudicare certe non possum. Sed hoc illi sancte coram Deo testari possum, nihil istius modi a me emanasse tum quum hoc a me flagitarit, tum quod istud quantopere istius intersit non intelligi, satis vel per meipsum coniicere poteram. Nostram porro scriptiunculam, tametsi iam aliunde fortassis nactus es, tamen tria eius exemplaria ad te mitto amicis distribuenda. In ea agnosces multa non tam mea quam tua & eo sane nomine mihi gratiora. Etsi n. veritas scripta videtur, dici tamen non potest quantopere afficiar bonorum consensu, etiam in iis quae posita extra controversiam videntur, adeo quidem ut si quid mihi scribenti aut loquenti in mentem interdum veniat quod vel mihi sit prorsus novum, vel cum eorum sententia non congruat quibus merito consuevi plurimum tribuere, libenter aut abiiciam aut certe dissimulem. Sed de his nunc quidem satis. De rebus nostris vix credas quam misere totam hanc aestatem transegerimus. Civium valde imminutus est numerus, multis di-

lapsis

lapsis, plurimis peste sublatis multis e familijs penitus ab-
sorptis. Auxit hoc malum vicini populi hostis inhumani-
tas, libenter ipsum etiam caelum si posset nobis ereptum & in
huius simulatis perniciem vellet ac dies intenti. Schola tota dis
sipata est ac disiecta. Ex collegis tres amisimus & in his qui-
dem duos maxime spei iuvenes. Tres alij, quorum unus
erat veteranus, alius etiam nominis alicuius nescio qua
intemperie abrepti, parum abfuit quin totam hanc ecclesiam
everterint, ad quod malum accedente etiam indomita
pertinacia necesse fuit cancellarium abdicere. Itaque unus
eorum sibi fuga consuluit, alij duo sunt exauthorati, mag-
no quidem meo cum dolore, qui servatos potius illos voluissem
nisi seipsos ultro perdere maluissent, sed necessario tamen
remedio. Ut hic vix credas quantae mihi molestiae vorandae,
quae sustinendae calumniae fuerint, eo quidem acerbiores
quo minus expectatae. Sed adfuit laborantibus dominus &
res tota summa tum magistratus tum collegij & presbyterij
consensu sic est confecta ut summa rursum pace fruamur.
Pestis quoque dei beneficio iam videtur a nobis emigrasse
ut de scholae instauratione iam cogitemus. Obstat nobis tan-
ta annonae charitas quantam hoc anni tempore vix apud
nos quisquam vidit, quod malum non est nobis commune cum

vicinis

miriis omnibus, & ab illo modes oct. ni nostrum exilium comparato augeatur, credibile est durum nobis alteram crucem imminere. Sed uiuit dominus Deus noster in quem unum speramus. Is si nobis ministrum illum suum parem subministrare pertexuit qua consueuit benignitate, non est quod altera nos fames perterrefaciat. Et sic quidem noster se habet. In Gallia audisse te puto quanta facta sit rerum conuersio, Amiralio iam apud Regem gratiosissimo. Is si ad gubernaculum sederit non dubito maximam tranquillitatem illi Regno polliceri. Sed utinam sint satis firma haec omnia. Ipse quidem ad pietatis est comparatus & Regis ipsius animus integer ac sincerus uidetur, sed ualde potens est aduersariorum factio, a quibus non magis possum boni quidpiam quam ab ipso Satana sperare. Dominus haec nobis nunc arcana suo tempore patefaciet. Interea accipiamus frater quod datur, & Dei beneficio Ecclesiae feliciter instaurantur. Sed audi ualde tristia. Non desunt (quod nondum illic contigerat) qui domestica dissidia in ipsa Ecclesia suum commouerant. Disputant sit ne res Sacramenti corpus ipsum domini, an uero sola ipsius merita. Et subscribere nomen confessione & liturgiae gallicae Argentinensium nolunt, Imo etiam hoc praetexti libenter nos & uicinas Ecclesias aliquot nobis quietissimas commiscerint. Disciplinam autem constitui nolunt Democraticam, id est

in qua

in quâ summa sit omnium penes universum populum potestas, & hanc non modo ut tolerabilem gubernationem, verum etiam quis proterus diceret gradaretur, utrum pari requirat, vix credas quam intemperanter urgeant. Sic per illos non stabit quin minus quae respirare incipiebant Ecclesiae protinus periclitentur. Sed spero Christus assistentem dominum & hunc quoque brevi discussum iri tempestatem. Haec nunc habui quae ad te scriberem Vir clarissime, ut nullo quam unquam antea ardentius pro nobis precaris. D. Camerarium optimum optimi viri filium vicelim ex me salutare iubeas. Bene vale. D. Jesus te custodiat ab omni malo. Genevae. 21 Novembris. 1571.

Tuus Beza.

## EIDEM.

Clarissime vir & mihi plurimum observande, magnam tibi gratiam habeo quod & veritatem tueri pergas & hoc nomine me alioqui immerentem complecti. Ceterum me causae impediverunt quo minus illa quae penes me esse non dubitasti adversantium antea tibi significarem. Nunc ut arbitror nullus erit quin nos arguat quasi veterum Calumniarum instauratores quorum adversarios Dei ne imprudenter quidem unumquam pudeat. Interea Constitui primus isti bono viro respondere unique scripto omnium quae unquam leges maledicentissimo & ineptissime scripta

non

non miror quidem te fuisse grauiter commotum: ego tamen non usque adeo sum offensus quin pulam commiseratione potius quam ira dignum tanta insitia fratrum quantam in istis regnare iam x annis satis sufficienter fodalitis etiam hic nundines alia palo facient. Interea Deus nobis precandus ut errantes in viam reuocet, improbos compescat, nos denique quibus omnes pro sua misericordia aperuit confirmet his diebus qui mali sunt, & in Veritate sua magis ac magis confirmet. Responsionis nostrae exemplaria statim ad te mittam. De rebus gallicis omnia plenissime ex D. Manfredo nostro cognosces. Hos tuli summis in schola nostra prouentu non modo disiectos, verum etiam omnes viuimus in sperandis quandoquidem nobis dominus inducias concessit. Tu nos precibus tuis adiuuato. Bene Vale clarissime Vir & domine mihi plurimum obseruande. Deus tecum te suosque omnes semper respodiat ab omni malo. Geneuae 15 februarij. 1572.

Tuus Beza.

EIDEM

Eximie vir, domine & frater carissime, nunc id unum tibi significo, redditas esse mihi postremas tuas literas per hunc ipsum tabellarium & existimare me quod binas meas interim acceperis. De illo contentu quem Gallis narrandum curasti Deo gratias ago, & sic eum accipio, ut παρασκευήν ad meliora. Sed de hoc ceterisque rebus breui plura. Nunc enim sic urgeor

urgeor ut plura non possim. Bene vale. Genevae 9 Januarij 1572. A Dno Dambosttro iam pridem nihil accepi quem nolim ex me salutari quam officiosissime. Iterum vale

Tuus Beza.

EIDEM.

Mi domine & frater observande, Cogit me subitus tabellarij nostri discessus prorsus λακωνικῶς tecum agere. Quid mihi de Saxonicis motibus ominari liceat ad D Dundasinum nostrum pluribus scripsi, a quo nolim ut literas meas petas non quod te putem ulla cohortatione indigere sed ut intelligam an eadem hic quoque tibi suggerat Dominus atque mihi, qui sane spero ex his tenebris lucem erupturam. Velim etiam me commonefacias eorum quae mihi agenda deinceps in hac causa existimabis quandoquidem unius tecum animis & viribus concurrendum video. De tuis edendis patrimonius posteaquam nostri francofurto redierint. Bina meae ad illorum a[illegible] scriptionis responsionis ex varia cum istis accipies. Ego ad maiora me comparo, si vitam & otium aliquod mihi tribuerit Dominus, cuius te gratiae vir ex[illegible] & frater plurimum observande etiam atque etiam commendo. Genevae. 27 Martij. 1572

Tuus Beza.

Ornatissimo Viro D Conrado Weis patritio franco-furtensi, Dno mihi plurimum observando.

S. Primum omnium, Vir ornatissime, veniam abs te peto quod non tantum literis humanissime scriptis, verum etiam pretiosissimo abs te munere donatus, tam diu distulerim quod statim factum oportuit, ac sane praestitissem, nisi infinitae occupationes prohibuissent. Nunc tandem igitur magnas tibi gratias ago quod me tam multis simul nomine tibi devinxeris. Quum enim praeceptoris me nomine digneris, non modo abs te diligi me, sed etiam coli video, quorum illud quidem totum humanitati singulari tuae tribuo, istud vero sine arrogantiae nota admittere non possim. Omnino vero mihi vehementer placuit in illo opere pictoris industria ac etiam venustas. Sed multo magis tua in scribendo perspicua brevitas & sponte cadentes numeri, qui ita cum illo certare mihi videntur, ut etiam superes. Ego vero quid vicissim referam? olim fortassis quidpiam si tempora paulo sis aptiora mihi Dominus concesserit. Interea quod unum penes me est & tibi non ingratum fore confido, id tibi dono cum ceteroquin animum videlicet amantissimum vicissim tui, & quaecunque ab hac mea tenuitate officia proficisci poterunt. Ceterum quum & cum te esse non ignorem cui chara sit inprimis Dei gloria, rara quoque prudentia sis praeditus quo & pericula prospiciat Ecclesiae praesertim peregrinorum istic imminentia, & quibus sit opus remediis facile animadvertat: ineptae nimirum facero si hospites innocentes, aut veritatem potius ipsam, si in iis deinceps aucupetur, tibi commendarem. Malo tamen ineptire quam officio meo deesse. Itaque vehementer abs te peto ut quum opus erit & authoritate & consilio, omnibus denique

medis optimam causam iuves. Idem quoque a nunquam satis lauda
to viro D. Clauburgo petere non erubesco quem et ex me nomine quam
officiosissime salutes. Bene vale vir ornatissime. D. Iesus te fa-
miliamque tuam servet. Genevae, pridie Cal. Iunij 1575.

Tibi addictissimus
Theodorus Beza.

Fortissimo Iesu Christi athletae, D. Benedicto
Thalmanno, fratri ac symmystae plu-
rimum observando.

Euge vero mi frater, macte esto tanta ista felicitate cui datum
est non tantum in Christum credere, sed etiam pro ipsius nomine
pati. Hoc enim vere est fieri ipsius imagini conformem, si modo, quod
plane confido, pari constantia, quae est magnum illud Dei et Ser-
vatoris nostri donum, integrum hoc stadium ad extremam usque
metam, ubi demum praemium propositum arripitur, decurre-
ris. At enim, Deus bone! quae haec est rerum vicissitudo. non
illa quidem philosophicis periodis recurrens, se divinitus ordina-
ta, ut in ipsa tanta ἀταξία, vel ab ipsis maxime caecis opti-
mus ordo conspiciatur. Quid enim ordini magis consentaneum
quam ut qui in veritatem peccat, mendacio mancipetur? Et
unde potius quam a domo sua prudentissimus ille paterfamilias
iudicium exordiatur? Idem dico de nobis adversus nos provincia-
re illos ipsos in quibus est spiritus erroris efficax. Sed
bene

bene est, quod nos quidem corripimur ne cum mundo pereamus.
tradi vero in reprobum sensum non est profecto castigantis patris
filium quem diligit, sed scelratos ultricis iudicis. quod si non
sentiunt illi, eo sane seuerior est eorum pœna. Verum est enim
quod eiusmodi hominum monstris dixit ἀυτάληθεια, Si caeci
essetis, utique uideretis, sine uidicium non haberetis. atque dicitis
Videmus, Ideo peccatum uestrum manet. Age igitur, mi domine
& frater in quo ueram illam Christi seruorum minime fugiti-
uorum notam pretiosam, eamque in delicae & fortitudinem conspicio,
perge ista Dei gratia tum eos qui durius etiam ob eandem
ueritatis causam affliguntur, tum eos qui sunt adhuc extra teli
iactum, quos probabile est in tanta spiritus erroris efficacia suo
tempore in arenam proditures, confirmare. Ego quidem nunc
solis linguarum & calamorum mucronibus pungor, quae multa
eo dominum nomine mihi gratia sunt quod per latus meum Ve-
ritas confoditur: Sed siue pontificiorum siue domesticorum Ve-
ritatis hostium conatus obtinuerint, spero me ad sanguinem
usque decertaturum. Itaque imbecillitatis meae mihi conscius pre-
cari non desino ut me aduersus imminentes tempestates confir-
met, et rogo te iam mihi praeeuntem ut tuas meis preces ad-
iungas, quemadmodum dies ac noctes mihi ob oculos obuersaris
apud Dominum Deum nostrum, mi frater: nec tu duntaxat
quem ex animosissimis ad me a communi amico missis literis
colligo gratulatione potius quam exhortatione egere, sed ceteri etiam
illi

illi vere praestantes Dei servi, qb. scribere non licet ne noceam, quibus maxime prodesse volo & quibus cum me vinctum esse statuo, quum eiusdem corporis membra simus, eodem itidem Christi spiritu indissolubili devincta. Et quis nos ab illo separabit? Sit igitur ille non modo nobiscum sed etiam in nobis & nos vicissim in illo. minime tamen vel in Coelo Utopico, vel ut cibus qui in corpus traiectus perit, sed ut spiritualis ille mentis non ventris cibus, quem qui gustaverit non peribit in aeternum. Haec est fides & spes nostra, quae ut prematur modis omnibus, nunquam tamen opprimetur. Exhibeat dominus efficaciam spiritus erroris, praesertim apud eos principes quibus antea oculos aperuerat. Precemur ergo pro illis, saltem ne fiant magis ac magis eius ipsius operis destructores cuius fuerunt architecti. Istos vero αὐ-τοκατακρίτους, quod ex eorum scriptis planissime perspici a quibus nos non prorsus excaecatis potest, spiritu illo precum excellentissimae virtutis prosternamus. Quod si etiam ita opus est, sequamur viam illam & ipsius Christi & tot martyrum sanguine notatam, ut illud nunc quoque reipsa comprobetur: Mori possunt Christiani ac etiam optant, vinci non possunt. Bene Vale, vir reverende & fide Christi serve, & me quoque precibus assiduis iuva. Genevae, 19 Julij 1575.

Tuus Beza.

Adiunxi his literis, psalmi septuagesimi primi paraphrasin, more in te observantiæ μνημόσυνον.

PSALMUS LXXI.

Fido tibi, ne quæso Domine, palore ut mihi quisquam
Aeternum inurat dedecus,
Imo iustus ades Domine, & servato rogantem
Iustisq. precibus annue.
Tu semper mihi arx esto, tutusq. receptus,
Promissa cum tua postulant.
Nam mea tu rupes unus, tutusq. receptus,
Admotus omnium minas.
Sancte veta, ne me sceleratus & impius hostis,
Totisque viribus urens,
Pistoris massam supraq. infraq. subactam
Versantis instar, opprimat.
In te unum siquidem respexi, me puer olim
Tibi tenellus dedidi.
Tu me conceptum fovisti matris in alvo,
Inde tua me eduxit manus.
Nec mihi materies te deinceps usq. canendi,
Unquam, Domine mi, defuit.
At nunc prodigii me quilibet instar abhorret,
Tibi manentem creditum.
Tu vero facito nomen me benefacta canentem,
Ut semper omnes audiant.

Ah ne me effoetum, longaq. aetate trahentem
  Infirma membra, desere.
Nam coeunt hostes, & secum multa locuti.
  Velut siem iam perditus,
Ite, aiunt, ope nudatum hunc comprendite, numen
  Cuius precatus ipsum negligit.
At tu promptus ades, Deus: ah, Deus, oro, precanti
  Succurre tu mihi celer,
Et facito infames pereant probro atq. pudore
  Qui hoc innocens petunt caput.
Auxilij tunc certus ego, pro munere tanto
  Cumulabo laudes laudibus.
Te fidum memorabo mihi, tenteq. salutis
  Causam fatebor unicam.
Et tua dona canam, quorum subducere summas
  Infirmus hic animus nequit.
Namq. tuo nixus, Deus, ambulo robore fretus
  Tuaq. subsisto fide.
Tu tua me natem dicturum ingentia facta,
  Puerum erudijsti tibi.
Ne me igitur canum, Deus effoetumq. relinque
  Senis prius quam posteris,

Facta tuo referam victricis fortia dextrae,
Tuique robur numinis.
Vah tua certa fides, tuaque illa ingentia facta,
Quousque contingunt Deus?
Ecquis erit sese tecum qui conferat? ecquis
Se iactitet parem tibi?
Tu per mille cruces, per mortes mille, beatos
deducis in vitae sinus.
Tu tempestatum saevo me gurgite mergis,
Ut inde tollas altius.
Tanto igitur tandem evadam sublimior olim,
Meque recreabis fortius,
Et tanto celebrabo tuas ardentius olim
Laudes, Deus, mi, nablijs.
Te cythara tanto cantabo ardentius, inquam,
Sancte Israelis ô Deus,
Te nablijs vox iuncta canet, coniunctaque voci
Haec grata animula succinet.
Hanc mea te fidei memorabit lingua tenacem
Noctes diesque praedicans,
Dedecore infami quod sit everteris hostes
Meam exaestuantes in necem.

Hanc rythm., ut Beza scriberet Thalmanno, motus fuit literis sequentibus quas ad Bezam is miserat, vij a Thalmanno fratrum missae & inscriptae

Clarissimo uiro et Iurisconsulto eximio D. D. C. H. domino & patrono atq. praeceptori singulariter obs.

S. D. Clarissime uir, domine & patrone singulariter colende. facile intelligere potest E. T. propter quas causas necessarias me hactenus à scribendis literis abstinere oportuerit, ideo silentium prolixo excusandum esse non existimo: quo minus uero nuper fratri meo literarum aliquid dederim ad E. T. perferendum, sola temporis angustia obstitit: nunc oblatam occasionem negligere nolui. Ingentes autem summa reuerentia gratias ago E. Tae. tum pro beneuolentia & paterna illius erga me affectione & ouptra dia Christiana qua mihi afflicto condolet, tum & singulari illo officio quo me ex molesta conditione literarum fideliter & obnixe studuit, quemadmodum proxime ex fratre meo intellexi. Nam hactenus illud certò cognoscere non potui cum .n. antea quam ex amicis meis ea de re mihi clanculum retulerat, admodum obscure dicebantur, & uideo id à nostris hic etiam num studiose dissimulari. Etsi uero doleo optatum deprecationis euentum non fuisse consequutum. tamen plurimum me uicissim consolatur & delectat recordatio optimae & benignissimae uoluntatis talium ac tantorum patronorum, nihilque denique etiam calcar addet ad uiriliter agendum in necessaria ueritatis professione. Cumque

nob.

nob. vivissim nihil gratius facere possim, sicut scio, quam si constantia
Christiano dignam in profitenda doctrina orthodoxa conspicero, Illam
in me desiderari Christo iuvante non patiar, etiamsi collum car-
nifici praebere aut perpetuo in hac vita miserum esse me oporteat.
Nam certus est sermo & omni acceptione dignus: quod Christiano
propter Christum misero nihil sit beatius, ut Bezam nostrum
alicubi scribere memini. Et vox illa quam loquutus est pri-
mus & novissimus, qui fuit mortuus et vivit, etiam nunc
quotidie personat in auribus meis: Scio tribulationem tuam
& paupertatem tuam, sed dives es: & blasphemaris ab illis q
se dicunt Iudaeos esse & non sunt, sed sunt synagoga Satanae.
nihil horum timeas quae passurus es. Ecce missurus est
Diabolus aliquos ex vobis in carcerem ut tentemini & habe-
bitis tribulationem diebus decem. Esto fidelis usq. ad mortem
& dabo tibi coronam vitae. Hac ego me consolatione salu-
tariter sustento quo minus deficiam, dum iampridem in
hac vita solitaria inter gemitus & lacrymas quotidie propter
Christum nostrum interficior. Scio .n. me ut Christianum pati
ac proinde Christum ipsum in me licet minimo suo membro
affligi, quos numq. colores benevoli illi trucidatores mei
causae suae illinant. Omnino decretum esse video ut
captivitatis diuturnitate palinodia mihi extorqueatur.
Nihil .n. aliud a me exigitur quam subscriptio. Quod si
ergo non liberabor prius quam mutavero sententiam, numquam

me liberatum iri tam certum est quam certum est fidelem
illum conditorem non permissurum esse, ut persequutionum
aestu abreptus veritatem falso testimonio prodam. Quoniam
semel ille mihi dedit propter Christum non tantum ut in eum
credam, sed etiam ut propter illum patiar. Qui ergo coepit
opus bonum, idem et perficiet, usque in diem Christi.
Sumptuum restituendorum quos per decennium a principe
accepi, nulla prorsus facta est mentio: ac etiamsi haec
in parte res haereat: tamen sic quoque vix ac ne vix quidem
spero posse liberationem: cum sexcentos florenos
multorum annorum spatio, functione muneris divinus
acquirere nequeam. Quis igitur fidem pro me suam
interponet, cum tanto tempore me inter vivos superstitem
futurum incertum sit? Ergo nisi Deus ex improviso
apparuerit perpetuo me ut mancipium detineri
oportebit. Propterea nihil aliud a vobis petere posse
videor quam ut ardenter et adiaλείπτως pro me oretis Deum
ne fides mea in hac diuturna cribratione deficiat. Ad
Controversiam ipsam quod attinet, ista sententiarum collatio
meorum non fuit instituta. Professum tamen aliquoties
sum nolle tamen scripto me ullo fundamentorum meorum
distinctam et luculentam exhedram conscribere, modo respondendi
conditionem reciperet Antagonista. Verum
ipsorum

ipsorum voluntatem atque. in contrarium hac in re ne unum desidero.
Sexies ad vos scripsi & ne occupationum multitudine excusan-
do silentio praetendere possem videantur, nolui argumentorum
mole vos obruere sed summa duntaxat proposui & per Christum
vos oravi & obtestatus sum, ut mihi responderent, sed nullam
omnino potui impetrare responsionem. Si principis mandato
se prohiberi excipiant: hac ratione minime sunt excusabiles,
sed accusabiles potius quod hominibus magis quam Deo obedientes
Ecclesiasticam officii sui rationem negligunt contra expressam Spiri-
tus sancti voluntatem qui semper praecipit ut episcopi toto
contradictores solide ac evidenter convincant. Librum Sam-
bici Thrasonis Heshusii bullatis nugis turgescentem ac ver-
bis conviciisque ferocientem legi, nec mirari satis possum in-
domiti hominis petulantiam & arrogantiam plane intoleran-
dam. Utinam tandem pulmones isti bombyceo obstruerentur
ut posthac veteres istas nenias tam fastuoso verborum crepitu
eructare & adversus nos adeo hostiliter ac seditiose ex-
bacchari desinat. D. Iesus ista diaboli flabella com-
pescat & nos sibi conservet ac [illegible]. Valeat Ex. Tua
in Domino feliciter & afflictae memor esse velit. Onold. 29 April.
Anno etc. 75

Libros orthodoxi Gnesii in
negotio Sacramentario, Heidel-
bergae editum, utinam habere
possem.

Excellentiam tuam reverenter co-
lens & diligens in visceribus
Iesu Christi.

Be. TH.

Ecce vix hora praeterita cum haec scriberem, venit ad me unus
ex primarijs Ecclesiastis & quaerit Utrum malim hic an vero
in patria obscurus esse. Affirmat expresse me nunquam
dimissum iri nisi damnata & repudiata Calvini sententia, dum
Luteri Christi de caena errorem recepero. Intellexi fore ut deinceps
sine hoc cibo in patria sic delitescam, ut tum ita gloriosus non
sim sicut hactenus fui, sed in publicum prodire possim. Sump-
tus tamen quos ad me alendum singulis annis suppeditat tuus
hic princeps, sexaginta florenorum summam non excessuros
esse. Nunc ergo video quid hic rerum mearum futura conditio,
nisi res aliter eveniat quam instituta est, cum hoc ipsum insti-
tutum mutetur. Verbum enim tale est sententia. Decernant
isti & faciant mihi quidquid libuerit, ego quid credam
& cui credam scio: Neque certus sum quod neque tribulatio
neque angustia neque fames neque nuditas neque periculum
neque persecutio neque gladius neque ulla creatura poterit me
separare a veritate Christi quam scio me amplecti & pro-
fiteri. Subscribant Synusiastae quicunque voluerint. Ego
Christo duce militabo praeclaram militiam, retinens fidem
& bonam conscientiam. Ob Christum misero neque
esse beatior ullus. Ego etiam fuso sanguine victor ero.

B. Th

Fido Iesu Christi servo, D Christophoro
Thretio, fratri ac amico singulari.

Cito et tuto. Cracoviae.

Si verum est, mi Threti, quod in Gallia his dieb. sparsum fuit, magnoq., ut aiunt, Parisiensium praesertim gratulatione celebratum: eum videlicet qui tam solenni iuratione isthic regno exauthoratus ferebatur, unicum communi applausu certis conditionibus, iisq. non prorsus incommodis in integrum restitutum, causa nulla est cur mei illius consilij rationes tibi pluribus aperiam. Et sane seu vera illa sunt seu falsa, ad alium quemuis potius haec deliberatio referenda est. Praestabo tamen fidem quam tibi postremis meis dedi, quum Illustris illius herois Cracoviensis Palatinj defuncti filius tuas mihi reddidisset, quibus tum ego ut potui respondj. Rem paucis expediam. Sum adductus in illam sententiam partim ratione, partim eius authoritate quem et pietate et usu et doctrina excellere mihi persuasi. Rationesq. istas habui. Quum deligi a nobis Rex non possit, aperte ve-ram religionem profitens (sic enim semper credidi) statui praeferri eum a nobis oportere caeteris qui et plurimum Polonos adiuturus posse merito videatur, et pios minimum afflicturus. De utroq. vero cogitanti mihi Austriaca sola familia occurrit, quae inter caeteras sic est potens (excepta Gallica et Hispanica (quas nunc ab illa

illa stringo nec ad nos quicquam nisi Deus eam nobis men-
tem adimere peruexerit, pertinere credo) ut neque sint
eius uires nobis timendae quib. ad tyrannidem abutatur,
neque etiam nullae sint nisi titulotenus facultates quales sunt
ceterorum Germaniae principum, si de sustinenda regiae maies-
tatis dignitate quaeratur. Itaque quod nonnulli sibi ab
exactionibus timent, multo magis uerendum fuerit, si
multo inferior quispiam in eo gradu collocetur. Non fe-
ret hoc Turca inquiunt nonnulli, illius familiae hostis est.
& sic attrahetur bellum cum potentissimo uicino. Reme-
dium facilimum est, si ea conditione expressa obligatur, ut
nullam ob causam foedus cum uicino initum transgredi
nisi ex totius regni statuum plenaque auctoritate ullo modo
ipsi liceat, ne si quidem bellum aduersus patrem aut fra-
trem aut alios uicinos populos ille mouerit. Venio ad id
quod praecipuum est. Superstitiosam illam familiam esse
satis constat. Utinam plerique tales essent potius quam super-
ciliis insimulis ac etiam manifesta impietate contaminatae.
Maximum enim inter ista discrimen esse statuo, quamuis
neque hanc neque illam probem. Habeo illius opinionis testem
partim ipsam experientiam, partim optimi uiri illius testi-
monium ex quo primum quae mea de istis opinio esset cogno-
uisti.

iusti, unus etiam non vulgarem apud te bonosq. omnes auctori
tatem ad fidem illius rei faciendam esse arbitror. Habes consi
lij mei rationem, id est fortasse nugas in re maxima. Verum
tamen istud de nostra gente in re tanti momenti studium ac
uotum tibi ac amicis probari vehementer opto. De reb. nris,
ualemus quam optime, Dei beneficio; & quamuis in belli maxi
mi ac cruentissimi vicinia, pace adhuc fruimur. De Mombru
ni fortissimi viri captiuitate quae tamen nros in Delphinatu
minime perturbauit, nuper ad te scripsi. Eodem tempore aliq
Germanorum equitum cohortes segetibus maturis, ipsisq
etiam villis flammas apud Occitanos iniecerunt. Commouit
ipsum etiam hostem dirum hoc spectaculum. Itaq. impetu in
illorum ducem, Apostatam perfidiosissimum facto, multae si
eius domus funditus euersae: et quotcunq. ex istis incendia
rijs sunt deprehensi, misere sunt ipsiqmet ustulati. Ea res
fortasse oem illam coeptam de pace consultationem interturbabit.
Apud Rupellanos & Aquitanos adhuc incerta omnia. Quis
tandem sit futurus tantorum malorum exitus, nouit Deus.
Ego quae metuam plurima uideo, quid boni sperem pene ni
hil habeo. Ceterum mi frater, quod opera diligentiaq
tua factum est, ut ab Hungaris nostris fratrib. literas acce
perim, eo certe noie tuis in me pristinis beneficijs multum
accreuit: neq. remittam nisi illi meum responsum diutius deside
rent.

requirant. Illustrem autem D. Sirkeirum, & quos cunq. ad nos mit-
tere visum erit, velim tibi persuadeas universo nostro Collegio, ac
nominatim quidem mihi quam commendatissimos fore. Bene va-
le, mi charissime frater, una cum bonis omnibus. Muniat
vestros sanctos cœtus Altissimus ille fidis angelorum suorum
legionibus, dirigat sancto suo spiritu vestrae gentis consilia, ut
qui vobis futurus Rex est proxime ad illud accedat exem-
plar quod psalmo septuagesimo secundo descriptum ad te
mitto qualitercunq. versiculis meis latine expressum. Iterum
vale. Genevæ 19 Julij., 1575.

Theodorus Beza.

Velim te meminisse octoginta
coronatorum qui Magistratui nostro debentur

## PSALMUS SEPTUAGESIMUS 2^dg^.

Tu regnaturum Regem tua iura doceto,
Et Regis sobolem præceptis instrue rectis,
Sancte Deus: populos iusta ut ratione gubernet,
Idem iustorum vindex, ultorque malorum.
Compositis iuste regni huius rebus, abundans
Pax hominum vultu montes, Collesq. beabit.
Asseret hic siquidem oppressos, fractisq. superbis,
Succurret miseris & opis servabit egentes.
Hinc pietatis amor cunctorum in pectore surget,

Teque verebuntur patres, patrumque nepotes
Exemplo, donec solis Lunaeq. coruscis
Splendebit totus collucens ignibus aether.
Ergo qualis adest caelo demissus ab alto
Optatusq. diu terris sitientibus imber,
Detonsos pratis rursum qui reddit honorem,
Talis erit populis rex caeli missus ab arce.
Florebunt isto tuti sub principe iusti,
Pax iterum miseros mortales alma reviset,
Pax non discessura prius quam desinat altas
Menstruam per noctis tenebras decurrere Phoebe.
Limes erit regni Oceanus diffusus utrinque,
Et procul Euphrates quicquid post littora magni
Terrarum, late spacium complectitur ingens.
Efferus ipsius deserti hunc incola regem
Curvus adorabit trepidans: hostesq. feroci
Pectore deposito regis vestigia lambent.
Ultro dona ferent Cilices, medioq. natantes
Cui pelago exercent terras, qui torrida longe
Arva tenent, & sacra legunt qui thura Sabei,
Hunc cuncti Regem Reges, hunc denique gentes
Agnoscent cunctae dominum, Rex iste vicissim
Clamantes miseros, afflictorumq. querelas
Audiet adiutor promtus, dirumque levabit

Sorte laborantes & quos mala vexat egestas:
Fraude premi quenquam impatiens & sanguinis idem
Effusi temere haud unquam exorabilis ultor.
Sic vivet longum felix, populique frequentes
Assiduis illi votis bona cuncta precati.
Laeta ferent anni primi pulique talenta.
Contingent densae segetes & montibus altis
Enatae sonant ventis sylvae incumbentibus orni,
Collisis agitata seges crepitabit aristis.
Ac velut erumpunt foecundis gramina campis,
Momento implebit crescentum civibus urbes.
Ipsique vero stabit durabile nomen.
Aurea splendebunt solis dum lumina caelo.
Divinique exemplar erit Rex iste favoris,
Quem cuncti agnoscant gentes dicantque beatum.
At tibi summe Deus, Deus ô aeterne Jacobi
Tantarumque opifex rerum sit gloria soli.
Aeternoque tuum celebretur nomen honore.
Terra, inquam, iustos omnis tibi solvat honores.
Da pater haec ut sint, ut sint rata vota precantis.

TH. B.

Reuerendo viro Dn. Theodoro Bezæ, pietate, dignitate, virtute, doctrina præst. amico S. obseru. Geneuæ.

S. D. Existimationem meam ueterem de tua pietate, virtute, doctrina, humanitate, & confirmarunt & auxerunt litteræ tuæ, quas attulit filius meus, ita scripta ut grauius ac studiosius magisque amanter scribi non potuerint. In quibus mentio facta de Melchiore Volmaro, quem Meliorem ego teniore nominis sono appellare solebam, renouauit in animo meo tum iucundas recordationes consuetudinis nostræ, tum tristes cogitationes nonnullas, quarundam uoluti procellarum, quibus interdum ea res, quas constituere conabamur, aliquantulum conturbabantur. Sed ille in hac uita uariam expertus fortunam, nunc quietem nactus est stabilem, quam neque inuidia neque odium conturbet. De quo tuum elogium optimum & doctissimum eum uirum fuisse & preceptorem compiltum na memoria colendum: a me cum magna uoluptate lectum est. Mihi autem quod tantum tribuitur non solum amore sed etiam iudicio tuo, (sic enim mihi persuadeo) ualde lætor. Opera certe si non est uacata laboribus studiorum meorum, neque eminent fortassis ingenij industriæque insignia, at diligentiam & rectæ uoluntatis imitationem numquam mihi defuisse ipse mihi sum testis. Nunc & ætate &, ut uerum fatear, mestitia quadam mirificum languorem & plane inertiam me inuadere sentio, ut iam, quemadmodum membra corporis debilitata morbo, sui illa quidem motus obire munia gestiunt, sed exequi nequeunt

negligunt fingendo, ita in tractatu litterarum haud cessent sa-
ne conatus mei, cum affectiones tamen nequaquam consequan-
tur. Verum de his plus verborum ad te fieri neque oportet neque
decet. Ad calamitates patriae tuae, quas ego communes
aliorum plurimorum esse statuo, quod attinet, tuum de eis in-
dicium multi nuncij rumoresque admodum tristes sunt subsecuti,
& his diebus cognovimus magnum numerum equitum colligi
stipendio Regis Gallorum, quorum dux esse princeps Joannes Vil-
helmus. Itaque & auditi sunt sermones varij, & animad-
verse dissimiles affectiones animorum. Me quidem ea q[uae]
commota esse & nunc quoque commoveri video, incredibili-
ter perturbant dolore & metu, cum & quae suscepta sunt atque
geruntur miserrima appareant & maiores tamen infelicita-
tes impendere videantur. Neque mihi solum florentis-
simi regni Gallici clades ingentem afferunt tristitiam, sed for-
midinem incutit horror tempestatis istius non sine maxima
pernicie Christiani nominis abiturae. Interea quae litte-
raria prelia committuntur? Aut quod doctorum genus
non ab altero oppugnatur? fere omnes enim passim iam
Συνῆψαν ἀλλήλοις — χαλκεότυπον ἐπ' αὐτό τε. In-
primis autem certamina inter eos vigent quos maxima
caritate copulari & amore summo devinciri oportebat pro-
fitentes esse se eius magistri discipulos, cuius ardentissime

preces

preces fuerunt: ut sui unum, sicut ipse filius Dei aeterni & pater
Deus aeternus unum essent. De quorum pugnis quid dicam? Ma-
lim ei in ista contentionum acerbitate ut universum ἐπιτρέψω,
δύνω τι: κακῶν ἁπάντων, οὐδέν ἐσ᾽ ἄπου. Sed quemad-
modum pietas tua sese in suae patriae depopulatione Iudicium
Dei scribit agnoscere, ita & horum dissidiorum infelicitatem
tristissima sententia divina infligi credendum est, ut partim am-
biliosa levitas, partim improba audacia, aliorum etiam praepos-
tera exultatio animadvertatur. Unicum igitur perfugium ha-
bemus: Misericordiam clementissimi Dei, quae totum orbem ter-
rarum implet, ὥστε ταπεινοῦσθαι ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα
τοῦ θεοῦ, & ut imploremus eum in adversis & expectemus
auxilium à Domino qui fecit nos, orantes ut ipse sanet om-
nes contritiones nostras. Quae ideo scribo ad te Doctorem
talium, ut intelligas cum tuae pietatis sententia meas ratio-
nes hac in parte congruere, & abs tuae quoque Ecclesiae precibus
sanctis opem me rebus afflictis sperare. Etsi enim me
non fugit, de controversiis quibusdam aliquando ortis exstitis-
se alienationis nonnihil inter diversorum locorum Ecclesias-
ticos praesides, In ea tamen opinione sum, ὅτι τὸν τῶν ἀγα-
θῶν οὐδέποτε παντάπασι λελοίπασι, οὐ γὰρ εἰκός, &
gratiam omnem posse reconciliari, si benignitate propitii Dei
congregati veritatis amantes de necessariis rebus colloquerentur,
&

ut vel prorsus omitterent cetera, vel ita admitterent ut prae-
cipuorum concordem explicationem non impediri ab his pate-
rentur. Sed haec, sunt enim piorum votorum, optare licet. Li-
cet etiam certo sperare ἐπιβλέποντα τὴν φροντίδα ἐπὶ τὸν
πανοικτίρμονα θεὸν, & intentis oculis in mentem, auxilium
expectantes quod adveniat παρὰ κυρίου τοῦ ποιήσαντος οὐρα-
νὸν καὶ γῆν. Hanc ego non declamationem sed confessio-
nem existimari abs tua pietate cupio, venerantis religiose
Deum aeternum in salutari fide Iesu Christi, & cultu demon-
strato ipsius verbo, & cum omnibus vere invocantibus precan-
tis: Ut sancti spiritus magisterio deducamur in omnem ve-
ritatem, & una mente atque voce celebremus unum hunc aeter-
num verum, aeternum, misericordem Deum, quem oro, ut hoc ini-
tium compellationis per litteras nostrum felix atque faustum
esse velit, & sua immensa misericordia efficere, ut posthac
meliora laetioraque scribere concedatur κατὰ τὴν εὐδοκίαν
αὐτοῦ: cuius clementissimae defensioni commendo & afflic-
tissimae patriae tuae & eius civitatis, in qua opera, studium,
industria, pietatis tuae servit Ecclesiae Iesu Christi, tuamque
ac tuorum salutem & incolumitatem: Totoque pectore precor,
ut nos ille una nobiscum & omnibus a quibus religiose colitur,
protegat, tueatur conservet ipse sibi perpetuo. De me au-
tem (si quid hoc tua refert) velim tibi persuadeas
me

me esse studiosissimum nominis tui, & tuae pietatis, virtutis doctrinae admiratorem praedicatoremque. Vale in Iesu Christo προσ-
δεχόμενος καὶ ὑπὲρ ἡμῶν. Lips. die XVI. Mens. Ianuarij

Ioachim. Camerarius.

Reverendo viro D. Theodoro Bezae, digni-
tate & doctrina praestanti & amico
observ. S.

S. D. Tristissima fama sparsa de saevitia μιαιφόνων λοι-
μικῶν in urbe vestra, atque iniuria, & dolore nos, ut par fuit,
& solicitudine de te & vestro istic ordine singularem in modum
affecit. In animo tamen semper hoc fuit: ὁ κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ
τοῦ ὑψίστου ἐν σκέπῃ τοῦ θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ αὐλισθήσεται.
Et non dubito quin et vos sitis quos colemus Deus pater δι'
υἱοῦ καὶ σωτῆρος nostri Iesu Christi habeat diligentes minis-
tros ecclesiae suae, & oeconomos fideles τοῦ τῆς βασιλείας λόγου.
Huic ergo οἰκτίρμονι θεῷ καὶ εὐσπλάγχνῳ καὶ πολυελέῳ
tuam vestramque omnium salutem commendare non intermitto,
precibus meis, & ille vos sine dubio, protexit & tuebitur,
conservabitque in posterum κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ. Va-
le vir opt. & omnium bonorum observantia digniss.
Lips. D. VII M. Martij

Ioachim. Camerarius.

Reverendo viro, dignitate & doctrina praestanti D.
Theodoro Bezae & amico. S. observ.

S. D. litterae tuae mihi una cum libellis redditae sunt. De quibus ago
gratias, ut par est humanitati tuae. alteras quas antea scriptas esse et
in Austriam missas significas, scito me non accepisse. Calamitates
florentissimi quondam regni, cuius tu civis es, saepe deploravimus, et
animadvertetur aliquando abs Deo, τῶν δ' οὐ αἴτιος χχχ. Video
autem in nostram aetatem erumpere cum iustiss. irae divinae, quam
provocatam multiplicibus delictis, in quibus et mea minima non sunt,
cum placari omnes concorditer studere par esset, non pauci irritare
amplius maluerunt, neque ab hac perversitate adhuc plurimi recedunt.
Crescunt enim odia alienationesque et contentionum studia indies, et
alit improbitas falsa ἀπάτορος Hesiodeae ἔριδος. Quae quidem
mala deplorare et debemus et possumus, ad avertendum vero, aut
saltem mitigandum nihil nobis relinquitur praeter pias preces. Mea
valetudo hac aestate saepius afflicta est sane periculose. Id annis
gravi accidere non est mirandum. Quod scribis de discrepan-
tiis in quodam veteri libro locis ἀπὸ τῶν καθημαξευμένων
καὶ δοκιμασθέντων ἐκδόσεων ἐν λόγῳ τοῦ ἱεροῦ ψαλμῶν βιβ-
λίοις τισίν: Audio dn. Ioannem Paleologum, qui Pragae nunc
commoratur in eisdem diversis scripturis colligendis multum stu-
dii et temporis posuisse atque ponere. Mihi videtur hac in par-
te caute religioseque esse versandum ne tales mutationes dent
caussas tam dubitationum quam disputationum novarum. Multa sic
quae varietatem istam efficere potuerunt. In quibus non est li-

brario ex

librariorum inscitia atq. iniuria postrema. Quod ipsi legisse sese puta uerunt, id exararunt. Nonnulla ut interpretationes ascripta, uel reposuerunt uel inculcarunt. Quid quod ueritas scripturae alicubi maliciose corrumpi potuit? Ac fit mentio in quodam Stromate Clementis, τῶν μετατιθέντων τὰ εὐαγγέλια. Quapropter in talibus mutationibus diuulgandis diligente & accurata conside ratione opus esse iudico. Quae n. leuitas huius aetatis sit, non est obscurum. Ut admonitio autem de quibusdam utilis, sic ante omnia τῆς καθολικῆς καὶ ὀρθοδόξου ὁμονοίας ratio habenda est. Quae omnia tuam pietatem atq. doctrinam nequaquam fugiunt & meam tamen quoq. sententiam non uolui te celare. Tuam dignitatem cum omnibus tuis bene ualere opto. Vale. Lips. D XXVI M Sextilis.

Joachim. Camerarius.

Reuerendo V. dignitate & doctrina prae-
stanti D Theodoro Bezae Ecclesiae
Christi Doctori, amico S. obseru.
Geneuae.

S. D. Magno cum dolore cognoscimus, contagionum pestilentiae malum uestrae ciuitati tam pertinaciter esse infestum ut nunc quoq. in ea grassetur: Et quod nobis conceditur, Deum aeternum precamur, ut misericordem uultum suum benigne ad nos conuer tat & sanet nostra uulnera, & te atq. Ecclesiae ipsius fideliter seruientes ceteros clementer conseruet. Tibi ac nescio qd negotij oblatum perhibebatur, eiusq. causa coactum te fuisse iter quoddam

quoddam suscipere & tempore & loco nequaquam expers periculi.
Itaque non desinimus Deo aeterno commendare salutem tuam, cuius
manus ad protegendum suos & ampla satis & potens est. Tuas
litteras ad me proximo autumno scriptas pietatis & eruditionis &
amoris erga me plenas Lipsiae accepi, cum accingerer ad iter, quod
tunc suscipiebatur professionis in patriam meam. Erat autem aliq.
nequaquam a nostrorum studiorum tractationibus diu abesse. Sed cum
valetudo infirmior, tum aliae quaedam occupationes adhuc me deti-
nent commorantem Norimbergae, & gestientem reverti ad exerci-
tationes συνήθεις. τέτληκα μὲν γὰρ τέτληθι, secundum bucoli-
cum poetam, ἐμοὶ δ' ἄ μέλλε καὶ ἄλλα. Nactus autem hic
occasionem mittendi, istas ad te litteras exaravi, cum offerret
nobis perquam humaniter operam curandis his suam Balbanus Lu-
censis, vir, ut mihi uno aut altero congressu visus est, pie-
tatis & virtutis ex animo studiosus. De Gallica pace modo
hoc modo illud rumoribus dissipatur, cum omnia quidem
fere narrentur, de quibus acrius atque crudelius bellum pri-
oribus omnibus exiturum esse prudentiores pertimescant.
Ex diversis autem locis horribiles nuncii adveniunt ingen-
tium cladium, pluviarum & terrae motuum & fulminum.
Quibus tamen non animadvertitur vel admodum percelli animos
plerorumque vel considerationem excitari. Itaque saepe
mihi in mentem hoc venit καὶ οὐκ ἔγνωσαν, ἕως
ἦλθε

κλῆθ' ὁ κατακλυσμὸς καὶ ἡμᾶς ἅπαντας. Sed dei huius implorande est misericordia clementis Dei. Aderat modo Imperatoria Maiestas, quae nudius quartus advenit, in Boëmiam, ut ferebatur pergens. Nos ex congressu veteris amici Cl. V. Johannis Cratonis solius aliquid voluptatis percipiebamus, qui nos solebat audire. Henricum nostrum saluum et incolumem esse cum suis omnibus ex animo cupio. Christo σωτῆρι commendo nos omnes. Vale. Norimbergae prid. Cal. Anni LXXI.

Joachim. Camerarius.

JOACHIMUS CAMERARIUS THEODORO BEZAE.

Διεφήμισάν τινες, ὅτι οἱ ὑμέτεροι τῆς ἐνταῦθοι παρ' ἡμῖν ἐκκλησίας ἐχέτας, ἀφορίζεσθαι ἐψήφισαν, καὶ ἐπιτιμίας τινα ἐπιφέρειν αὐτοῖς. τοῦτ' ἔγωγε οὐ πιστεύω ἁπλῶς οὕτως ἔχειν, καὶ γενόμενον σφόδρα θαυμάσαιμ' ἄν. τοῦ θεμελίου γὰρ μένοντος, τὴν ἐνόντα σχίσεως διά τινας ἰδιογνωμοσύνας περί τε πράξεων τινῶν καὶ δὴ καὶ ἑτεροδοξιῶν, ὅσαι μὴ λυμαίνονται τῇ σωτηρίῳ ἀληθείᾳ, οὐδὲ δεῖ καταψηφίζεσθαι εὐθὺ τῷ μὴ ἅπαντα τὰ πρὸς ἐνίων λεγόμενα καὶ μεταχειριζόμενα προσδεχομένους καὶ ἐπαινοῦντας. εἰ δέ τις τολμῶν ἀντιλέγων καὶ ἐρίζων ταράσσειν τὴν ἐπιχώριον ἐκκλησίαν, ἐκεῖνον βαστάσει τὸ κρῖμα οὐδὲν ἴσως ἧττον, πρὸς δέ τους ἀγνῶς σώζοντας γε τὸν θεμέλιον ἄμεινον, καίτοι γε τῇ ἐμῇ γνώμῃ, οὐκ ἀπεχθῶς οὐδ'

ἀλλοτρίως ἔχειν. Haec & ipsa perscripta ad te tanquam
amicum confidenter, in optimam partem accipies.

THEODORUS BEZA IOACHI
MO CAMERARIO.

Ἀνέγνων καὶ τὰ ἐν τῷ σχεδαρίῳ ᾧ ἐν τοῖς γράμμασι
τοῖς σοῖς προσγεγραμμένα, καὶ ἐθαύμασα τῶν τοιαῦτα
τολμησάντων καταψεύσασθαι ταύτης τῆς ἐκκλησίας, ἣ τοσ-
σοῦτον δεῖ ἀπείργειν τῆς ἱερᾶς πράξεως τῶν ὑμεδαπῶν τινα,
ἢ ἐνοχλεῖν τινι, καὶ παρέχειν πράγματα, ὥστε καὶ πάσῃ φι-
λανθρωπίᾳ, ἵνα μὴ εἴπω ἀνεξικακίᾳ, πάντας ἀσπάζεσθαι
καὶ φιλοφρονεῖσθαι, μηδένα δὲ μηδέποτε εἰς τὸ τῶν ἀδελφῶν
συνέδριον, βουλομένων ἕνεκεν εἰσελθεῖν. Εἰ δὲ ἐς τὸν
βίον τῶν ἡμεδαπῶν τι ἐξετάζεται, τοῦτο διὰ τὴν τῶν
ἀφηνιαζόντων αὐθάδειαν ἀναγκαζόμεθα ποιεῖν, ποιοῦμεν
μέντοι τοῦτο ὡς μετριώτατα καὶ ἐπιεικέστατα, οὐ πικρῶς
καὶ αὐθεντικῶς, ὥσπερ τινὲς τῆς παρ' ἡμῖν ἐκκλη-
σιαστικῆς ἀγωγῆς καταμαρτυροῦσιν. καὶ ταῦτα ἐφ' ᾧ τε
τὴν τοῦ βίου ἀκράτειαν ἐπισχεῖν, καὶ τοὺς τῶν ἀτακ-
τούντων τρόπους διορθῶσαι. Τὸν μὲν οὖν ταύτης
τῆς συκοφαντίας ἀναιδῶς ὑπάρξαντα, καὶ οὕτω πονη-
ρῶς καὶ ἀπονενοημένως καταψευσάμενον ἡμῶν, οἶδα
γὰρ οἶδα τίς ἐστιν, τὸ τοῦ θεοῦ ἔκδικον ὄμμα ἀξίως
τῆς

τῆς αὐτοῦ πορνείας τε καὶ ἀχαριστίας τιμωρήσεως. σὺ δὲ καλῶς ἐποίησας τῇ ἀληθείᾳ μᾶλλον, ἢ τῷ τούτου τοῦ συκοφάντου ψεύδει πιστεύσας, τοιαῦτα καθ' ἡμῶν μηδὲ ὑποπτεύων, μηδ' εἰ δι' ὅρκων, ὥσπερ εἴωθε ῥᾳδίως ὅλως ψεύδεται ποιεῖν, τοῦτο σοι ἐπιστώσατο. Ἀλλὰ περὶ μὲν ἐκείνου ἄλις καὶ πλείω τῶν δεόντων. περὶ γὰρ περιφανῶς μαινομένου, καίπερ φιλοσοφεῖν ἀντιποιουμένου τί δεῖ μακρηγορεῖν;

Viro tum pietate tum doctrina eximio D. Christophoro Herdessiano Illustris Norimbergensis reip: à consilijs, Dnó mihi plurimum observando.

S. Erant certe mihi, Vir ornatissime adolescentes illi magis ac magis commendati: nec causa fuit cur mihi gratias tam multis ageres. praeterquam enim quod hoc est non minima muneris in hac Ecclesia mei portio, mutua nostra coniunctio id à me flagitat, et tua in pios omnes officia me vincunt. Quod utinam tuum illud opus tandem plenè abs te absolutum et emendate excusum videre et legere possimus. De garrulo illo Crellio omnino ita est ut scribis. Obsecro enim quae haec impudentia est, perinde in nos agere, ac si christi ipsius κοινωνίαν è Coena tollerem

teremus, qui eam etiam & in morbo simplici & in baptismo
ponamus? Et quid stultius est quam excolere oralem illam
manducationem statuere, qua posita concedere necesse sit Cani-
bi augmentum? Quid .n. prohibet quo minus quispiam eo
modo simul & mensae christi & mensae daemoniorum fiat par
ticeps? Sed haec & alia eiusmodi infinita effutire istos
quis miretur in reprobum sensum manifeste traditos? Sed
occurrit profecto singulis pene paginis seipsum iugulans.
ut qui ne nunc quidem antiphysica ab hyperphysicis &
gratiam unionis a gratia habituali distinguat & ipsa do-
minicae nolit essentiales proprietates, quas tamen salvas
cuique naturae manere velit, triste est excaecationis divi-
nitus immissae exemplum. Quid igitur potius faciamus
quam ut illos implere mensuram suam patiamur? nec
tamen sic prodetur à nobis veritas, etiam si scribendis
tot apologiis supersedeamus. Valde doleo tot doctissimo
rum & piissimorum virorum vicem ac nominatim etiam
illius, cuius ad me literas misisti, Cypriani pium illum
animum plane spirantes. Itaque cum illis ineptum plane
esse me statuo, & quod possum hoc ago. neque sane in
terram cadent, omnia Dei promissa in suis exaudiendis, aut
eiusdem

eiusdem in ulciscendis tuis hostibus minae. potens est insuper Dominus deus noster qui corda regum & principum quolibet & quorsumque libere inflectit, & suo tempore spiritum erroris expellit. Hac igitur spe nos sustentemus quae nunquam pudefacit.
De rebus nostris & Gallicis quoniam plenius ad hospitem tuum scribo, eadem non inculcabo. Bene vale Vir amplissime. D. Jesus te custodiat tuis cultibus, & sanctis tuis laboribus magis ac magis benedicat. Genevae. 19 Iulij. 1575

Tuus Beza.

Eximio Christi servo D. Laur: Durnhoffero Norimbergen. Ecclesiae fido pastori, fratri ac symmystae plurimum colendo.

19

De morbo tuo, Reverende Vir & frater plurimum observande, nihil audieram, Sed Deo ingentes gratias ago quod te in integrum restituerit. Utinam de communi illo nostro parente D. Bullingero idem sperare mihi liceret, de cuius valetudine parva quidem spes est. Correptus est etiam paralysi Bernae D. Hallerus illius ecclesiae columna. Sic a nobis demigrant optimi quique gubernatores, quibus pares sperare successores nobis certe non licet. quum tamen multo quam unquam antea graviores tempestates utrinque iam fluctuantes naviculae lateri feriunt. Sed age potens est ille Dominus & deus noster. legi Crellij scrip

tam valde imprudens, itemque Selnecceri κονκορδο, quibus nihil magis inter se repugnans fingi potest. Verum quid facias? Qui sordescit sordescat adhuc. Certe millies erit scribendi finis, si millies ista refutasse non sufficit. Malo totam controversiam explicare praeteritis istorum nugatorum personis quod aliquoties a me susceptum abrupi tamen veritus ne ignem fodicare viderer. Cogito tamen id rursus aggredi, si dederit Dominus, & miserrimus iste Gallicarum Ecclesiarum status patietur. De illarum porro statu plenissime cognosces ex iis quae ad D. Monawinum nostrum istuc scribo. Vestros illos adolescentes quos studiorum causa huc misistis scito nobis hic omnibus, ac mihi praesertim summe commendatos fore. Nam & hoc nostrum munus est, & mutua nostra coniunctio meretur. Bene vale, Vir eximie, & me quod facis mutuissim ama. D. Jesus compescat spiritum erroris & det nobis ad extremum in ipsius veritate perseverare. Genevae, 19 Julii. 1575.

Tuus Beza.

Nullas interdiu istas tuas ad me literas opinor. ac diligenter deinceps, similiter monitus observatio, cui meas committam.

Clariss. D. Doctori Joanni Hermano Medico Illmi principis Dnis Saxoniae Electoris Compatri & fratri suo carissimo.

S. D. Miror animi tibi tantum fuisse, ut plus fueris experiri ausus quod praecipue omnes maxime metuunt. Sed vix obtinebis quod quaeris et accidit tibi quod Alcibiadi, ποθεῖ μέν, ἐχθαίρει δέ, βούλεται δὲ ἔχειν. Credo in aliquo te odio esse ob prolixitatem commeatum de negligentius administrata curatione, ἀλλ' ὡς ἐμοὶ δοκεῖ τὸ ἀληθὲς αἴτιον ἐστὶν τὸ ἀπιστεῖν σοι εἶναι διὰ τὸ διαφέρειν σε αὐτοῖς τῇ γνώμῃ καὶ ὁμονοεῖν ἡμῖν. Nec te velim valde urgere missionem ne offendas τὸν ἄρχοντα a quo te diligi non dubito. τὸ δολερὸν καὶ ὑπούβδηλον καὶ ἄστατον καὶ πλεονεκτικὸν τοῦ ἐν τῇ τῶν μυσῶν πόλει ψευδαδέλφου καὶ τοῦ αὐτοῦ μηχαναὶ οὐκ ἄδηλα, οὐδ' ἡμετέροις ἄγνωστα ἐστι. μία ἐν αὐτῷ δεινότης ἐν τοῖς θείοις ταῖς ἰδίαις γνώμαις συνεξομοιοῦσθαι καὶ συνομοιοπαθεῖν ταῖς δόξαις καὶ τοῖς ἐπιθυμήμασι τῶν ἐν τέλει, ὀξυτέρας τρεπομένῳ τροπὰς τοῦ χαμαιλέοντος ἢ τοῦ ἐπεσβόλιν, καὶ τὴν φύσει ὥσπερ ψεύδεα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν ὁμοῖα. Ἐάσωμεν οὖν αὐτὸν συρράψαι κακὰ μηχανήματα, ὧν ~~αὐτὸν συρράψαι~~ αἱρέσεις ἐπ' αὐτῷ, τὸ δὲ τέλος τοῦ βουλήματος τοῦ θεοῦ. Τυχὼν ὡς ἕτερόν τι, ἑῷ κακὸν ἥπατι τεύχει ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη. Tibi vero quae impegit scelerata nec iudico. Nos in situ τοῦ κομήτου explorando sumus toti, quem fatale aliquid portendere certum est. Bene et feliciter vale. 28 Novemb.

Caspar

## EIDEM.

S. D. Gratiam tibi habeo de prolixa epistola, sed eo maiorem, quod de valetudine nostri Caronii accurate perscripsisti, quae me valde sollicitum habuit. Constitueram istuc excurrere sed cum de convalescentia comperissem substiti, ne inimicis meis ex conspectu mei oculi doleant. Ignosce igitur & date operam ut Deo auxiliante Caronium quam primum nobis restituatis. Rariore fieri mei mentionem doleo, quam ne refrices ulla umquam occasione oro. Optime ut spero mecum agetur, si conligero, ut mihi domi iis vacare studiis, quibus ab ineunte aetate deditus immoriar cupio. Ego dies complures illos tribus amico meo summo et Mareschallo, quorum istuc ... es in hilaribus. Si occasio sese dederit velim eum compelles. fortasse sponte te accersat. Nondum enim Catharinus eum exercere desiit, etsi a febre quae sane periculosa & longa sibi satis est: De Caronio nostro non desinas ad me perscribere quantum valetudini & viribus accedat. Apud nos habetur examen eorum qui testimonium petunt magno numero. non aberit. s. a quinquagenario. Haec olim grata erant cum essemus in gratia. Nunc vereor parum fore accepta, occupatis principum animis ab iis qui nos oderunt: Non desinemus tamen recte facere cum timore

& inuocatione Dei & urgere suae quisque uocationis operas. Redi-
bit tempus aliud. ἐν γὰρ χρόνῳ μεταβολαὶ λήξαντος ὅρου
& de me quidem adhuc comperio τοὺς συκοφαντήσαντας ἐμὲ κε-
ναὶς χαρίζειν χάριτας ut Demosthenico uerbo utar. Bene &
feliciter uale. 10 Feb.

Caspar

EIDEM. μὲν

S.D. ἕξειν τὸν καλὸν γέλωτα ἐνδέντα λόγον, ὃν πάνυ δὲ
γελοῖον ὄντα. πλείονα δὲ περὶ τούτων οὐκ ἀσφαλές. de reli-
quis autem rebus singulis pauca respondebo. Aliud περὶ ὀρνι-
θοθηρίας aliud uisum non est scriptum quam Gesneri uolumen.
itaque te iuuare non possum opera aut consilio meo. Oppiani
restant ἁλιευτικὰ καὶ κυνηγετικά. sed ὀρνιθοθηρευτικὰ nulla.
fortasse reperiuntur libri gallica aut Italica lingua scripti
de hoc argumento. ubi magnis principibus aucupia uulgata in
usu maxime fuerunt, quae ad hoc genus uenationum alere &
educare certa accipitrum genera soliti sunt antiquitus ut
falcones. De Baiazete primo Turcico tyranno narrant, quod
Tamberlanes exprobrauit ei summum studium aucupiorum,
inde quod sex millia ministrorum stipendijs ad solam edu-
cationem & curam falconum aluerit. Ne alia nunc ex-
currant. Coepit apud nos conspici Cometes, quem proxima die
Solis mane circiter sextam deprehendimus in templum aeris
primum sub asterismo Cassiopeiae ab [illegible] uersus Septen-
trione

tionem [illegible] in ipso meridiano. Species eius, figura
radiis et scintillatione vibrati prorsus a stellis non differt,
quod maxime mirum. Sed luminis puritate splendore et mag-
nitudine quidem ad visum stellas fixas omnes primae magnitudi-
nis et planetas omnes, una Venere excepta superat. Jovem
aemulatur a quo et accensus esse et tractari videtur. Heri situm
eius exploravimus, hodie distantiam a terra dimensuri
eramus, nisi conspectum eius nubilum coelum nobis eripuis-
set. Reperimus autem proximi colurum aequinoctiorum
circa principium [illegible] Arietis in ecliptica graduum — latitudine ab
circiter 64. Hic quid portenturus sit boni nondum [illegible]
nam libet. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]. Sed nihil plane simile habet cum iis quos antea vidi,
quae plerumque fuit flammea et flagrans species cum exerta
iuba, hic sine cauda et mere crinibus. Deus ministrat nostri.
Germanico fatalem fore metuo cum [illegible] Arietem in Ger-
mania [illegible] [illegible], et [illegible] oppositum librae signum, in
religio subiacet metuo cum [illegible] Ecclesiasticis rebus.
Sed de hac sane [illegible] [illegible]. Epistolam quam desideras
aut dare alii [illegible] a me missa. [illegible] non [illegible]
tam et miror. Forlasse accipies eam a [illegible] [illegible] feliciter
[illegible] precor. Miror [illegible] [illegible]. Bene et feliciter
vale. 18 Novemb. 1572.

Caspar

EIDEM.

S. D. Doleo optimi & reverendi soceris nostri vicem, cui ad senectam & senectae multiplices molestias intelligo accedere coniugis morbum, quam si hac aetate amitteret, quid quaeso accidere ei posset miserius & calamitosius? Ego precibus iuvabo eum meis, cum ante & consilio nequeam. ὁ πάππας ἐμοῦ ex catarrosa febri satis graviter decubuit, sed dei beneficio convaluit. Deserere amicum in casu necessitatis nec debui nec potui etsi domi me esse cupiverat. Illustrissimam familiam universam valere Deo gratias ago, & ut sit diu sospes atque incolumis opto precorque toto pectore. τῶν ἀρχόντων ὑπατευόντων καὶ τῶν πολιτῶν, καλῶς ἔχει καὶ τὰ ἡμέτερα. Aliud quod scribam non habeo. Nihil enim hic comperio, sed a vobis nova expecto. Salutem opto tuis collegis & socijs D. Doctori Bogelo & M. Philippo. Bene & feliciter vale. 11 Decemb. R̄de

Salutabis etiam reverenter ex me D. Caspar.

matrem Saltheriam & meo nomine gratias ages ei gratias maximas utroque nomine quod nuper in urbina ἀκροπόλει nundinarum me & tam humaniter hospitio exceperit, & tam clementer tulerit in nullam nostram inepte garrientem.

EIDEM.

S. D. Nullas accipio abs te literas quibus aut non significes te

te pertaesum vitae, loci & conditionis praesentis expetere mutatio-
nem, aut non deceris & adiungi nobis tertium collegam petas. Cre-
do versasque tibi ante oculos laceras triremes quas pater Themisto-
cles filium ab ambitiosa affectatione magnarum dignitatum in
Rep. Attica dehortatus, ei monstrabat, ut exemplo ingratitudinis
erga senes qui vitam, vires corporis & ingenij, fortunas pro
Rep. sua impenderunt, ubi consenuerunt in contemptum veni-
unt & negliguntur, Ut ergo exemplo tali revocaret eum a Rep.
ad privatam vitam. Memorem te ergo exempli Themistoclis
credo astute id moliri ut mature te subducas ex aula nec
senecta nec senectus contemptui expectato. Non erras meo
quidem iudicio. Sed bonus hic, verum non est te liberare. Nun-
ne vero si ego urgerem vocationem tertij, viderer me velle
ingerere. Neutrum ergo faciam, quod illud obtinere non possum
ut dimittaris; hoc me adducturus essem in suspitionem
sinistram, vel etiam in offensionis periculum. Sis asinus quem
Cang. asinum sors aspera fecit Cum plande perdam ferre sine
Ille sapit. Nosti versus. Expecta donec occasio sese dederit
opportuna & commoda. Poteris fortasse cum gloria liberari:
Interea mandato munere ut scribis hactenus sapienter &
fideliter fungaris, Regem & animum tuum Deo commendes.
Bene & feliciter vale. 5 April. 1571.

Caspar

Doctissimo & humanissimo viro D. Iohanni
Hermano Electoris Saxonici ἀρχιάτρῳ amico
Carιss S. Rostochij

S. Carιss. d. compater. puer meus laborat febri ἐφημερινῇ
& paroxysmos iam habuit septem aut octo, Cumq. illum indies
languidiorem fieri obseruauerim, coactus sum omnino tuae curatio
ni tradere, Te q. rogo, ut q(uo)d alijs non grauatim p(ro) humanita
te tua praestas, medicinam illi q(uo)q(ue) adhibeas. D Slosselius m
eas lr(itt)e(ra)s mihi tuas, te absente praestitit, ac q(ui)dam p(ro) candore
suo commemorauit qua eiusmodi sunt ut merito uolupta
tem mihi adferant, s(ed) de Hafniensium theologorum sin
ceritate & pietate. Utinam omnes sint tales. Δεῖ τὸ χρηστὸν
τὸν τόπον ἔχειν. Hoc te grauiter hactenus posuisse,
ideoq. carum esse bonis oio. exploratum habeo. Faxit Deus
ut relicto seu superato potius Baltico sinu ad lares nos
teriores tandem salui reuertamur. Videor enim mihi
audire gemitus ac uota familiarum nostrarum. Vale
fel(ici)t(e)r, & te a me constanter diligi, nihil dubita. E
Fridrichsburgo, αὐτοσχεδιαστὶ. 19 Augusti A° 72.

Georg Cracov

EIDEM

S D. fuissem ad uos accessurus cum primum coepissent mi
nuj

nisi agnes, sed quia in arcem Lochanam ventures nos
intelligo differam iter meum usque ad illud tempus. Credo
significaturos vos mihi quando sit futurum commodum venire.
Me atrox & virulenta & falsa calumnia levissimi hominis
quam & Academiae & ordini Ictorum & mihi impingit iure
offendit. Nec videre possum quam debeam de Academia con-
cipere spem, talibus hominibus si & aula faverit & patroni con-
ligerint. Ipse de patronis non obscure gloriatur & eos nomi-
nat quos minime id facturos crediderim. Sed vivat scire
Academia, modo mea culpa non vivat. Quae mea consilia,
qui labores, quae sollicitudines fuerint, testabuntur & collegae &
consilio gubernatioque huius Academiae: sed benedictioni di-
vinae haec omnia tribuo. Paulo post, si istius retusa &
vindicata audacia & imprudentia non fuerit, faciet quodlibet
quod libebit, nec licebit nobis aut queri de quoquam in
aula aut consistere inter nos. Meus collega quem
Augusta huc adduxi, talem se gerit ut non modo nullus
sit eius usus in Academia, sed ut sit nobis dedecori.
Quid faciam? queram ne de eo? nunquam faciam. Idem eni
mihi quod Ictis accideret. Haec apud te effudi. Sed
plura coram. Nihil omnino tam mihi dolet quam quod ille
vos se patronos invenisse gloriatur, quos ego putassem

minime

minime & offendor quod licentiis illorum nobis non auditis. Sed mitte vadere sicut vadit: mihi constitutum est quod velim facere. Vale 16 Novemb. Caspar.

Ad insomnia mea accedunt vomitus ex defluxu catharriorum in stomachum sic ut pene nihil retineam aut concoquam. Nec vestigiu valeo qui si nihil comedo & ieiunus nubilum eo.

EIDEM.

S. D. Scriptas abs te Praga satis mature accepi & respon- dissem nisi discessum vestrum meas antevortisse existimas- sem. Spero autem rebus ex sententia gestis salvos vos & in columes domum redijsse quod presto ardentibus votis precati sumus qui fortassis & pericula intelligimus & servitutem nostram melius considerans & accuratius quam multi apud vos aut vino aut voluptatibus ebrij. Certe angimur de salute principis nostri & nunc non levibus excruciamur, de ijs quae volutavi in demus multis scriptionibus. Quicquid autem acciderit, moderate certa spe clementiae & auxilij divini feremus tri- gentes nos hac consolatione quod diliximus veritatem. Idque retinere & tueri dum vocem studiumque quod semper eadem sonuit in cathedra & schola mea, & quaesiuimus pacem, tulimusque concor- dies ita manifestas iniurias omnes simul nostri. Scribas

autem

autem ad me de omnibus prolixe, ac de thermis imprimis, unde istam de me suspitionem sumseris quod sim in comitatu futurus. Si processerit profectio, certe nolim. Bene et feliciter Vale. 9 Martij. Caspar.

EIDEM

S. D. Etsi ex tuis literis nos longum iter instituere et me isthuc accersendum esse intellexi, tamen nec quo tendatis conijcere possum, nec quis sit mei usus futurus si peregre abeatis video, nisi me denuo in pistrinum detrudere et concludere cogitatis. Sed cum nihil mihi sit significatum et ego accelerare nos iter suspicer, spero fore ut relinquar domi quod unice opto. Quod si hac transeundum nobis sit gratum me praemoneas. Optime enim occultabo, si clam id esse volueris, et scis me ad taciturnitatem in aulis necessariam mediocriter esse assuefactum. Etsi ubicunque sum, molestiarum plurimum experior, nec desunt qui me exagitent in his pulveribus scholasticis per se turbulentis: tamen omnia haec perferre et devorare malo quam genus vitae et non laborioris mutare. De his vero coram ubi convenerimus. Salutabis R. et C. V. d. Doctorem Mariam patrem meum. Vale. 21 febr.

Caspar

EIDEM.

S.D. Clarissime D. doctor, compater colende & cariss. etsi non dubito te propter auspicia priorum laeta in summo luctu & moerore esse: tamen nosti metas nostrae artis esse circumscriptas ac definitas divinitus, ultra quas progredi non possumus. Cum itaque feceris quod fuit faciendum, & eventum Deus aliter gubernaverit, non est cur te tanto pere excrucies. Narrabat aliquid mihi Cornelius, & videbatur bene sperare sed dubitanter tamen ita ut mox ex eius sermonibus intelligerem esse animo turbatiore. Valde me haec tam repentina funera consternarunt, & quia optimo principi condoleo, & quia metuo ne ex moestitia tam diuturna & tot casibus saepe renovata, nostris Cels. aliquid mali oboriatur & aegritudinis. De his coram quia spem nob. de adventu tuo facis: Inde conijcio te veniam vel impetrasse vel impetraturum esse ad coniugem visendam quae Dei beneficio recte valet. Bene & feliciter vale. Salutem reverenter opto clariss. viro d. Doctori Neefio. Idib. Ianu. 1566.

Caspar

EIDEM

S.D. Gratulor vobis successum in medicationibus chirurgicis, & metallica quae misi Illmo Electori grata fuisse laetor. Pergite strenue ut aliquid inveniendo

ampli ficetis

amplificatis Chirurgiam & a quo ut olim à Chirone, Achille, Lysi
macho, Gentio & nonnullis alijs haec eadem medicinae pars aucta
& illustrata est quorum memoriam & celebritatem plantarum ipsorum note
rum & medicamentorum nomina retinent, Sic a nobis ex nouis
inuentis aliquid afferatur quod memoriam Illmi Electoris conse
cret posteritati etiam hac in parte. Si tranquilla essent &
leta tempora, dulciora essent haec exercitia quae in principio animum
requirunt. Sed nolim reip. curam quae perturbationes & tam pe
riculosissimo impediri his studijs. Galliam anhelare ad pa
cem latet. hispani si inulti maserint fiet hoc summo nomi
nis germanici dedecore. Sed fortasse excitabit ultorem Deus
insperatum aliquem. Bene ac feliciter uale. postridie Cal.
februarij

Caspar

EIDEM.

S. D. Tu uagaris per syluas, Ego per Misniam & Turingi
am occupatus nec suauibus nec gratis negotijs, sed non
renuo ulla onera, modo consulatur gloriae dei, saluti consci
entiarum, tranquillitati sacrarum regionum & ecclesiarum:
Nec de mea uoluntate aut Illm principem aut quemque
nostrum dubitare puto, etiamsi finem quem peto, non
semper consequor. Ante abitum scripsi orationem Decano de
modo confessionis Cronisciae, causis, mixtiones, separationes
& coctionis

& celtionis explicatis, id fieri propter reteros ut qualo sit gerg
potius intelligant, nec prorsus ut facimus damnent. Tu tuum
mihi iudicium perscribas. Nostra Academia ita creuit ut
in communi mensa nullus sit locus amplius. Deus adsit nobis.
Bene ac feliciter vale. 9 Augusti. Misenae 1567.

Caspar.

EIDEM

S. D. Mittimus quod nos extreat & faligt, si olis abunda,
tis. Rogo autem ut censuram adhibeatis seueram. Non nobis
enim sed posteritati leges condimus & multa elevimimus
in literis quae nos cogunt de tali ordine vigilare, longe
atrociora & maiora his quae indicauimus. comperimus enim
Plateanum eundum dedisse medicamentum ad foetum depel,
lendum & alia commisisse flagitiosa. Sed haec tibi. Dissimu
landa enim duximus, donec consulamus publico statui.
Ego de posteritate cogito, & cupio ab omni parte ita consti
tuere Academiam ut successores nobis curae fuisse sta,
tum publicum intelligant. Te hic ad pharmacopola
ampliùs expectamus, nisi citius adueneris. Vellem ante
te aduenire citiùs. Nam ad 11 Aprilis futura hic in his
palatio publica et asthmate m. q. reddebit M. Schonborn.
Optarim te tuas nobis num sententias conferre. Si quid habes
responde per hunc tabellarium quem iussimus mox redeuntj
ut in posterio hic sit. Nihil .n. affert nisi responsa

de

de beneficiarijs & nostra statuta, qb. relegendis tribunalis
aliquid temporis & confirmationem impetrabiles. Bene &
feliciter vale. Cal. April. Caspar.

Defatigatus sum scribendo: toto .n. biduo
desidens domi super quinq. qter menses gesserij. Ua obruor.

EIDEM.

S. D. Responderam literis tuis proximis, his quas ex Sieroda
receptas nunc mitto. Magnum quiddam fecisti cumq; idq
successitte tibi ex sententia laetor. Mihi & sorori tuo solliti
tudinem iniecerat non mediocrem quam D Cameniq nobis
reperuit. fortasse minus te domicepss fatigabunt: sed nolim
te urgere dimissionem. Monuisse semel satis sit & desinent
te exagitare amici, ubi quo sis animo perspexerint. Scri
bas ad me quid vocetis in vestra officina beloricum album
quod sementinam. Video .n. haec vobis in multo usu esse.
Iudicium verbum paralysis sit vocant sem premelum veris
esse album beloricum, sed reperio vos distinctim uti
utrisque. Apud nos expectare te desijmus posteaquam
redijsti ad tuos. Non dimittet te .n. puerpera uxor sancta
& festina omnia premimur. Cetera deo commendemus
quem spero brevi finem facturum miseriarum quibus nunc
conflictamur

consultamur, quod serio precamur, & in memorialibus eundem nostri consessus crebrius atque ardentius. Interroga quibus diebus armamentarium, aerarium & castra sint de caelo tacta & significa mihi. Bene & feliciter vale. 7 Decemb.

Caspar

EIDEM.

S.D. Votum tuum ut scias esse exauditum. Intra paucos dies Collegam habebis. Quem inquies? Miraberis sed habebis. D. Paulum Lutherum, cuius adventum ad diem Mercurii aut Iovis hic expectamus. Hoc tecum in tacita relinquetis donec publice fiat notum. Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi precor, ut hoc consilium bene vertat ad incolumitatem & salutem Illustrissimae domus & alia commoda. Ille ergo ubi advenerit, spero me missionem impetraturum. Versor hic cum maximo taedio ὅτι τὸν ἄρχοντα ὁρῶ χαλεπαίνοντα διὰ τὴν ἀλεξίαν. Dresdam remeavimus, sed quando aut quo die id futurum sit certo definire non possum. Bene & feliciter vale. Celeriter. Sloppena. 16 Iuly.

Caspar.

EIDEM.

S.D. Laudo studium tuum quod occasiones scribendi nullas praetermittis, & laetor inprimis probasse Illmum Principem signi-
fica

ficationem subiectissimae affectionis & studij nostri, quae suumque aliis inferioribus officiis magis declaravitque. Nostra schola quo magis premitur tanto insurgit magis & crescit. Supra 150 intra unum mensem nondum completum catalogo inscripti sunt & magno numero iam Austriaci huc confluunt, qui hactenus plerique solitti sunt. Rectum tamen meum Doctorem Heruanum nondum conversum ac audierunt. Id circo nihil ei scripsi, expectans reditum de quo tibi compareo, Cyprianum quidem in examine specimen beneficiarij ipsius praebuerunt. Bene & f. vale. 28 May. 1571.

Caspar Peucerus D.

EIDEM.

S. D. Sistit sese D. Lutherus ad obeundum munus demandata & suscepta provincia, Oro Deum ut regat & fortunet consilia & medicationes ipsius Principum & reip. Ca. Ego mihi tenio multiplicem molestiam quae consumor, spe liberationis aut certe remissionis quam nos loco nostro invenabilis mi..., sedis mei. Lutherus spero factorum esse id quod recepit. Tibi licebit securè otium agere cum summa animi tranquillitate. Utinam mihi concederetur otium ad necessarios labores quos ante finem vitae perficere cupio: quos solus si non carem remotus a strepitu omnium publicorum negotiorum & à nostro

splendore.

splendore minus gauderem & dolerem minus. A reditu ex aure Lorhana & ex urbe Dresda miror nos ad me nihil scripsisse. Expectaui τὰ τῶν ἀρχόντων ... περὶ τοῦ ... Sed facilius excusas habes cur nihil scripseris. Bene & feliciter vale. Cal. Octob. 1571.

Caspar.

EIDEM.

S. D. libenter fuissem tecum collocuturus si de aduentu tuo aliquid praesciuissem, aut reditum si meum expectasses. Scriuis n. Witebergae te esse cognoui & quidem narrantibus id mihi nonnullis ex aula. Certe non existimo nos hostes esse cum plerique nos existiment delitiarum Marchiacarum & absentiae tam diuturnae pertaesos properaturos quantum per itinera & dierum breuitatem licuerit. Cum ergo colloquendi occasio negata fuerit, literis exponas mihi si quid me scire aut noluens aut mea interfuit. Poteris res recte committere Abrahamo. Lutherum puto se accingere ad iter, cui precor felicem & faustum. medicorum cursum in aula. Me enim liberatum iri spero cura & sollicitudine quam sustinui hactenus, nec fallor vanitas me uocatum iri. Ea fiducia me praeparo ad alios labores quibus quod reliquum est uitae impendere Deo adiuuante decreui. Bene & feliciter vale. 22 Septemb.

Caspar.

EIDEM.

S. D. Haeremus hic & cum desiderio expectamus felicem partum
Illustrissimae dominae. Tuli nostra liberalius domi suavi olim agis
Sed spero me deinceps et varijs vocatum iri. Curam expensam
curam ubi vel hic tu memoris vel istic ego. Salubris & tu.
Miror hic cur non expatieris in noctem unam colloquio tecum.
Poteras enim hic latere & postridie summo mane cum noctu,
is & nos perditionibus avolare. Caetera quae ad Illmos, bene
Dei beneficio se habent omnia. Deus compleat gaudium quod spe
felicis partus concepimus & fovemus. Mittas mihi quaeso
primum della grana mastiches per inclusa hic charles pe
cunia. Offasiones et tune in momenta. Vale. & tuis.
Camerarij epistolam quaeso Lipsiam quam,, Caspar.
primum mittas.

EIDEM

S. D. Misi hodie ad te epistolam transmittendam Witeberga
ad D. Eselinum. Eam huic commendas tabellario qui ablegatur
ad tuum socerum ut commonefaciat eum de picturis prin-
cipum & insignium theologorum collocandis ἐν τῇ σεβαστείᾳ.
Multum refert ut illam epistolam Peslius accipiat primum.
Me liberatum aliquantulum sollicitudine multiplici magno
Dei beneficio, cui sempiternam gratiam debeo & agam, nunc ex-
ercet desiderium uxoris, & huius loci ... τοῦ ἀττικοῦ τῆς
φιλίας tedium. Sed expectandus erit ὁ σύμφορος ἡμέτερος

qui

qui conducitur. Illius negotio confecto, dabo operam ut me reci
piam ad meos & in posterum latitam. Non invidebo cuiquam
aulicas delitias & dignitates: modo mihi non invideatis studias meas.
Hodie Ill^mus pr. Elector librum dedit mihi taracelsicum, cui vetus
ter Episcopus nomen suum & manum inscripsit tanquam a se confecto.
Re dissimulata iussit Elector me librum legere. Intellexi consilium.
Adscripsi Iudicium: Procreas homines ex lapidibus & eadem cum la
pidibus naturam habere cum Deucalione & Pyrrha, & ex iisdem
medicamenta conflas: Sis ergo lapis & medicinis lapidibus non
hominibus. Sic reddam librum. Collegam tibi plurimi salutem.
Bene & feliciter vale 17 Iulij.

Caspar

## EIDEM.

S. D. Saepe te desideravimus in disputatione nostra quae inter
medicos nostrales pariter adferrent a Liodolpe de his, quibus
di...ne & ...ne maxime opus est. Movi ipse tamen
nonnulla quae praebuerunt causam dicendi de his in quibus ordo est,
sic consistit. Clientes mei satis bene se gesserunt & suum
quisque locum cum gloria tutatus est. Accuculi vestri ambo
...itas & gratia in aula ne vos turbet neve offendat vehe
menter oro. Veniet tempus quando patronos suae piget
& poenitebit τοῦ ... & vobis vestra dignitas
cum faenore restituetur. Conflent, difflent, decernant, con
cernant metalla ... τὰ ἴδια ... ...

παρέωσεν φέροντα. Id etsi scio quam sit difficile, multa tamen
bona tibi à Deo et μὴ παραυτίκα φαίνεσθαι, ἀλλ᾽ ἀνὰ χρόνον
εὕροι τις ἄν. De pragensi itinere scribes copiose & amicos
quos inveneris reverenter salutabis omnes, ignotos etiam mihi
gratis habes. Bene & feliciter vale. Cal. Febr. Salutem quoque
reverenter clarissimo D. Doctori Hieron.

Caspar.

EIDEM.

S. D. libenter multa scriberem si quid esset scriptione dig-
num. Desideo domi intra aulae claustra, sapio totos dies af-
fixus lateri principis Christiani. Nihil audio nec comperio
eorum quae intra vel extra urbem fiunt. Ignosces itaque in aulicis
literis & ad me crebrius crustas conferasque rebus novis
mittes, inter quas si de tempore velit nostri certi aliquid
expresseris, nihil feceris gratius. Perit enim hic omne mi-
hi tempus. Animum propter interpellationes crebras &
diuturnitatem ministeriorum ne quidem ad meditandum
aliquid componere possum. Itaque quasi praeparo me ad
scribendum, aggressurus scriptionem totis viribus tamen
ubi rediero. Devinctae enim a me pendent publicorum omnium
cogitationes. Tuas proximas Baltasari datas accepimus, quibus
addita erant D. Ciceronis epistolae ad ostium fieri scripta.
Bene & feliciter vale. Saluta reverenter sodalitium
tuum

tuum D. Joannem Ferrisium, M. Philippum, M. Ambrosium & ceteros. 10 Junij Caspar

## EIDEM.

S. D. Speraveramus nos citerum nobis reductiorem tempestatem, sed pene enecamur frigoribus in his Sudetum scopulis. Non miramur itaque hybernis nos quoque temporibus infestari. Reditum uno ore omnes & ijs tum nobis optamus & expectamus. Nemo est quem tedium loci & fastidium thermarum non ceperit, quum nunc πόνος ὁ ἐσθλός, cuius ut bene feliciterque eveniant, simul fortiterque occurrerimus precamur. Facile credo te medicationibus occupari, sed vide ne nimium te fatiges ut barbatus sis gratior! De natalis cum filij gnato ne negligas. Mea & academiae interest plurimum ut properem. Uldrico nihil nisi necessitas aliqua venerabiliter, quam ut Deus clementer amoliatur precabor. Bene & f. Vale. 16 April. 70.

Caspar.

## EIDEM.

S. D. Clarissime d. Doctor, compater & frater colende & carissime. Ubi ea est ἀσφάλεια & tranquillitas, ut nihil nisi de nuptijs scribi possit, ibi res secundae sunt & florentes. Tales esse res vestras tuas literae ostendunt. Optarim nobis talem tranquillitatem, sed invenitur nunc nobis Diabolus, a quo oppugnamur undique, sic ut nos quodammodo capiat tedium conditionis praesentis. Externas turbas non in Academia

mia quae Dei beneficio tranquilla e sed in Saxonia de
derit sceleratus quidam nebulo qui ob seditiosas et factiosas
molitiones mendaciis et periuria exclusus sparsit narratio-
nem mendacem et maledicam de quibus conqueruntur Electoris illius quibus
Academia opposuit scriptum publicum. Sed post scripti illius
publicationem comperimus in Saxonia iam scelera eius inno-
tuisse. Wir müssen gedult haben. Salutem dico Academiae nostrae.
Deus eam tuebitur et servabit. Bene ac feliciter vale. Ex-
emplum scripti peto a Christiano. 15 Martij
Caspar.

EIDEM.

S.D. literas tuas et Cratonis accepi. Cratonianis nihil inerat
praeter iurgia et expostulationes usitatas quod non scriberem tu-
tius quoties ille cupit. D. Paulum Lutherum nobiscum fuisse
valde optavi me consolaturum. Quod si nondum abijt reddes ei hanc
a me epistolam, si abijt remittas, Nolim enim in manus pervenire
re alienas. Hortensia absolvi. Nunc ad mea me Chroni-
ca converti ut quod per hoc tedium temporis fallam et si
satis instructus libris non sum. Miror te de laboribus et mole-
stijs queri, de communis ingentibus aerumnis quas inter ex
aegrotis cumulas non queri. Nobis vero quod accidit de nova
libus hic molestias solitudinis quas ego minime assensi.
Sed

Sed perferam omnia libenter modo exitum uideam optatum & latum. Bene & feliciter vale. 5 Iulij Caspar.

Clarissimo uiro doctrina, pietate & sa-
pientia praestantissimo dno Philippo
Melanchtonj, praeceptori suo tanquam pa-
tri reuerenter colendo & amando.

S. Clarissime praeceptor ad superiores literas de sycamino respondeo tibi non ut doceam, sed ut beneuolae uoluntati morem geram: quid ego enim de his ad te, de quo illud πα-λαιὰ κε πολλὰ εἰδὼς uerissimum. D. Lucam sycamini & sycomori mentionem facere nostj, prius quidem sycaminj, postea in historia Zachej Sycomori meminit: Ac uerisimile est medicum non ignorasse discrimen inter has duas arbores. Dioscorides quidem noster affirmat Sycomorum quoque dici Sycaminum διὰ τὸ ἄτονον τοῦ καρποῦ: uerum huic reclamat Galenus & duo diuersa capita de Sycamino & Syco moro lib. 2 de alim. facul. facit. Copiose autem de appella tione utriusque sycaminj & mori disputat, deinde de Sycamo ro agit, cuius fructum inter ficum & morum medium quid dam statuit & arborem uoluit Italiae ignotam se in Alexan dria uidisse refert. Plinius Sycomorum ficum Aegyptiam appellat, Celsus Morosycon. Arbor quae in Italia uulgo Sycomorus dicitur descriptioni Theophrasti plane non conuenit. Cypria
fic

ficus quae ex Creta allata est, aliquam similitudinem habet,
id quod Dioscorides quoque ostendit: Eam vidi ventis sine fruc-
tu. Matthiolus autem pinxit cum fructu: Ideoque de fructu
Sycamini nihil ambigo, de Sycomori, quam e lumaro stipite
ramorum exire omnes affirmant, quid scribam non habeo.
Arabes Iumeiz vocant, Hebraea appellatio Schikam quae est in
Amos nihil ad eam convenit, sed non iudico valde reprehendendum,
etiamsi de sententia Dioscoridis Sycamorum Sycaminum ap-
pellemus. Discrimen autem quod ponit Galenus arbitror
convenire lectioni quae est in Egypto lucet: Verum si quid tua hu-
manitas melius aut evidentius habet, ostendat quaeso. Nunc
tuo quoque iudicio doceri et confirmari cupio. Multis literis
apud summum meum Iohannem Baptistam Augustanum,
existimationem de te candidam atque purum superioribus annis
pro mea erga te fide et observantia conservare et tueri sum
conatus: Et cum ille a te nescio qualis damnatorum iudi-
cium requireret de rebus ipsis inter nos est disputatum. Nu-
per autem accurate scriptis literis corporalem manducationem
τοῦ σωματος τοῦ Χριστοῦ, Φυσικὴν οὐ ἐχουσαν quam illi
realem communicationem Idiomatum vocant, et manduca-
tionem Christi impiorum tueri est conatus, quibus literis
minime ociosus et animo multis alijs curis distracto ea
rescripsi

rescripsi, quæ in hanc epistolam conieci, ac ad tuam humanitatem mitto, ut si verum sentio de scriptis apostoli & tuis collegiis videor, me confirmes, Sin erro in viam reducas, idque ut facias te omnibus precibus oro. Mi Philippe, mi præceptor, & pater veniam des mihi si non rationem tuarum occupationum habere videor, nec existimes me ullis partibus infestum, neque mei officii oblitum. Inquisitionem veritatis iudico pertinere ad omnes & teneri omnes mandato divino: Professionem autem maxime decere & semper expectam esse theologis qui nullum periculum recusare, nulla scandala aut scrupulum incommoda formidare debebant, siquidem velint vulpa navicare. Luthero propter veritatis illustrationem & tuitionem non fuisse errore iniurii. Expergiscere optime mi Philippe, et extra & externa alios, succurre bonis & moderatis. In mea epistola quam festinanter scripsi quædam concisa sunt, nec satis propria, Verum corrigere gratia sic ad Chencelium quæ missa noluj. Oro te per quicquid possum ut planissime rescribas. Bene ac feliciter vale mi præceptor. Caspavum quem silere miror, saluto. Vratislaviæ. VI Martij. 1559.

T. hum. obs.
Ioh. Crato D.

Responsum Philippi Melanchtonis ad hanc Cratonis epistolam requiri superius ep: 10. post P. M ad Culling.

Clarissimo viro, eruditione & virtute praestanti dno Johanni Cratoni, doctori artis medicae, fratri suo carissimo.

Clarissime vir & carissime frater: ὅσον ἔαρ χειμῶνος, ὅσον μῆλον βραβίλοιο ἅδιον, τόσον ἐμὲ εὔφραινε dulcissima & eruditissima epistola missa de remedijs λιθιά-σεως, in quo succi ni pulmusculo addis pulverem ex ossibus palmarum καὶ μεσπίλων: quare tibi & debeo & habeo gratiam. Sed nobis versiculi theocriti de quibus cogitabam cum legerem tuas palmulas & mespila praebent novam quaestionem. Cornarius iudicat βράβυλα esse nostri sentiris fructum Schleen, Alberto pruna sunt. Tuum iudicium quod est? Colloquamur enim de natura rerum in qua tot illustria vestigia Deus impressit ut de se & providentia nos commonefacerent, quoniam de imperijs laeta scribere non possumus, quorum fatales & seneos conversiones impendent: Inter has tamen filius Dei protegit suos caetus de quib. dixit Nemo rapiet oves meas de manibus meis. Bene & feliciter vale & rescri-be. Cal. febr. 1555.

non edita. phil. mel.

Phalaris tyrannus industriam & fidem medici Polycleti laudans inquit se laudare eum φρονοῦντα ἄξια τοῦ θεοῦ κτίσαντος τὴν τέχνην. Clemens Alexandrinus re-citat

citat veterem versum Heracliti quem dicit familiariter usur-
patum esse à philosophis & vitam philosophicam ita pingi, πολ-
λὰ πλανηθῆναι διζήμενον ἔμπεσεν ἔνδον.

Philippus Melanthon.

Clarissimo viro, doctrina & virtutibus
sapientia praestanti dno Philippo Me-
lanchtoni, praeceptori suo tanquam patri
reverenter colendo.

Clarissime vir & carissime praeceptor, laetor te delectari
nostris scriptionibus & in hac animi inductione libentius ac
frequentius meas literas ad humanitatem tuam mitto. Nunc
autem ut de brabylis respondeam & excellenti tuae eruditioni
nota perscribam, moveor epistola suavitatis & humanitatis plena.
Galenus noster βραβύλων bis meminit, In 2 de facult.
nat. ait βράβυλα esse fructus mali succi, exiguique nutri-
menti: In 6 κατὰ τόπους, cum στοματικὰ medicamenta re-
censet, ibidem fructus exiguum, fruticis quod illum fert nullam
mentionem facit. Cornarius autem affirmat ποτήριον esse
fruticem, quem nos appellamus Schlehendorn, & cum eo sic
sentit Amatus Lusitanus. Sed utrumque in errore esse facile
apparet iis qui Tragacantham conspexerunt. Ego vero cum
in Italia Tragacantham viderim, in Cornarii sententiam non
eo. At Valerius Cordus eruditae multis rationibus opinionem
Cornarii refutavit, quibus addi haec potest quod prunus syl-

nostra dici Slehen adstringunt alvum, βραβυλα ut autor
est Athenaeus dicunt et quasi την βορας εκβαλλουσα dic-
ta putantur. Sed fateamur sane esse quaedam in adstrictoria
condita quae alvum moveant ut de Myrobolanis manifestum
est. Illud tamen Cornarius in veterum graecorum scriptis
vix reperiet βραβυλα esse pruni fructum. Quid igitur sint
βραβυλα cogitandum amplius censeo. Nam prunorum
multae sunt species. Caeterum fructum seu arbusculam Sle-
hendorn in dico esse spinum cuius meminit Virgilius in Ge-
org.: Et spinos pruna ferentes. At fructum Slehen omnes doc-
ti pruna sylvestria vocant a quorum sententia ego propter Cor-
narij opinionem non discedendum puto. Tum Galenus atque ex
prunis ac brabylis στοματικον medicamentum efficit et eas-
dem affectiones tribuit. Sed ut verum fatear, ego scripto ex
Cornarij cuiusque sum studiosus, nec illorum contentionibus
et convicijs quibus scripta complere studeat, delector. Multo minus
hoc probo quod Cornarius rectas et bonas sententias et earum
conversiones suo arbitrio immutat. Verum de his satis. De
publicis quod scriberem non habebam. Te a me diligentis-
sime coli ac constanter et reverenter amari, ut certum et
exploratum tibi habeas magnopere a te hum. peto. Te
cum omnibus tuis felicissime valere opto. Salutem adscribo D.
Magistro Paulo

Magistro Paulo. Vratislaviae. 1. Martij 1555. Moibang nu[per]
rediit ex Italia ornatus testimonio studiorum artis medicae, estque
apud dn. Joannem Bapt. Hencelium summum virum Augustae.
Eum ut his difficilimis et perturbatissimis temporibus consilio tuo
iuves oro. Cuperem enim huc vocare, nisi is rerum esset status
ut ipse malim alibi potius quam hic vivere. Nam nos quorundam
operatione in miseram servitutem redigimur, et exactionibus exhau-
rimur: item et alia sunt ἐν χερσὶ quo ut Deus benigne avertat
oramus. Sed de his melius fuerit nihil scripsisse.

Johann. Crato D.

Clarissimo viro et omni doctrina ac
virtute praestanti Do: Mattheo Wesenbecio
eruditissimo Iurisconsulto et scholae Wite-
bergensis antecessori

S. Etsi divinitus accidit ut D. Monavius noster longius
in illa sua peregrinatione Gallica non progrederetur: doleo tamen
hanc mihi occasionem ereptam videndi et amplectendi hominis
mihi amicissimi merito suo, accedente praesertim abs te illius com-
mendatione: quae ut necessaria non fuerit, tamen maximum
apud me pondus habuisset. Praestat tamen illum spe sua fuis-
se deceptum et me quoque ista voluptate privatum, quandoquidem
dem ita Deo opt. max. placuit. De meo illo antagonista,
vel potius veritatis adversario gaudeo me nihil proxime

præteritis nondum accepisse, quam potius optarim in nuitate ac-
quiescere & nos pati melioribus potius in rebus quam in istis nugis re-
futandis, quod nobis vitæ reliquum est ponere. Quod me hortaris
ut in illis meis novi testamenti annotationibus laborem, recte fa-
cis & scito te sponte currentem hortari: si modo perpetuæ curæ
& sollicitudines pro fratribus meis quotidie ingruentes ac me sa-
ne opprimentes patiantur. Certe hoc mihi concessurum Domi-
num spero Christi fortè illi videatur hoc etiam munere me do-
nare ut tandem hostium in portum illum quietis sempiternæ
(... ) ut sub hoc vel illo mihi gratissimo onere animam
exhalem. Tertullianum suscepi ante aliquot annos emaculan-
dum, quo scriptore quantumvis in nonnullis dogmatibus impu-
ro nullum unquam neque græcum neque latinum meliorem fuisse
arbitror. Utrumque laborem spero, si mihi quietis aliquid con-
cesserit Dominus Ecclesiæ non inutilem fore. Non pauca alia
sum etiam aggressus, sed nimirum sane multa in isto labori-
osissimo munere. Spero tamen hanc προθυμίαν bonis ingra-
tam non fore, etiamsi non omnibus satisfaciam. De tuis eru-
ditissimis scriptis gratiam maximam habeo. Hotomannus &
Bonifidius cœperunt apud nos ius etiam nostrum docere,
doctus uterque & quod reipsa cognovi tui nominis tuæque dig-
nitatis amicus. Sic tempus hoc consumimus in ea quam
nobis Dominus concedit quiete. De rebus Gallicis hoc
unum

T

unum habeto. Vel ipsi isti Madianitæ brevi consicient, vel quos arma ne nunc quidem vincere potuerunt, pax ista debellabit, nostras inquam miseras & in suā fata ruentes ecclesiarum gallicarum reliquias. Bene vale vir ornatissime & me quod facis mutuo sim ama. Geneuæ. 26 Augusti 1573.

Tuus Beza.

## D. Christophoro Her-desiano &c.

S. Etsi non dubito quin & ipse inprimis benignissimi parentis nostri spiritus qui suos consolari non desinit, ideoque παράκλητος appellatur, & multa doctrina & magnus rerum usus ea tibi omnia suppeditet quæ ad leniendum hunc luctum iustissimum luctum faciunt, putavi tamen tibi officium amicissimi hominis ingratum non fore. Ago iam annum cum unica uxorcula mea quamvis sterili tamen longe charissima, tricesimum tertium, qui cum invenis vixi & nunc Dei beneficio tranquille, quantum res humanæ ferunt, consenesco: Itaque inepte fortasse consolator accessero orbitatem uxoris nunquam expertus. Esto id vero: Nihil tamen obstat quo minus ea adferam reme-dia quæ adversus gravissima quæque mala valeant. Sic igitur in acerbissimis quibusque casibus consolari memet ipsum non sine fructu consuevi. Statuo inprimis nihil temere eve-nire

nire, nec quid q̃ esse iustius, q̃ ut cum Deus omnia sapientiss-
sime decernat, illius uoluntati libentibus animis acquiescamus.
Porro postea longius, quoniam haec dei uoluntas in huiusmodi
casibus quum illum nobis infensum exhibeat, recreandis certe
nobis non sufficeret: Itaque Deum non modo ut rerum omnium
moderatorem, sed multo magis ut parentem in Christo mihi pla-
ne conciliatum mente intueor, & ubi meipsum in hac certissi-
ma πληροφορία ex infinitis ipsius in me peculiaribus benefi-
ciis confirmaui, sic apud me cogito: Iratus quidem pater est
sed pater est. Statuo igitur non modo iustum fuisse ut eue-
niret quod euenit, quia iustus est qui hoc decreuit: sed etiam
bonum id & commodum esse, quoniam benignissimus ille pa-
ter cui nullus est in terris similis pater, filiis suis quantumuis
indignis tamen filiis male consulere nunquam potest, quia
ne uelle quidem id potest quoniam a seipso dissentiret. Con-
uerto me postea ad illos quibus me priuatum fuisse doleo, &
ubi quid illis boni a Domino accesserit cum iis comparo quae
mihi illorum amissione decesserunt, statuo multo aequius esse
me ipsorum commodo laetari q̃ mei damni sensu affici, ne
meipsum potius q̃ illos uidear dilexisse. Istas cogitationes
quia cum uerbo Dei consentiunt a quo uno leuamen petere

pelere nos & sperare oportet, & mirifice me iuuerunt in communibus & priuatis multis miserijs: idcirco tibi quoque proponendas putaui, non tam quod illis egere te existimem quam ut meum in te animum testarer. Caeteris de rebus ad communem amicum nostrum scripsi. Bene vale vir eximie. D. Jesus te soletur, donisque suis omnibus magis ac magis cumulare pergat. Geneuae 12 Martij 1576.

Tuus, cuius & manum & uoluntatem his literis expressam habes.

D. Laurentio Durnhofero, Ecclesiastae Norimberg. &c.

21

S. Valde incommode sese mihi tabellarius hic obtulit, frater obseruande, ut omnino cogar αὐτοσχεδίως λεχαωνίζειν. Vestri tam sunt mihi commendati & uniuerso collegio nostro quam qui maxime: Sed danda nobis est opera ut pensio singulorum tertio quoque mense repraesentetur. Apocham mitto receptae à ludimagistro pecuniae. Balthasar non belle ualet, morbis subinde recurrentibus, nulla tamen, sat scio, tractationis domesticae culpa: ideo non continuimus alia mensa leniori ipsi utendum donec commodiore saltem ualetudine utatur. Patensis ciuis & senatorij ordinis immerito certe istic accusatus est de uenditi equi precio aliquatenus inter-

uerso

verso, quod ego ex ipso emptore rescivi. De rebus Gallicis, postquam
fraus illa induciarum ad intercipiendum Alanzonium & avertendas
Condensis copias non successit, hostis iam totus in arma conversus est,
ita tamen exhaustus & viris diffidens, ut necessario putetur ad
iustam pacem venturus. Certe satis nunc illi fuerit nostros re-
pellere quos arbitror non procul Picardiae & Campaniae finibus ab-
esse. Alanzonium spero firmum fore quamvis omnibus artibus ten-
tetur. Nostris nunc quidem prospera secundaque omnia. Quid sit
futurum deinceps novit Dominus. Helvetiorum quatuor millia
& amplius ex Bernensi & Neocomensi ditione contra magistratus
consensum ad Condensem iverunt: Hinc valde metuitur ne no-
vum in his finibus bellum oriatur, quod si fiet nos nimirum
praecipuam molem sustinebimus. Roga igitur vicissim Dominum
pro nobis. Bohemici regni novi initia adeo a priori persuasio-
ne inchoari. Si verum est Caesarem ad Poloniae gubernacula
vocatum esse, uti ferunt, faxit Dominus ut hoc felix faustumque
sit tot populis. Clarissimos viros D. Herdesianum, D.
Menantium D. Camerarium D. Gabrielem rogo ut meo nomine
quam officiosissime salutes. Accepi Molleri commentarios & can-
delas cereas quibus omnibus magnas vobis gratias ago. Bene
vale. Genevae XII Januarij 1576. Tuus Beza.

# EIDEM.

S. Scripsi ad te nudiustertius per Calandrinum nostrum, quas tu fortassis priores istas accipies. Vestrates hic oes recte valent, Sed velim te hoc curare, ut qui liberos hic habent eos semper ad frugem hortentur, nec facile pecunias ipsis submittant. Sunt .n. nonnulli apud mercatores qui alios corrumpunt, Et quamvis Dei beneficio, sit apud nos mediocris disciplina: tamen sic advigilare non possumus, quin nonnulla prius perperam fiant quam a nobis possint animadverti. Recte & illud fiet si per mercatores singulis trimestribus pensio de qua convenerit, repraesentetur. Cuperem oio sumptus hic fieri minores, sed in Gallia misera, nec sua mala maxima sentientis nimia contagionem hanc sentire tum in hac re, tum etiam in alijs multis cogimur, & tamen datur & dabitur omnis a nobis opera ut cum aequitate omnia transigantur. Monachus ille meus antagonista nunc hoc consequutus ex suis mecum certaminibus, ut factus sit Elioicensus pseudepiscopus, frater Claudius noie, nec stultus nec elinguis sophista opus ingens edidit de Eucharistica controversia. Ego etsi infinitis negotijs usq. ad mei muneris vocationem spectantibus distringor, tamen aut brevi moriar, aut plene respondebo. Roga pro me dominum mi frater: Nam totus valde premor negotijs: spero tamen me non opprimendum, fretus domini ac Dei mei robore mi servus. Oraui nostros illos

fratres nunc porro intelligere me dies & noctes à Deo precari ut
& illos & nos in hoc ingrato seculo respiciat. Scis n. non expedire
ut quicquam ad illos ipse scribam. Nostri fortissime pergunt & cito
brevi opus est aliquid novi apparere, Sed vereor ut Pharao prius
rumpatur quam flectatur, Utinam saltem absque totius Aegypti pernicie.
Magnum n. adhuc numerum electorum habet ibi Dominus
& in media Babylone invocatur etiam in Calis nomen Domini.
Exspecto à te literas quae me mittere solent. D. Herdesiano
& caeteris multam salutem precor. Bene vale mi frater. D.
Jesus custodiat nos ut oculi sui pupillam, ne crabronum spi-
culis pungamur. Genevae XVI Januarii, anno ultimae
Domini patientiae 1576.

Tuus Beza.

EIDEM. 23

S. Spero tibi redditas esse nostri Fayi literas quibus signifi-
cat ingratum de Balthasare nuncium. Is vero me insigniter
fefellit, adeo ut civi nostro Palensi, qui nam essent ipsius mores,
referenti, fidem habere non possem. Sunt haec tamen eiusmodi
ut emendari haec praesertim aetate possint. Sed diligente & assi-
dua inspectione opus est, & paterna etiam auctoritas usurpanda
ne in deterius labatur. Dolet mihi vehementer quod talem

se

se praebuerit. Sed habet pater remedium ad manum, quorum etiam meminisse oportet longe istis tristiora sanctissimis quoque familiis accidisse, a quibus Dominus ipsum conservet. Spero tamen fore ut ne sic quidem absque profectu aliquo ad suos reversurum. De filio tuo audio & sperare te iubeo meliora. Quod ad res nostras attinet, audimus horribiles minas quasi brevi simus penitus exscindendi, & certe mihi probabile est nescio quid maximi mali adversarios utrinque in nos moliri: Sed bene est quod Domino vivimus & morimur. Legi Musculi theses, id est aperte revocatos ab inferis Marcionem, Eutychem & Monothelitas. Opposuit ei contrarias theses Daneus collega meus edito etiam de haeresibus libello. Ne vero vix credas quam istorum κοπρωμάτων taedeat. Nactus tamen elegantem his de rebus libellum graecum Theodori Presbyteri Rhaitensis quem arbitror sub Iustiniano & quinta illius Oecumenica Synodi temporibus vixisse, eum latinum feci & collationem eorum adiunxi quae a nostris istis Ubiquitariis hominibus certe valde indoctis scriptitantur. Prohibent me scriptionibus longioribus incumbere perpetuae de mea praesertim Gallia sollicitudines, quibus liberabor, quando volet Dominus. De rebus gallicis: In Occitania Danvillanus, In Arvernia Turennensis prospere nuper admodum rem gesserunt. Condensis & Casimirus tandem

superatis

superatis fluuijs Ligeri & Elauere, iam in Biturigum & Lemouicu[m]
finibus cum Alenzonio coniunxerunt, quorum cunctatio multos bo-
nos in malas suspitiones adducit. Confirmant vel obfirmant sese
viribus Regij catholici nostris tamen adhuc impares. Agitantur in-
terim de pace consilia: Sed quae sit pax futura non video, auc-
toritatem ijs retinentibus qui sunt istarum calamitatum omni-
um authores, ac fautores. Si serio agatur de pace, arbitror
me quoque illuc accersendum, quo tamen non facile accedam.
Ubi noster nunc sit Monawius scire percupio, & ubicunque
sit ex me salutare. D. Herdesianum, D. Schlusselbergerum
D. Camerarium velim quoque, nisi molestum est, ut ex me
quam officiosissime salutes. Vale mi reverende & charissime
frater. D. Jesus te familiamque totam custodiat ab om-
ni malo, tuisque laboribus magis ac magis benedicat. Ge-
nevae 26 februarij 1576.

Tuus Beza.

EIDEM. 24.

Spero postremas meas tibi redditas fuisse, quibus & de nos-
tris & de Gallicis rebus te certiorem feci. & quid de Balthasare
mihi videatur. Postea ex tuis cognovi de lectissimae feminae
D. Herdesiani nostri coniugis obitu, quam etiam epitaphio
carmine

carmine ornasti: Hunc clarissimi & doctissimi viri luctum proximo ad me quoque pertinere, ac simili quoque officio prosequi statui si modo aliquid à meis Musis exsculpere potero quod mihi quidem non quovis tempore datum est. De filio tuo bene sperare te iubeo, si, quod facturum spero, ita ut capit, perrexerit. De rebus Gallicis audi quod nos istic magnopere exhilarabit. Navarrenus tertio die superioris mensis praetextu venationis Lutetia cum aliquot equitibus, ut antea saepe consueverat, egressus, postridie Regi scripsit ne se amplius expectaret. Pergere enim sese ad Alenconium, & caeteros pro publica regni & bonorum adversus scelestos quosdam defensione armatos, à quibus rursum paratas sibi insidias esse cognovisset. Sic igitur in Normanicos fines contendit ubi occurrentibus mox ad illum multis; accersitum ad se verbi ministrum concionem habere iussit in qua palam pro Ecclesiasticae gallicae disciplinae more veniam est à Deo totoque Caelo precatus quod homines potius quam Deum veritus tamdiu sese impiis illis sacris contra conscientiam polluisset: & in Ecclesiam sic receptus puerum ad Baptismum obtulit. Ea res dici non potest quantopere totam aulam perturbarit. Sed mutatos esse malorum animos utinam intelligerem. Agunt tamen de pace sed suo more, multa videlicet imo quidvis

pollicentes, reipsa vero nihil praestantes. Servet suos Dominus ad-
versus ipsorum fraudes. Condensis & Casimiri copiae versantur
in Auvernia; Alençonius est in propinquo: Regis castra infirma
sunt, Et omnes mirantur nihil dum insigne ibi a nostris
tentatum. In Occitania contra Danvillanus minime dormitat.
Aiunt pontificem Bononiae de Geneva inprimis delenda cum
principibus totius Italiae consilium inire, Nec desunt qui uni-
versalem esse volunt conjurationem cuius multa etiam indi-
cia habemus. Frangat Dominus malorum conatus & faxit
ut sub eius ferulis sub diamus. Bene vale mi charissime
frater una cum D Gabriele nro, itemq. D Camerario & bonis
omnibus. Custodiat nos Dnus nostrasq. familias ab omni malo,
tuaq. inprimis ministerio cumulate benedicat. Gene-
vae 12 Martij 1576.

Tuus Beza.

Accepi a D Monavio nostro literas Vratislaviae datas,
quibus per proximum nundinarum tabellarium Deo fauen-
te respondebo.

EIDEM. 25.

S Heri tibi rescripsi, hodie literas alteras Calendis huius
mensis datas accepi. Neglexeram quod in illis prioribus
de

de illo nostro scripseras, qui mihi amicam illam, quam norat exprobrat, quoniam aliud, Dei beneficio, non potest. Respondi to-
tis ad illas calumnias ut me plus satis apud omnes bonos
purgatum confidam: Caluos nihil moror. De filio rursum te
iubeo bene sperare. Praeceptorem tibi eruditum & diligentem Bero-
aldum, cuius est nuper edita chronologia quae fortasse tibi non
displicuerit, si illam uideris. Quamquam in non paucis ab illo dissen-
tiam quae nolim usque adeo fuisse ab ipso affirmata. Is est &
erit, sat scio, diligens omnium inspector, de quibus admonendus
ille uidebitur: Sed Dei beneficio, recti adhuc omnia. Baldassar
hospitium non mutauit, sed de mutando tantum laborauit
nonnihil, idque eo praetextu cuius ipsum, ut opinor, pudet. Fi-
lium quidem certe tuum aut alium quempiam minime ue-
lim illius esse similem. Quamquam & de iuuene qui recti consilijs
adhuc emendari possit, bene sperem, si modo pater illum pa-
terna grauitate & autoritate commonefaciat. Cadmeos istos
fratres facile patior inter se litigare, quos omnino necessarium
uideo uel illi Giganti Smidelino cesuros uel mutuis uul-
neribus peremptum iri. Edidi scriptum uelarum quod alteros sal-
tem grauiter punget, utinam sic ad uiuum ut salutare
uulnus sentiant. Eius ad te exemplum statim mittam.
Quae de Transsyluaniae scribis parum congruunt cum ijs quae
à

à Polonis referuntur, consensisse videlicet omnes in Caesaris electionem. Sic Dominus exercet tum ambitiosos tum eos qui illis auscultant. Servet interea suos dominus Deus in in malis istis diebus, detq. nobis ut per tot tempestates in portum perveniamus. Hodie mihi nunciatum est Alenso=nium Molinios oppidum ad Elaverem fluvium [illegible] agri Biturigum consensu Regis ingressum, Copias regis castra mo=visse ad Biturigum metropolin, Condensis exercitus comme=asse ut Rex praeberet commeatum pactis in hunc mensem induciis ut de pace agatur. Equitibus Regis interea Rhenum transit. Et haec omnia mihi valde suspecta sunt, dum Cogito nobis esse cum Satana & nullius neq. pudoris neq Conscientiae hominibus negotium. Mornio unos Phrygas quantum possum, Utinam aliquid promoveam. Bene vale vir reverende & observande frater. D Jesus custodiat nos omnes ab omni malo. Raptim ut vides. 13 Martij 1576.

Tuus, ut scis animum &
manum agnoscis.

RESPONSIO AD QUAESTI=
ONEM.

Rogatus quid iis faciendum ~~censeam~~ sentiam qui in iis Eccle=
siis

siis versantur in quibus Sacramenta non sine falsae doctrinae
fermento administrantur, respondi: optime quidem sibi consulere
qui sese purioribus Ecclesiis adiungunt, cum iubeat nos Dominus
pseudoprophetas fugere & à fermento Pharisaeorum cavere:
quia tamen fides Sacramentis etiam alitur, eiusque confirmandae
nulla nobis idonea ratio praetermittenda est; ~~verum autem~~
"autem" Sacramentorum "efficacia nullo modo pendet ab iis à quibus
administrentur: quia denique pastores isti [illegible] aliquid ~~fermentum~~
admisceant, tamen in Cathedra apostolorum sedeant: Ob eas
igitur inquam caussas respondi, si modo (quoniam non absque navio)
servatis ~~tamen~~ in Constitutionibus domini substantialibus ritibus,
Sacramenta ab istiusmodi non satis puris doctrina pastoribus
administrentur, posse, ac etiam potius quam confirmandae fidei
mediis sese aut suos ultro priment, debere pios homines
vitato falsae doctrinae fermento, alitaque si vita ~~operis~~ sit ~~sed~~, apud
istiusmodi pastorem vera fidei confessione, Sacramenta
ex ipsius manu petere & accipere, idque prophetarum &
Apostolorum, ipsiusque adeo Christi exemplo qui templum &
Sacrificia quondam ex Dei verbo constituta non modo Pharisaeorum
sed etiam Sadducaeorum commentis contaminata,
cultus Dei observatus est, frequentare. Nam aliquot
aetas manifeste impii & idolatrici & in quibus institutio
Dei

Domini non polluitur tantum, verum etiam abrogatur, prorsus nobis fugiendi sunt quia talis non est Christi sed daemoniorum mensa est.

Theodorus Beza manu mea subscripsi, meliora tamen ab eruditioribus discere paratus.

Clarissimo viro, sapientia, virtute & pietate praestanti Dn. Doctori Christophoro Herdesiano inclytae reip. Norimb. advocato, domino suo & amico perpetua observantia colendo.

S. P. D. Fuit ante aliquot dies hic nobiscum opt. vir Doctor Johannes Hermannus, qui me tuo nomine salutavit, & mihi significavit quod sis de me sollicitus. Ex quo innotuit mihi summa tua virtus & admirandum tuum ingenium, ego te ex animo colui & amavi. Fuit ab initio voluntarius ille meus erga te amor, sed cum postea necessarium reddiderunt plurima tua in me beneficia, & in multis rebus edita a te significatio benevolentiae erga me quam etiam abunde testatur haec tua de me solicitudo. Sequar tuum consilium nec me temere periculis objiciam, & in

= Hub. Langueti epla

securandis

procurandis ijs quæ mihi sunt demandata, eam adhibebo curam & diligentiam ut sperem Illustrissimum meum principem no præbiturum facile aures ijs qui me calumniari volent. Verum metus periculi nunquam apud me tantum poterit ut aliquid committam quod exacerbare possit animum principis apud amicos nostros qui propinquiores sunt periculo quam ego sim, vel quod præbeat occasionem ijs qui me non amant ita me traducendi ut aliquibus persuadeant me fuisse ingratum erga principem à quo plurima beneficia accepi, aut quicquam aliud contra officium boni viri fecisse. Reliqua Deo committam, quem spero mihi adfuturum sicut in plurimis periculis mihi antea adfuit: & ut nihil apud te dissimulem, ingratitudo hominum erga Deum, imminens exitium toti orbi Christiano, & patriæ ac amicorum calamitates faciunt ut mea incolumitas non valde sit mihi curæ, periculaque contemnam. Nondum est hic quicquam de religione decretum: Ii quod puriorem religionem profitentur ante viginti dies obtulerunt Imperatori fidei suæ confessionem quam speraverant ab ipso statim approbandam, sed falsi sunt sua spe: nam petijt sibi concedi tempus ad deliberandum de ea re. Deliberat autem cum ijs qui puriori religioni adversantur, hoc est, cum legato pontificio, Archiepiscopisque

huius urbis & precibus pontificiis. Curavit exhibitam sibi
Confessionem verti in linguam latinam & germanicam, quia
ob causam id fecerit tu ipse potes conijcere. Nostri interea
otiosi & securi huius rei eventum expectant, & ut dicam quod
sentio, tamen non videntur mihi nimis negligenter agere.
Ea est in Imperatore prudentia ut non dubitem eum daturum
operam ne turbetur huius regni tranquillitas. Sed non sunt
tibi ignota sophismata aulica quae in nulla re tam saepe
sunt usurpata nostra aetate quam in disceptationibus de religione
a quibus tamen maxime deberet abesse fucus. Utinam melius ne
nostrorum simplicitati illudatur. Mitto tibi commentarium
Selneccari talem haud dubio qualia plerumque esse eius scripta,
in quibus eum bonos & doctos viros allatrare sit solitus, in hoc
a sua consuetudine non discedit: nam in praefatione videtur
te perstringere. Bene vale & saluta nostrum Monavium
& reliquos amicos. Pragae. nona die Iunij 1575.

Tui observantissimus
Hubertus Languetus.

EIDEM.

S. P. D. Venit ad me hodie opt. & doctissimus vir Jo-
hannes Ferinarius cum quo mihi vetus amicitia inter-
cedit

Hub. Lang. epist.

cedit, qui persuasus a d. Doctore Cratone profiscitur istuc. Causas suae profectionis ipse tibi explicabit. nam iudico id satius esse quam eas literis inserere. Veterem amicum sine meis ad te literis dimittere nolui, etiamsi mea commendatione apud te nihil sit ei opus, cum ipsius virtutis satis sit eum commendatura & habeat a Cratone ad te literas. Si usus fuisset ab initio meo consilio, non fuissem ei auctor suscipiendi istius itineris. Ego suasi ut tuo consilio omnino acquiesceret, & dixi me non dubitare quin statim sis ei indicaturus quid istic sperare possit. Gasparus Bekesius homo non magnae virtutis nec existimationis coniecit Imperatorem in maximas difficultates illa stulta expeditione adversus Transylvanum suscepta. Quoniam ad eum confluxerunt milites ex praesidijs Ungaricis, dicunt Turcae ea re violata esse foedera, cum in eorum clientela sit Transylvanus, & ut illam iniuriam ulciscerentur irruperunt in Hungariam quam impune depopulantur, cum Caesariani non sint ita instructi milite ut se eis audeant opponere, ac etiam sint iussi se intra munita loca continere. Iam nobis Turcae eripuerunt tres aut quatuor arces & metuendum est ne plures eripiant, nisi mature ipsis subsidia mittantur. Imminent metallicis urbibus ex quibus audio cives ita diffugere ut metuendum sit ne fodinae desertae repleantur aqua & corrumpantur. Dat quidem operam Imperator

ut hoc incendium restinguat antequam latius serpat, sed ad eam rem opus est tempore cum res sit transigenda Constantinopoli: quare vix poterit ante hyemem sua tranquillitas Ungariae resti= tui. Hic accusantur praefecti quos Imperator habet in Hungaria: qui dicuntur Bekesij conatus inscio Imperatore adiuvisse & nobis sua imprudentia hoc bellum conflavisse. Bene vale & clarissimos DD. Camerarios meo nomine saluta, & etiam D. Monavium ad quem intra paucos dies de his rebus fusius scri bam. Commendo ei Seminarium quem haud dubie novit cum sit eius popularis. Pragae 15 die Augusti 1575.

T[uus] obs[ervantissi]mus Hub. Languetus.

EIDEM.

S. P. D. Alteras literas iam scripseram cum mihi tuae sunt redditae. Statim credidi esse vera quae de tragaedijs gallicis scrip= sisti: nam ante tres menses praemonuit me magnus quidam vir tale quid brevi secuturum. Agnosco fatum patriae & video res eo deductas ut necesse sit regnum illud dissolvi. Extinguetur haud dubie familia Valesia, & Guisiaca certa= bit de regno, cum Borbonia. Libet hic inserere duos elegan tissimos Pibraci versiculos.

Donze ans y a & plus que par nostre folie

Nous

H. Lang: Ep.

Nous sommes le iouet d' hespagne & d' Italie.
non potuit melius exprimere causas nostrarum calamitatum. His-
pani enim & Itali qui in illa insolere aula omnia possunt si
quem uident non probare scelerata illa consilia quae nos ad rui-
nam impellunt, persequuntur ut afficiatur iniurijs & contumelijs quas
perferre non potest etiamsi sit moderatiss. ingenio & placidissimo,
ut si hic conetur iniurias sibi illatas ulcisci & se utcunque in
libertatem uindicare, inde arripiant occasionem eum opprimendi.
Scio regem ante aliquot menses curasse pingi in tabula supplici-
um Comitis Colonatij & Monlacij, quam cum iussisset deferri
in interius suum conclaue, deduxit eo fratrem suum & Ni-
uernensis uxorem, eosque interrogauit an illius picturae argu-
mentum intelligerent. conuersus uero ad Niuernensem, Qua-
re mihi succenses ideo quod tibi ereptus sit tuus amasius?
Nihil in me residet causae. Ego procul abfui quando haec
sunt facta. Fama est autem ipsam Niuernensem magis
tenere Colonatium amasse quam probam matronam deceret.
Sed haec sunt ita moribus recepta in illa aula ut iam
pro flagitijs non habeantur. Monlacium fuisse Alenconio
omnium familiarium carissimum nemo ignorat. Ego
existimo Nauarrenam Reginam non aliam ob causam te
admisisse istis factionibus quam commiseratione fratris quem
uidebat haberi ludibrio. Quae scribit noster Monachus
de

de Ioannis ab Austria expeditione adversus Hugonotos non dum possum mihi persuadere esse vera. Insaniret plane rex Galliae si iuvenem in res feliciter gestas non parvam auctoritatem apud milites peperisse induceret cum exercitu in eam partem regni Galliae quae Hispaniae contigua: qui si Massiliam occuparet, facilimum potest ei esse totam Galliam Narbonensem in suam potestatem redigere. Quod si in iisdem castris coniungerentur milites gallicus cum hispanico magno cum mora, perpetuo inter ipsos orirentur irae et contentiones. Nec tamen his annis multa perpetrantur non minus absurda et aliena a sensu communi hominum quam hoc esset futurum.

De D. Zestho communi amico nostro quae audivisti, vera sunt. Dimissus est ex aula et relegatus in suum Episcopatum. Bene vale et has literas concerpe. Pragae. 16 die Aug. 1575.

Tui observantiss.
Hub. Languetus.

Reverendo viro, pietate et eruditione praestanti Dno Ioanni Crinario, domino suo et amico veteri ac colendo.

S. P. D. Dudum sum in ea sententia ut existimem nusquam = H. Lang. Ep.
in Germania reperiri tot homines qui excellant ingenio et

prudente

prudente illa simplicitate quam veteres in suis scriptis tantopere commendant, quot apud nos reperiuntur: quod an à natura habeatis an vero ab institutione & disciplina civitatis, affirmare non possum: quamquam sane utrumque concurrere existimem. Hanc meam de vestris hominibus sententiam valde confirmarunt praestantissimi viri Mag^cus dn. Kibischius & ornatiss. dn. Danie[l] Preis, cum quibus mihi nuper data fuit occasio conferendi de rebus nostris apud dn. D. Cratonem. De virtute prudentia & humanitate Dn. Kibischij multa antea audiveram: quanta autem sit pietas & prudentia dn. Danielis ex tuis literis intellexi: quem etiam eo nomine plurimi facio quod te preaerum calamitate ob veritatis confessionem, hospitio suo aperit & alia beneficia in te contulerit. Narravit mihi consilium generosi domini Bonomis Promonicij de instituenda nova schola cui te praeficiat: ex qua re magnam voluptatem cepi. Tibi erit longe commodius manere in patria quam cum familia vagari & apud exteros sedes quaerere in hac rerum omnium perturbatione: nec dubito quin tua industria & diligentia sis plurimum profuturus patriae. Consulo autem ubi munus instituendi adolescentiam, domino tuo aperis, ne postea patiaris te ab illo facile abduci, & da operam ut cum ambitiosis Theologis sit tibi minimum negotij: nam plerique nostri in suis disputationibus id potius agunt ut dissentientes

à se

à se opprimant, qui ut ecclesiis serviant & Dei gloriam illus-
trent. Quid rerum geratur in Gallia hic plane ignoramus:
nam diudum nullae literae inde ad nos sunt allatae. Sunt qui
dicunt ibi factam esse pacem, sed id certis de causis occultari:
alij vero dicunt sublatam esse omnem spem pacis & utri-
usque partis exercitum progredi Lutetiam versus. Literas quas
scribis te ad me misisse Ratisbonam non accepi. Dns. H.R.
non venit ad me. Credo enim fuisse occupatiorem quam ut hoc
facere potuerit. Libenter ei praestitissem aliquid officij & cum
eo contraxissem amicitiam ob ea quae de ipso scribis. Ego
tibi & tuae familiae omnia fausta & felicia precor. Velim
ut amicos salutes. Viennae. 15 die Maij 1576.

Tui studiosissimus
Hubertus Languetus.

Clarissimo dno praeceptori & patri perpetuo
reverendo Dno Philippo Melanthoni.

S. P. D. Reverende domine, Etiamsi tuo & meo iudicio — H. Lang. Ep.
magnifacerem amoenitatem huius loci, tamen omnia iam
superant meam expectationem. Ad amoenitatem accedunt
erudita & iucunda sodalitia ex varijs gentibus, sed tamen
nullius consuetudine perinde afficior ac Oporini, qui can-
dore

candore animi, prudenti & ingeniosa simplicitate ac natura beneficentia omnium qs novi & vici ad te accedit. Adde quod saepe videns & sciens sinit se decipi & neglectis suis negotijs aliena curat. Non solum mihi commodiorem locum deligere ad curandas res meas in patria, si liceret tabellarijs per comitatum Burgundiae iter facere, sed oia iam turbantur istis tumultibus bellicis. Si principes nostri constituerent omnia evertere non possent commodiorem rationem inire ea quam iam inerunt. Nam licet sine ex dissidentibus & utrinque laborantibus magna penuria omnium rerum ad bellum necessariarum: nunquam tamen tanto co natu institutum e bellum, nec paulo antea tantum nu merum militum conflixisse ex Germania in Belgicum & Galliam. Quando hic francofordiae versabar ora mea ita referta erant militibus ut perpetuo in urbe ambulare videremur & erant maxima ex parte coriniundi addere, centuria qui primum aratrum deseruisse videbantur. Si autem partim Luxemburgum petebant ut regi Philippo militarent, partim Lotharingiam, ut regi Gallico, cui in hac urbe non tantum Helvetij sed & Germanici milites conscri bitur. Credo Philippum aliquid magnum tentaturum hoc anno, Nam regina Angliae dicitur ei suppeditare decem mil lia

lia hominum, quadraginta naves armatas & vicies Cente-
na millia coronatorum. Interea tamen dum haeret in An-
glia, Galli occuparunt Renti oppidum munitum in finibus
Picardiae prope quod ante triennium agitatus Swartzburgensis
conflixit cum Gallis spectantibus Imperatore & rege. Audi-
mus exercitum Gallicum progressum in regnum Neapolitanum
non ita feliciter succedere, ut multi sperabant, nam indi-
es augentur vires Albani. Praeterea Gallici & Pontificij
Ducis non satis concordes & exercitus Gallicus adeo est ex-
haustus ob praesidia imposita urbibus Aemiliae, Flaminiae &
Piceni, ut iam non superet numerum decem millium,
& dicuntur Helvetij non ferre illud caelum. Mittit tamen
rex in subsidium eius quindecim cohortes Helvetiorum, sed
audio mille quingentos Hispanos recens advectos esse ex
Hispania Neapolim, & praeterea esse in littore ligustico sex
millia Germanorum eo deportanda. Solus prorex Pedo-
montanus feliciter progreditur, nam recens occupavit Valle-
frenitram, Clarascum & quaedam alia oppida, ita ut bel-
lum iam transferatur ex Pedemontio in ducatum Medio-
lanensem. Dux exercitus Mediolanensis est Marchio
Piscariae, filius Marchionis Vasti, adolescens 24 aut
25 annorum de quo est summa spes. Parum abfuit

quin

quia nuper interfuerat ducem ferrariae redeuntem Corregio ferrariam. Bene & feliciter vale. Basileae 6. Id. Iunij 1557.

Hubertus Languetus Burgundus.

Clarissimo viro Dno Gaspari Peucero artis medicae Doctori, dno S. & amico perpetuo colendo.

Hub. Lang. Ep.

S. P. D. Miror te adeo perturbato esse animo ob iniquum iudicium hominum impiorum de tuis honestis & pijs actionibus. Hic quidem magno impetu & studio à plerisque oppugnatur veritas, sed tamen non desino bene sperare. Palatinus enim fortiter se gerit, qui licet à nostris non iuvetur, non tamen oppugnatur ab ipsis, &, si quid possum coniectura assequi, qui sunt praecipui inter ipsos non cupiunt eum succumbere. Est etiam aliquid spei in Landgravio qui hodie advenit. Habemus theologos recte sentientes Dillerum, Cargium, & Badensem cuius nomen mihi iam non succurrit. In reliquis non vulgare odium apparet erga piissimos manes sanctissimi nostri parentis, & propterea quantum possunt, exagitant illam varietatem exemplarium confessionis Augustanae & iam sunt plurima certamina de ea re. Heri cum conferrentur latina exemplaria admissi sunt theologi, sed hodie sunt exclusi cum ageretur de Ger-

maticis. Praecipua deliberatio est, quaenam editio sit appro-
banda. Vinarienses habent exemplar scriptum manu Spala-
tini quod conantur obtrudere, sed credo non receptum iri.
[illegible] adsimulavit. Nostri cupiunt approbari omnes editiones
cum reipsa non dissentiant, & forte hoc fiet. Primus ab
Heissen est hic nomine Holsaticorum: Illum nondum con-
veni, sed tamen constitui convenire; Davidem nequaquam.
Rhenani mirantur istorum dominorum acerbitatem & arro-
gantiam. Puto quod nuperent non consensisse in hunc con-
ventum. Vitembergensis apud omnes bene audit & hu-
manissime se gerit erga nostros, sed est vehementior in ista
nostra causa & totus Brentianus. De reb. peregrinis
hic habemus. Scribitur pro certo esse Constantinopoli tantum
navalem apparatum, quantus a multis annis non fuerit.
Quae antea scripsi de rebus Gallicis sunt vera. Quidam
addunt Lotharingicum Cardinalem esse ablegatum Romam.
Dux Florentiae [illegible] mortuus. Putant legatos pontificios q-
hui mittebantur ex itinere revocatos propter res Galli-
cas. Commendarique Palatinensibus Zachariam Ursinum. Spe-
ro quod sit eum vocaturi Heidelbergam. Bene & f. V. &
saluta amicos. Naumburgi. 25 Januar. 1561.

Posto cum literas has dederis, ubi eas legeris —

T. Hub. Languetus.

Eximio christi seruo, Dno Esromo Rüdin-
gero, domino & fratri plurimum colendo.

Gratiam & pacem à domino nostro Iesu christo. Etsi diu
apud te, & quidem inuitus, tam fidelis seruus Dei: mini-
me tamen apud Deum nostrum silui omnium istarum in-
iuriarum inspectorem ac tandem et cognitorem futurum.
Et nunc tanta istorum ad peccata cumulanda obduratio
iam nos esse iudicatos ostendit. Legi Cellij siue Graculi
illius garritus & sum demiratus tantam cuiusquam esse
posse impudentiam. Legi quoque Soloecismi illius millies repe-
tita deliria quae uel ipsis mortuis nauseam mouerint.
Et quid nos credibile est dum dicere, quos ista scribere ni-
hil pudet? Nempe haec est hora potestatis tenebrarum,
contemtae lucis merces. Age dum igitur qui sordescit, sor-
descat adhuc. At tu, mi frater, quem Deus ex leo-
num faucibus eripuit, & tibi donatum est non tantum ut
credas, sed etiam ut patiaris pro christi nomine, constan-
tiam tuam perpetuam serua. Miserebitur certe suorum
uerax ille dominus qui suos nouit. Lugendum illis
est qui iniuriam inferunt, non qui illatam patiuntur.
Confossa per latus nostrum ueritas mergi quidem potest,
submergi nunquam. Neque uero, mi frater, haec apud te

quasi

quasi tibi ignota commemoro: οὐχ ὡς μανθάνοντι: sed ut
nos tibi, reliquisque sanctis Christi confessoribus vere συμ-
πάσχειν noris. Sed et nos probabile est non diutius futuros
ἔξω βελέων, nisi Dominus malorum conatus infregerit: qui
sicut bonis aliquin et pietatis studiosis principibus nunc
ab illo erroris spiritu fascinatis oculos aperuerit: sive nos-
tro quoque sanguine veritatem suam obsignare volet: vi-
gilantes, ut spero, nos deprehendet et paratos sanctae ipsius
voluntati obtemperare. Caeterum, quem tu mihi mag-
nifici D. Baronis filium commendasti, cum suo mihi
et ipsius merito, et tua commendatione ergo summae cu-
rae futurum. In illis annotationibus auctore me sui capitis
utinam pergere te calamitates istae patiantur. Responden-
tur brevi nostra et quidem emendatiora: neque per quem
profecerim dissimulabo. At certe tempestates istae et tum
externa tum domestica bella ita sic exercent, ut neque mihi neque
amicis vivere mihi videar. Gaudeo vero, si quis nunc
gaudio relictus est locus, restitutam nobis mutuo scri-
bendi libertatem: quam te quoque minime neglecturum
confido, ut invitis malis mutuas consolationes alter
alteri impertiatur. Captivis fratribus, si poteris, nuncies
velim

utrim nos ipsis συνδεδέοιτο, neq. finem orandi facturos donec aliquid impetremus. Bene vale Vir eximie & frater semper obseruande. Exaudiat Dominus nostras preces & te familiamq. tuam sanctam tueatur. Geneuae. 7 Sept. 1575.

Tuus Beza.

Mitto ad te psalmum LXXIIII. latinis numeris, ut nunc ante aliquot menses cecinisse, quem tibi non ingratum fore mihi persuasi

Prorsus nos, Deus, ergo dissipasti!
Ardebuntq. tui furoris ignes,
Donec pascere quos prius solebas,
Eant in cinerem greges soluti.
Immo esto potius memor tuorum,
Conquisitosq. prius tibi ac redemptos,
Illa, inquam, tua iura, & sanctae Sionis
Sacratum ipse tibi domum tuere.
Age attolle manum, ualente ut ictu
Ipsos disjicias semel ferores:
Victor hic siquidem in tua superbus
Saluum nil penitus relinquit aede.
En templi in medio tui uidentium
Audimus procul hostium boatus
Cuio profana sua intulere signa

Profana

Profana illa suā intulere signa.
Et denuum uolunt in nemus profectus
Lignator ualida irruit bipenni,
Tali hic barbarus impetu pererrans
Calati lagneata tecta templi,
Tundit, destruit, eruitq. cuncta,
Sacratumq. aditum tibi, profanis
Ad terram manib. datum, uoraci
Cremandum penitus dedere flammae.
Namq. istis simul impio furore
Nostra est perdere cuncta destinatum,
Et quaecunq. tibi sacrata tecta,
Saeuis tradere deuoranda flammis
Desunt illa diu ascripta signa,
Nec uates miseris adest uel unus,
Cuius fatidico queamus ore
Horum discere terminum malorum.
Ah quousq. Deus supreme, tandem,
Illudet miseris superbis hostis?
Ah supreme Deus quousq. tandem
Nomen iste ferox tuum lacesset.
Cur nam quaeso manum abstines potentem
Et

Et vindex scelerum dextera illa torpet,
Nec prosers politus sicut talentem,
Istos ut semel obteras scelestos?

Tu nobis etenim Deusq. Rexq.
Ipso a principio, bone, extitisti.
Tu nos millies omnib. periclis
Mundo teste benignus eruisti.

Fixum restitit hinc & inde cedens
Volenti imperio iubentis aequor
Tu immanes medio in mari obruisti
Impactis capiti ictibus Dracones.

Ipsam tu quoq. belvarum profundi
Stravisti imperium maris tenentem,
Escam vulturibus ferisq. vasti
Deserti omnibus incolis frustratam.

Rupta vltro e silicis saliunt antris
Te mandante rapax reponte flamma.
Et te flumina rursus imperante
Sese pervia praebuere tota.

Te lux clara fugat iubente noctem
Te nox atra fugat iubente lucem
Lunae tempora fixa tu gubernas
Tu solis regis annuos labores.

Tu terrae spatia tua & illa certis
metis

Stellis limitibusq. terminasti,
Cuius nunc torrida, te volente, fervent
Et nunc algida, te rigent, volente.
Ergo et tu memor huius esto probri
Quo te, Domine, hic lacessit hostis,
Et quot conviciis tuum ausa nomen
Turba isthaec furiosa provocare.
Ah ne, quaeso, tuam hancce turturillam
Discerpi accipitrum manibus iubeto:
Nec turbam penitus tuam bone misellam
Istis deserito obrutam periclis.
Ictum respicito tuum ipse foedus.
Nam quaqua patet universa tellus,
Densis omnia plena sunt tenebris,
Regnant undiq. vis rapina, caedes
At tu ne miseros sinas superq.
Infami aspicito insuper repulsa.
Quin nomen potius tuum ut celebrent
Oppressos inopesq. sublevato.
Experrectus age, ô pater, adesto
Et causae ipse tuae patrocinare.
Nec probra haec patitor quotidiana
Illi impune tibi ingerant scelesti.

In te

In te denique quos superbus hostis
Iactavit, quibus & magis magisque.
Caelum nunc etiam ferit scelestus
Clamores memori tenete mente.

Magnifico & Generoso domino, dno Friderico
a Nachod, Domino in Danowiz & Bezko etc.
dno mihi plurimum observando.

S. Continere me non potui, magnifice domine & generose Baro, quin hoc sapientissimum consilium quod te secutum in deo in carissimi filij tui educatione tibi ex gratulantem libentius quo rariora sunt in ordinis tui hominibus tam sanctae prudentiae exempla. Omnino enim verum illud est, quod, cumque multa genera amplectaris, eos demum esse beatos qui a cognitione & timore Domini exordiuntur, modo postrema cum primis respondeant. Imo quamuis bonarum literarum cognitio sit excellens Dei beneficium, nullos ijs deteriores sibique & toti dominorum generi nocentiores experimur, quam qui pietatem cum eruditione non coniunxerunt. At ego utrumque consecuturum esse filium tuum confido tempore simul ac religiose educatum, & pij doctique praeceptoris fidei commissum. Superest ut, quod facturum omnino speramus, & sanctis amplitudinis tuae mandatis, & optimi viri quem ipsi ducem

adiunxisti monitis, obsequatur, et ipso potissimum aetatis quam ingreditur limine, & malis istis diebus quibus bona exempla rarissima sunt: & si occurrunt, ludibrio habentur. Contraria vero sic passim occurrunt ut ne si oculos quidem averteris, vitare tamen eorum conspectum possis. Quo magis tuae circumspectae prudentiae fuerit quo filium adolescentem & quamvis sancte educatum, hominem tamen, demum incassum mittas, etiam atque etiam circumspicere. Nos quod dixi sic futurum est: & quia nostri Dei munus & quod singulari tuae in Christianas Ecclesias beneficentiae plurimum omnes debeamus, hortari & incitare quamvis sponte currentem non desinemus ut paternarum virtutum vestigia sequutus & tuae amplitudini pariat letitiae argumentum, & patriae (Bohemiae) adeo Christi ecclesiis magno tandem sit ornamento. Bene vale magnifice & generose domine & Christi Ecclesiam piosque omnes amplecti perge. Genevae. 7. Sept. 1575.

Generositati tuae addictissimus
Theodorus Beza.

Generosiss.o & omni dignitatis & virtutis genere praestantiss.o viro Dno Friderico Baroni a Nachod Dno in D.&B. dno & patrono colendissimo.

S. Generosissime Baro, patrone colendiss. Habemus hic filium vestrum adolescentem lectissimum, cuius ingenio & indole ac moribus suauissimis mirifice delectamur. Habet secum grauem & cordatum virum D. Wenceslaum, cuius prudenti consilio cum in priuato studio, tum etiam in opt. quibusq. artibus eruditur. Nostram iuris ciuilis scholam ornauit, tantosq. in illo studio progressus facit ut spem illi[us] magno quondam patriae vestrae ornamento ac dignitati futurum. Cum hodie literas ab. E. V. accepisset, eam mihi partem ostendit, in qb. mihi qq. salutationem impertire dignatus es: de quo tibi generosissime domine gratias agere volui, vereq[ue] confirmare, magna me spe teneri fore ut nunquam ante te bonique consilij, cum filium tuum sine ad Iesum Ecclesiam nostram professionis pertineat. Exulibus hic multos videt & propter religionis studium multis aerumnis & calamitatibus affectos: quare eum spero illi quidem ad pietatem fortiter amplectendam documento futuram. Cum autem Amiralij nostri vitam nuper hic edendam curassemus, existimaui munusculum E. V. non iniucundum fore, itaque unum dmi tibi ex itinere adiunxi. Deum oro ut te generosiss. Baro in tanta pietate & virtutis studio confirmet, tuamq. familiam singulari sua beneuolentia complectatur. Vale illustris dne & salue. Geneuae. vi Sept. 1575.

Amplitudini dignitatis vrae studiosiss. Hotomanus D.

Clarissimo & ornatissimo uiro D. Johanni Cratoni Medico & Consiliario Caesareae Maies tatis, dno mihi plurimum obseruando.

S. Primum magnam tibi gratiam habeo reuerende uir, qd mei memoriam conseruas, quemadmodum ex literis ad me tu is perspicio amicissimis & humanissimis scriptis. iis autem quod serius respondeo uelim ut partim occupationibus nimirum sane multiplicibus quib. obruor, partim etiam temporum asperitati tribuas, tibiq. nihilominus persuadeas nunquam me com missurum ut officium in me ullum desideres. Quod ad rerum nostrarum statum attinet, pace quidem fruimur, sed ut ij so lent qui malum habent uicinum. Pestis etiam nonnihil nobis minitata est maximo scholae nostrae malo dissipatis nimirum subito multis studiosis. Eorum exemplum sequi recusauit d Monauius noster cum generosis dominis Baronibus duobus quorum conspectu & consuetudine uehementer delector. Annonae mag nae adhuc apud nos est charitas, nec fecunda fuit tritici messis: sed haec mala sunt leuiora & minus quam maerore illo nro perpetuo quod tam diuturnis tamq. immanibus ciuilibus bel lis tot gallicas florentissimas ecclesias pene iam consumptas germanicis uero prouincijs non dissimilem calamitatem [illegible]

ut spero

ut spero, non ita cruentam dimpondere videamus. Quod utinam
novus ille rex sic à nobis discesserit, ut & sibi & suis melius
quam quondam ac praesertim materna consilia videant, consultum
velit. Sed haec age proinde fatalia fortiter & christiane feramus.

Quod autem rogas ut meam de Bohemorum fratrum confessione
sententiam tibi significem, de hac re sic paucis habeto. Eccle-
sias illas à Deo opt. max. plantatas ac mirabiliter adhuc
conservatas habere me pro veris coetibus à Christo collectis: ac
propter eximiam qua celebrantur pietatem etiam illas vene-
rari: in illarum tamen confessione non nihil desiderare,
sed eiusmodi tamen omnia ut salvum maneat nihilominus
fidei fundamentum.

Primum pag. 46, ubi meminerunt postillarum quas vocant,
mihi quidem nunquam placuit ista verbi divini in quasdam
particulas distractio, cuius autorem fuisse constat Paulum quen-
dam Varnafridum Caroli demum Magni aetate. Etsi enim
aliquis sit usus istius consuetudinis apud populum rudiorem:
tamen certam hinc viam apertam esse ad negligendam
ipsorum sacrorum librorum lectionem, quam malim potius
singulis familiis inculcari.

Pag. 75 & 162: Cum christianos omnes oporteat perpetuo poeni-
tentes esse, non video cur expediat privatam absolutionem
tam praecise urgere, cum periculum sit manifestum ne

paula,

paulatim illa auricularis confessionis carnificina sic rursus inuehatur, ut interim tacam quam graue ac planè intollerabile sit onus hoc futurum tum ipsis pastoribus si singuli fuerint assiduè audiendi, tum etiam ijs quibus ad pastores accedendum fuerit. In nostris Ecclesijs qui sunt à presbyterio ligati, coram presbyterio absoluuntur. Cum iussi sunt coram totius Ecclesiae caetu poenitentiam professi, publicè quoque rursum in caetum recipiuntur. quae fuit opinor ipsis Apostolorum temporibus Ecclesiae consuetudo. Ex reliquo grege, si quis consilio uel consolatione indiget, ad pastorem patet ei semper aditus à quo consilium & quicquid ad conscientiae pacem facit, accipiat, sed ea de re lex nulla statuitur.

Pag. 90 & 93: uidentur fratres nescio quam carnis Christi praesentiam in terris inuisibilem & instabilem statuere: quod commentum meo iudicio uanissimum est. Nec enim dubito quin uerum illud & quidem summè glorificatum tamen naturale & organicon ac suis dimensionibus circumscriptum Christi corpus sic ablatum sit supra caelos in illas nubes, adsuè incomprehensibiles sedes beatas, ut non magis nunc sit illud in terris quam erat in caelis cum in terris uersaretur. Absit tamen ut propterea ueram ipsius Christi in caena quae longè uidelicet celsius est aliò & fideli mente peragitur praesentiam ac

noiras ríap

κοινωνίαν infiremus. Sed illam praesentiam non modo nobis inutilem futuram, verum etiam verbis Evangelij, veritati carnis Christi, naturae denique ipsi Sacramentorum repugnantem. De illis crassis tum μετουσίας, tum συνουσίας, tum παρακουσίας illis blasphemias & impia fundamentum eorum improbamus.

Pag. 199. durius cuiquam videtur quod Ecclesiam non agnoscunt in qua vita Ethnica grassatur, nisi Ethnicam vocent. Cuius dogmata plerumque sunt impia, & tamen per etiam in illis coetibus veluti scopulla esse ad tempus Ecclesia, in quibus multa plane impia doceantur a nonnullis, & a maiore quoque multitudine recipiantur. Quamuis ista multitudo impie sentiens non sit Ecclesia. Sic in decem quoque tribubus fuit Ecclesia, Et quamuis in Iudaea regnarent nunc Pharisei & Sadducaei, fuit tamen illic Ecclesia. Sicut nunc quoque quamuis Papatus non sit Ecclesia, tamen fuit in Papatu Ecclesia quae nunc ex illis sordibus emersit. Ideoque noluit Dominus Circumcisionem in Israele vel Iuda, vetustis illis temporibus, & nostrum nostra & patrum memoria Baptismum in Papatu aboleri, ut latentis illius Ecclesiae nota permaneret. At apud Ethnicos olim & nunc apud Iudaeos & Turcos ... in Iudaismo quidem aut Turcismo est cultura. Sic ni fallor aptius & commodius Ecclesia eius nobis depingitur. Scis enim diversas esse quaestiones: Ex quibus

nobis

nobis discernatur vera Ecclia à falsa. Et ex qb. signis vera Eccles membra à falsis distinguantur.

Pag. 127. quod de victu manib. quaerendo capitulum mihi minimum placere videtur praecipi. Nec enim vel ociosos esse, vel ad victum manib. sibi quaerendum adigendos crediderim q cum nomini sint onerj, vitam in domesticis & piis studijs transigunt. Et non ignoras quid Carlostadio contigerit quidam non prosus dissimile, ut mihi videtur, cogitanti.

Pag. 147. quod recipiendis ad Coenam catechumenis manus imponunt, etsi ex antiqua consuetudine ortum e: mihi tamen non videtur necessarium, sed sufficere pastoris in divinum adhibitis ad coenam pueris. Docuit enim nos ipsa experientia q tandem evaserit ista rituum multiplicatio, nec aliud quod sciam ea de re capitulum habemus.

Pag. 151. ambiguum e quod dr panis ee sacramentaliter corpus, nisi istud sacramentaliter per exortas quaestiones expliceturr. Et illud quod mox additur utrosq. tum bonos tum malos verum sacramentum & eius veritatem accipere nec, cio quam commode possit explicarj. Ego quidem non dubito quin verum sacramentum, adeoq. tum symbola tum res significata quibusvis accedentibus offerantur: sed non valet consequentia: Offertur omnibus ergo ab omnibus accipitur.

Duo

Dno. n. diversa diversisq. instrumentis accipienda dantur: nempe symbola corpori, christus autem fideli menti. Itaq. omnis corpore symbola, At soli fideles Christum recipiunt, ut qui non nisi fidei manu apprehendatur, & ad salutem autem quidem "semper" fide recipiatur, ad iudicium autem infidelitate reijciatur.

pag. 156: quod de genu flexione dicitur, non sit aptior Christo, neq. veteris Ecclesia quae discumbentes cenam celebrabant in agapis: Et quamvis religiosae venerationis causa postea sublatis agapis sit ber usurpatum. degenerarunt tamen demum in aptodalotriam, ideoq. merito videtur abolendum potius quam retinendum. Neque etiam recte alicubi panis integer ori inditur sublata panis fractione & acceptione, qui utergue ritus est Sacramentalis & à Christo institutus.

pag. 169 et 184. dies certos ieiuniorum minime velim in Ecclesiam Christianam invehi. Et quamvis de festis diebus nolim contendere, puto tamen recte consulere Ecclesijs quae praeter dies dominicos quam paucissimos alios retinent.

pag. 171. pharisaicarum traditionum de abluendis vasis & manibus non satis puto ijs accenseri quae Apostoli ad tempus constituerunt servandae pacis causa observanda.

pag. 180. Non mihi satisfacit istud dictum: in ijs quae ad hominum animas & fidem spectant, tenemur nos magis plus obedire quam Deo: Sed potius dixerim Nomini nos ea in re obedire debere

quam

quam uni Deo, ne ipsis quidem Angelis exceptis, cum sic grauissime loquatur Apostolus.

Pag. 193. velim te legere quae pia sanctaeq. memoriae d. Calui- nus eadem de re iampridem, hoc est ante annos triginta cum adhuc uxorem non duxisset ad hos fratres nostros scripsit, cuius Epistae autographum D. Monawio nostro tradidi.

Ceterum quod pag. 198 scribitur, benignas & peculiares promissiones ijs qui coelibes sunt prae caeteris factas, nusquam inuenio. Neq. enim coelibatui magis quam in esca & potu per se positum esse existimo regnum Dei. Nam locus qui ad hoc citatur de relinquenda uxore magis certe ut res ipsa ostendit ad coniugatos quam ad coelibes pertinet cum neq. uideatur relinquere quod non tenet, Et nisi relinquendi uox eo referatur, non ut ae quod relinquat prorsus quisquam careat, sed ut Dei cultum & uocationis ratione caetera omnia postponantur. Vides monachismum stabiliri & absurdiora ex ipsa illius loci interpretatione consequi

Pag. 202. cur poenitentem tractatum instituere oportuerint de tempore fieri non uideo cum uno Christo potuerint res absolui in tractatu de poenitentia. Et quod ex Ambrosio citatur pag 208 fortasse ad poenitentiam siue satisfactionem publicam intermissam pertinet: Inde postea tandem ortum purgatorii commentum cum iam preces & mortuis impoenitentibus, ac tandem & quibusuis mortuis innatuisset. Vtrumq. sit de

quomodo

quoquomodo dictum illud intelligatur, non ꝑ temere recipiendum & manifesto pendentis latronis exemplo refellitur. Hec ego ad te reverende vir familiariter ut tuo desiderio satisfacerem, q̄ sic à te velim & ab observandis fratrib. accipi ut me intelligant ad discendum q̄ ad docendum paratiorem ad hec ipsa tuo iussu observanda accessisse. Bene vale. D. Iesus te custodiat ornatissime vir ab omni malo cum bonis omnibus. Geneve Cal. Augusti 1574.

Tuus Beza.

Rogo te etiam atq etiam ut κακογραφίας & literas homini occupatissimo ignoscas.

II Praestantissimo viro Dn. Theodoro Bezae S. amico & fratri observando.

S. Et meum sic agitur ut neq. diligenter ad amicos scribere, neq. ullam propemodum rem ut volo, perficere possim: Itaq. non ꝑ clarissime & multis tuis meritis charissime vir quod literarum tuarum vel resolutionem vel minus accuratam scriptionem excuses. Multum certe me tibi debere fateor cum ex gravissimis maximeq. necessariis tuis occupationibus tantum temporis eripuisti quod ad me epistolam bene longam scripsisti neq. de summis rebus erudiriss. Perscriptam epistolam tuo potum: merito q̄d ego maximi facio satisfacere nullo modo queo. Grati vero animi memoria spectabo ita ut nunquam cum tua causa aliquid q̄d aequum gratum

tum tibi sit, ac literae tuae fuerunt, facere me posse existimare
vis officium tum neglecturus. Valdensibus tuis probis sed in
quibus conscientia recta quam scientia solida plus laudis meretur,
scripta communicabo, ac si quid rescripserint ne tu hoc ignores
facturus sum. De invisibili christi in terris praesentia multum
ex ijs verbum cognovi, et saepe commodius sentiunt quam loquuntur.
Quam quisque conscientia minat, accurate observant, sed non inqui-
runt sollicite, aut confessionem singularem unquam extorquent. In
Continentia aut potius a matrimonio abstinentia ministri quidem
mirum sunt nisi: verum causas quasdam probabiles habere videntur.
De his vero expectabo eorum literas. Interim hoc affirmo tibi
et confirmato, te multo melius operam in ijs admonendis quam
perversitate flaciana, et aliorum inscientia quia graves turbas
dant, corrigenda posuisse. Quid enim cum ijs agas qui in-
nimium intelligendo faciunt ut ne ea quidem quae ipsi insci-
tissime scribunt, et quae imperiti magis admirantur quam intel-
ligunt, occaecati opinionibus et autoritate praeoccupati intelligant.
Graviter lapsos eos quos stare arbitrabamur audimus. Ita
fit cum Dominus nos non sustentat. Dissimulatio et
nostram et aliorum fidem infirmat et ut poenam gravius
sentiamus atque feramus cum Dominus veritatem nobis tan-
dem extorquet, facit. Saepius a me et alijs sunt admoniti
ut nihil occultantes nihil dissimulantes suam sententiam

principi

principi ostenderent, Et cum profiteri absq. contentione non possint, atq. authorem turbatae publicarum esse grave crimen sit, quia men- te ettiae princeps exquirerent. Verum illi nescio quos alios prae- textus quaesiverunt. In Palatinatu vero nondum de vera doctrina institutis & confirmatis animis, externa omnia initio mutarunt nec ad disciplinam recta via incesserunt. Non revoco ista ad meum iudicium, Verum cum quidam principi magis quam Deo placere studeant, ne vere pijs paulo post exulandum sit vereor. Sola disciplina multorum animos flectere potuisset quos intempestiva mutatio rerum nullius momenti magis avertit. Multus mihi de his rebus cum amico meo summo Ioach. Camerario fuit sermo: Et utinam flaviana soboles illius co- natus ac polices Imperatoris tunc non impedivisset, fortassis melius cum Germania ageretur. Verum ista sunt iudicia Domini. Ne magnum à vicinis Poloniis oriatur malum ve- remur: tanta est dementia, tantus error & furor. Audies quaedam ex Iacobo nostro: Nam certum nondum potuimus cognoscere. Si fugitivus Turcas armaverint, atq. illi ut ceperunt, Germanos despexerint, in maximo discrimine chris- tianitas versabitur. Hungaria graves impressiones susti- net & nobis omnem succum & sanguinem exhaurit. In- terea Germani in opprimendis Galliae atq. Belgicae religionis oc- cupantur & nos negligunt. Verum de his scribere non oportet. Et longiorem epistolam feci quam putabam me scripturum, cum

plerumque

plus multum temporis in solitudine quadam amoena, dum alijs cum feris res erat, consederetur. Pestem ut à nobis Deus abigat & nos conseruet toto pectore precor. XI Septembr. 1574.

Tui amantiss. I Crato.

Amplissimo uiro Dno Joanni Crathonj sacrae Caes. Maiest. à consilijs & eiusdem Archiatro, domino mihi plurimum obseruando.

S. Quae sunt à me, hic rogatu clarissime uir, in illa fratrum confessione animaduersa, sic ab alijs & ab ipsis in primis accipi cupio, ut ijs nemo offendatur, ego uero potius audiar, quandoquidem illis non conscientiam modo, sed & scientiam tribuo. Saxonica illa tragoedia multis de causis bonos & pios omnes commouet: Nam & horrenda sunt quae iam aspicimus uel audimus: & multo horribiliora expectanda sunt nisi dominus istius spiritus erroris efficaciam inhibuerit. Quid enim non ausuros istos putemus, quos in ipsis initijs nihil pudet! Et haec quidem tristia sunt. Sed illud tristissimum neminem in tanto numero repertum qui Deo & ueritati satis fideret, cum tot ipsius etiam Satanae martyres uel universa Anabaptistarum natio produxerit. Sed age precemur pro fratribus infirmis

infirmis, quum et ipsi infirmi simus, imo plane nihil, nisi cum Deo nostro iussum est nos ἐκκακεῖν ut loquitur noster Apostolus non uere modo sed et perelegantur. Quam libenter ego uero illos aliquo saltem συμπαθείας testimonio recrearem? Sed hoc conari nimirum esset illos plane perdere, quandoquidem haec nunc est potestas tenebrarum. Quod unum ergo possum et ipsos nullum posse intelligere, sic afficior illorum indigna sorte, ut φιλάδελφον et ὁμόψυχον decet, et sic fratrum ut Dei ueritatem et innocentiam suorum attestat. Legi egregium illud Torgensis Conciliabuli, quod ne Lutherano quidem συνόδου nomine dignari uelim, decretum quod nimirum iustam respondendi occasionem, nobis, ut spero, praebebit. Mirum in hoc sese coniungent Pilati et Herodes exemplo, tum Ubiquitarij tum et Flaciani Ismaelitae quorum alioqui manus contra omnes. Et iam uideo occasionem quidem exordiendae tragoediae quaeri a Magistris nostris Tubingensibus in Mompelgardicensibus Ecclesijs in quas sibi iurisdictionem occultis cuniculis quaerunt. Faxit Deus ne tandem eueniat quod certum est ab isto carnis et sanguinis spiritu quaeri, nempe ut omissa de reali et orali ipsius Christi corporis manducatione controuersia, reipsa non imaginatione alij aliorum carnem uoremus et sanguinem exhauriamus. Quod utinam hic sim falsus uates. Et sic saltem sua auctoritate utatur αὐτοκράτωρ tempestiue: Nam aut ego

ego fallor, aut nullum aequè molestum est malum ani-
morsce Germaniae, q̄ nūs aliud Carolyris videatur. De Pala-
tinatu quod innuis potius quam declaras, non satis intelligo.
Scio non paucis displicuisse quae illic iacta sunt disciplinae
Ecclesiasticae fundamenta, quibus tamen te non accenseo, quasi
cum illis sentias qui Consistoria & excommunicationem tyranni-
dem appellant. Ego vero, ut ingenue dicam quod sentio,
rectissime arbitror eos progredi in opere domini, qui doctrinam
simul & disciplinam proponunt: quod si in Germania fac-
tum esset, etsi fortasse non tranquilliores, puriores tamen ec-
clesias cerneremus. Heidelbergae porro non est cur arbi-
tremur turbatum esse aliquid disciplina mediocri proposita,
quae certè non auxit Palatinatus mala sed patefecit mul-
tos latentes morbos, quales utinam illic solum regnarent. Ad
doctrinam autem quod attinet, fateor non esse committendum
vinum novum utribus veteribus: sed nimium periculum
est magnum in mora, nec temere monet Apostolus ut impor-
tuni etiam simus. Vis paucis oia? Non tam nobis illic
& alibi cum iis negotium esse arbitror qui diversum aliqd
à nobis in religione sentiunt, quam cum iis qui omnem religionem
rident, quorum heu nimium magna hodie est copia. Com-
pescat huius impietatis spiritum Dominus & nos ex hoc
seculo.

seculo tam scelerato eripiat. De Gallicis fatalibus bellis quid dixe-
ro? ὁ δραπέτης totus est in choreis & omni intemperantia quae
Circumsident illum quorum incolumitas in eo uno posita est, ut
nullus sit pacis vel iustitiae locus. Nullum in tanto corpore mem-
brum est non luxatum. Incredibilis est eorum stupor qui cum viden-
tes pereant, nihil sentiunt. Denique illic plane est illa, quam vos
Medici vocatis, aequalis intemperies: Hinc coniice quam procul absit
ab interitu. Nostri, id est, qui vel ex religionis vel ex reliquis
ordinibus sapiunt, sustinent quod superest vitae & sanguinis.
Tacentes interea tot principes spectare posse mirum est eius
regni ruinam quam utinam caetera quae supersunt secum non
trahat. Sed hoc quoque peccata nostra merentur. Polonis quoque
numen graviter iratum esse ac merito quidem, impune
tot tam apertas in filium Dei blasphemias tolerantibus quis
miretur? Turcas vero, nisi vehementer fallor, non tan-
tum inexplebilis illa ambitio sollicitat, vel nova incitat vic-
toria, sed inprimis etiam vester ille hospes inflammat, ut
everso quod frustra metuit Germanorum subsidio Ecclesiarum
reliquias pessundet, quibus salvis stare se non posse nuper
sibi persuasit. Hic quoque experimur quid illud sit τοῦ πρὸς
ξενοῦ δόλον, sed usu ipso didicimus in Dei providentiam
recumbere, quod unum piis omnibus relictum perfugium puto.

De

De foenore, quae nuper in schola nostra disserui, ex D. Monanio nostro accepturum te confido. Bene vale clarissime & ornatissime vir. D. Iesus te piosq. istic omnes servet ab omni malo. Genevae. pridie Calend. Xbris. 1574.

T. Tuus Beza.

II Praestantissimo viro Dno Theodoro Bezae s. d. & amico s. obs.

S. Credo te, vir praestantissime, ea quae ex Moravia mihi fratres rescripserunt, legisse. Rectius omnino sentire quam scribant, videntur. Nam & veritatis studiosissimi sunt, & suos, ut piorum sententias diligenter explorent, mittunt. Existimo etiam ad nos iam venisse iuvenem quendam cuius Capitonis nomen est. Recipiunt etiam quosdam per summam aliorum iniuriam τῶν συνεργῶν eiectos, quemadmodum ex iis literis quas Monanio mitto, intelliges. O rem miseram. Vereor ne illa theologia plena stomachi carnes fratrum devoret, & innocentium sanguinem hauriat. Non possum de his prae summo animi dolore scribere. Vis ut suam auctoritatem opt. αὐτοκράτωρ interponat. Nimium altae sunt malorum radices & fit nunc vere illud: ἀκούει οὐδείς οὐδὲν ὅ ... Non moventur saxea pectora. De Palatinatu non recte me accipis.

me accipis: Imo sic sentio, Doctrinam absq. disciplina parum fructuosam & minime praeclaram. Certum fratrum Ecclesiae disciplina munus est, nec consistere possent nisi eam tuerentur. De his vero intimos animi mei sensus civis meus & vir opt. Ursinus novit. Videbis quid domonstio Josia futurum sit. Vereor certe ne plerique ad vomitum redeant, & illos qui optima fide & voluntate labores sustinuerunt desertos patiantur, prodant atq. ejiciant. Quae de Polonia, Vos uelov tuam voluntatem non tam in nos quam universam remp. christianam propensam. Verum prensare, cum politissimi homines suum illum dicant nobis non e propositum. Plurimi qui nos amant hic fuerunt & studia sua nob. declararunt: Sed malorum maior numerus. Pontificij fere omnes iam a legato Gallico persuasi sunt Regem rediturum. Utrq. ne quid moliantur novi, Coloniis qui eos audiunt autores sunt. Plerosque vero qui decoxerunt omnia & non tam novarum rerum quam tabularum cupidi sunt, sacra auri fames urget. Proinde cum illis Ferrariensis largi promittat, ne Helvetico magno duce inferior videatur, ad eum sese applicant. Vicinus etiam noster suas partes habet. Lithuani varij sunt, ad eos nunc legatus Regis proficiscitur, fortassis ut eadem quae Polonis exponat. Mirari Regem quod crebrerrimis literis nihil rescripserint & similes nugas. Sed nos Lithuanos in eo esse audimus ut sibi magnum ducem Lithuaniae eligant & a Polonis sua repetant nisi eundem pro Rege agnoscant. Magna e ingeniorum istorum mobilitas, & Radziwilius atq. Cottomirius suas res agunt. In Polo-
mia

nia legatus orationi suae minas regaliter addidit & de Polonia actum dixit, si quid contra fidem Regi datam factum sint: licere illis ut de privatis & alijs rebus conventus habeant: ut invito rege comitia habeant, Regem non laturum. Itaq. in Comitijs Warsoviensibus quae indixerunt secessionem futuram creditum est. Forte etiam incendium à Laso excitatum multa incommoda invehet, vel aliqua pars Poloniae eo conflagrabit. In Sagis esse minorem Poloniam audimus, munitiorem tamen arcem quam ut in eijcere illum queant. Tum in Ucrainia magno numero iam Turcas convenisse atq. in omnes occasiones intentos esse. Selymum extinctum 29 Novemb. creditum est, successisse filium Amurathem in Imperio, quem ferocissimum esse ferunt: Ita spes nostra de induciis vacillat. Ferrariensem sibi Turcam patronum parare, Venetos in metu esse audimus. Caetera explanabit Monavius: non enim tibi longiori epistola molestus esse debeo. Bene vale Vir clarissime. xxij Ianuarij 1575.

Iohannes Crato.

¶ Clarissimo viro D Ioachimo Camerario medico doctissimo, domino & amico plurimum observando.

S. Absit vero, clarissime vir, ut te existimem quamvis in luctu iustissimo, tibiq. cum bonis omnibus communi, ulla

quae à me

quae à me proficisci possit, consolatione indigere. Magna certe iac-
tura haec nostra est & quae vix ac ne vix quidem ullum compen-
sationi locum relinquat: Sed quantum ille lucrum fecit? Potius
ergo delectemur eius lucro quam nostrum damnum deploremus, siquidem
illum vere amavimus. Et quamquam oportuna fuit haec eius à nobis
discessio, si spectemus, ubi sanè facere nos oportet, quae sine illius
demigrationem consequuta & quae nobis à tergo relictis immi-
nent. Potius ergo quam ut lacrymis nostris indulgeamus,
praedicemus illum felicem quem tam diuturna peregrinatione
adeo feliciter obita benignissimus Deus noster tam oportunè ad
se evocavit. Et eundem precemur ut nobis in hoc maxi-
me procelloso iactatis adspiret donec & ipsi per medias tem-
pestates in illius aeternae quietis portum appellamus. Non
potui tamen, ac etiam nolui mihi eousque temperare ut
praestantissimi viri funus muto silentio prosequerer. Expressit
igitur mihi dolor institimus qualescunque istos versiculos
quos tibi tuisque fratribus dignis tali parente liberis gratos
esse cupio, quasi meae in eum pietatis μνημόσυνον, quem
ego unicum cum omnibus bonarum literarum studiosis habui
duxique parentis loco. Bene vale. Dominus Iesus pri-
mitiae resurgentium det nobis in ipso bene vivere & mori.
Genevae. pridie Calend. Decemb. 1574.

Tuus Beza.

D. O. M. S.

Extinctis olim, Musae luxistis alumnis
Et vitam vestra restituistis ope
Nunc contra vobis Ioachimi in funere, Musae
Has miseri extinctis solvimus exequias.
Namq. omnes tecum, tecum Ioachime Camaenae
Ut vixere simul, sic periere simul.

MVSIS ET MVSARVM ANTISTITI IOACHI
MO CAMERARIO PABEMBERGENSI OMNIVM
ÆTATIS SVÆ DOCTORVM GERMANORVM
DOCTISSIMO THEODORUS BEZA VEZELIUS
PIETATIS DOCTRINÆ AMICITIÆ ERGO
M. E.

Generosissimo domino, D Iohanni Baroni à
KithZ. viro tum genere tum pietate & doctrina
insigni, dno mihi plurimum observando.

S Quod tu me dignum esse iudicasti quem amares, id
est, eo beneficio afficeres quod inter humana oia excellit,
generosissime mi dne, hoc utinam tam possim existimare quam
id libenter abs te accipio. Gratiam certe habeam necesse quam
quam referre non possum. Caeterum quod ad eum nobilissimum

virum

virum attinet Georgium videlicet Ulricum à Sax. quem putas
commendatione dignum mea apud Illustrissimum principem Con-
densem agere. Ex eo quidem quanti tu meipsum facias abun-
de intelligo, sed hic tamen rogo ut me feras nonnihil abs te
dissentientem. Testimonio quidem illi apud hominem ignotum
opus est fateor, At illum certe plus satis commendant quae tu
ipsi vere, sat scio tribuis. Itaq. nullum in te beneficium ita
conferet Illustrissimus princeps Condensis, sed abs te potius &
ab illo acciperet, qui nisi virtutibus istis praeditos non modo
reciperet oblatos, sed etiam undique conquireret, vix dignum
censerem quem praediti virtutibus istis homines requirerent.
Scribam igitur literas quas petis, idq., uti confido, non inutili-
liter. Quaedam autem sunt causae cur aliquantulum morae,
morae inquam brevis interponendum putem, quas tibi cog-
nomines iustissimas esse cognosces, nisi ille sibi ultro intacta
sua virtute aditum patefecerit. Veniet istuc, ut spero, bre-
vi, id est, intra paucos dies quidam dignitatis & autoritatis
non parvae, qui hominem una cum meis literis principi of-
feret, gratissimum ut arbitror futurum munus. Interea
minime velim aegre te & illum hanc exiguam moram
ferre, sed hoc tibi potius persuasum esse me & illius &
ipsius quem hoc tam honorifico testimonio exornasti, rationem,
quid me potius commissurum quam ut ullum in me amici
officium requiras. Bene vale generosissime d. Baro.

Dominus Iesus respiciat nos pro misericordia singulari sua,
det nobis resipiscentiae spiritum, concedat ecclesiis suis aliquam
tranquillitatem: Te domiq. bonosq. omnes custodiat ab omni malo.
Geneuae. XIII Decemb. 1574.

Tuae Generositatis addictissimus

Theod. Beza.

II Docto iuxta & pio uiro D. Claudio
Textori, gallicae linguae in academia
Witebergensi professori

S. Existimo literas omnes tuas mihi fuisse redditas, qb.
copiosissimis quod tam breuibus respondeam rogo ut infinitis
meis occupationibus tribuas nec propterea desinas rogo me facere
certiorem quae nostra interesse existimaueris. Rescribo D. Vesembecio
& D. Monauio, quibus uelim ut literas meas tradas.
D. Camerarius responsum à me accipiet Norimbergae. Quas
dem adiunxi ad studiosum quendam Ungarum uel Polonum
à quo D. Carolini libellum accepi, quas etiam uelim, ut ei
si potes, reddendas cures. Scripsissem quoque libenter ad meos
illos amicos quibus simili debeo amicitiam, plurimi facio, sed
ne mihi quidem id temere faciendum credidi: quippe illos
contentiones istae destribuisse quae nostram illam mutuam
scribendi consuetudinem interruperunt. facias illos hac
de re.

de re certiores, ne quid in eos peccem. Gaudeo gallicam nostram
linguam istic profiteri te coepisse, cuius me iam non tantum linguae
sed etiam gentis nostrae plane pudeat. Comiti illi tuo nolo quicquam
scribere certis & minimum magnis de causis, quas ubi cognoveris
spero fore ut mihi assentiaris. Scripsi de gallica pronunciatione
nonnihil adhuc latitans in adversarijs meis quod ne scrutari qui-
dem me negotia mea nunc patiuntur. Hotomannus noster
libellum edidit his nundinis tuo instituto forensi accommodatum
cui titulus est Francogallia. De Crellij responso similibusque
declamationibus nihil prorsus laboro. D. Erastum vehementer
rogo non modo ut pergat, sed etiam ut eorum quae annotavit par-
ticipem me faciat non frustra id facturus. Quae de proditione
apud nos detecta & aliquot capite truncatis accepisti, merae
sunt nugae. De reb. gallicis quid scriberem? Soluta est obsidio
Rupellana ubi viginti quinque millia virorum amisit novus
ille Rex Poloniae. Sancerrani fame sensim expugnantur.
Apud Occitanos & Delfinates omnia prorsus ex animi sententia
& nunquam deiectiores hostes fuerunt. At ecce vereor ne quos
neque aperta neque occulta comparata vis vincere potuit, tris-
tissima pacis spes debellet. Utrumque sit tamen in manu Domini.
Pergimus adhuc quiete & feliciter Dei beneficio. Frater tuus
tertiana periculose laborat cuius medicus bene me sperare
iubet. Scito nihil illi humanitatis defuturum. Bene vale. D. Iesus
te custodiat ab omni malo. Genevae. 26 Augusti 1573.

Tuus Beza.

Accipies una cum his literis sex exemplaria mearum editarum epistolarum, amicis arbitrio tuo distribuenda.

¶ Doctissimo viro Dno Claudio Texlori amico suo & populari

Languetie epla

S. P. D. Tu soles esse praepostere officiosus in scribendis ad amicos literis. Soles enim saepe scribere ad eos q non procul a te absunt & qui possunt ab aliis scire q tu scribis, Nunqz autem ad eos qui procul sunt dissiti & sunt rerum nostrarum ignari. Obiicies te nescire qua ratione huc sint transmittendae literae. Sunt apud doct. Camerarium nobiles adolescentes Schonfeldii. Si Pragam ad magnum eorum parentem literas tuas miseris, eae mihi cito reddentur. De his rebus scribo praecipue. Cum facerem iter Dresda, dixit mihi Comes de Lina se brevi acceptarum pecuniam a parentib. adolescentium qui eorum habuerat dilis, & dicebat sibi videri consultum ut Vitebergam remitterentur, ubi commodius suis studiis vacare possent. Probavi eius consilium & dixi ipum rectè facturum si te eis praeficeret interea dum alter abest. Scribe quid de ea re sit actum & q in statu sint res omnium nostrorum popularium, q apud nos vivunt, quos peto ut officiose meo noie salutes, ac etiam dni Skincerum cui dices Edimburgum esse in potestate Anglorum ut huc fertur. Dicunt Polonos petere a suo novo rege ut Cracoviensem Academiam

Academiam restituat: perpende tecum an sit ex re tua illuc proficisci, idque mihi significa. Ego te iuuabo quantum potero. Id quod illuc ambiuisti, posses forte illuc obtinere. Pelo ut scribas quomodo sit actum cum Coloniis qui mihi aliquamdiu Lipsiae debitores sunt. Scribe etiam quae habes de nostra schola & quidem prolixe, sed literas tuas in angustam formam conuoluere ne sint molestae ijs a quib. perferuntur. Trade eas dnis Schonfeldijs quos pelo ut officiose meo noie salutes ac simul eorum exemplorum. Saluta amicos omnes. Viennae 14 Augusti 1573.]

Tui amantissimus
Hubertus Languetus.

Discerpe literas meas ubi eas legeris. Mitto doctori Peucero literas inscriptas dno Monauio. Si forte a nobis discessit cura ut ad eum mittantur. Nam quaedam scribo quae ad eius iter Italicum pertinent.

II Ad Christophorum Eheminum J. V. Doctorem, Illustrissimi Electoris Palatini Friderici Cancellarium.

S. Mihi uero iucundissimum fuisset Ornatissime uir ex te ipso audire de quibus scribis, tristissima quidem illa, sed quorum minime abijcienda sit cura nisi scientes prudentes perire malumus. Miserum est profecto quod tu significas & iam antea cognoueram de tantorum uirorum animo tam pusillo: Sed quid agas! Non datum omnibus credere & pati, plerisque etiam mentiri. Et quod exempla etiam istis tristiora miserrimo isto seculo uidemus.

Suscipiamus vero nos quib. datum est adhuc stare, infirmorum fratrum curam, et simul sapienter moneas de remedijs serio nunc saltem cogitemus. Iam tum cum Francofurti eligeretur Imperator Ferdinandus ex sapientissimi et prudentissimi viri D Calvini voluntate et mandato de hoc ipso remedio, id est de Synodo inter dissidentes nostras Ecclesias habenda cum oib. qui aderant Electoribus protestantibus et alijs etiam principibus egi interprete pijs sanctaeq. memoriae D Eberhardo, vel certe nisi me fallit memoria, D Georgio Comite ab Erpach, et res ita commode successit ut per principes statuum non fuerit quo minus Synodus idoneo loco et tempore haberetur, si a nostris posceretur. Quo minus id vero processerit longius conijcio ex literis tuis te satis intelligere, frustra quidem quibusdam serio flagitantibus nobis nobis ne tanta amitteretur occasio, et quae nunc mala praesentia cernimus praedicentibus. Et haec quidem tunc acta sunt et postea neglecta. Nunc vero nobis eodem recurrendum prorsus arbitror, sed praeterquam quod de quibusdam eo pertrahendis pene despero, si tot populorum consensus prius expectandus erit, nempe isti suum decretum iam sanxiverint a quo vix postea impetrabitur ut cedant ijs quasi ultro reclamantibus quos certum est non ignorantia sed sola mala conscientia peccare. Itaq. consuerim quidem ego ita nunc instituendam nobis actionem, ut Illustrissimus princeps quo nullus melior

melior autem nobis quaerendus est. adiunctis academiae nostrae litteris duplicem eodem tempore legationem mittat, unam vide-licet ad Saxonem ipsum quo postuletur ut ex antiquo ecclesiae christianae more, non autem iniquissima ista ratione de ecclesi-asticis controversijs agatur, ac proinde ipsismet praesentibus prin-cipibus audiantur dissidentes & ex verbo dej vel penitus decidantur controversiae, vel saltem ita componantur ut aditus ad concordiam in veritate tandem patefiat potius quam ut mutuo nos confodiamus paucorum quorundam inter esse maximi dissidentium arbitrio, siquidem satis constat dogma Brentia-num de Ubiquitate quo convellitur universae de Christi persona doctrinae fundamentum ne ab ijs quidem approbari qui nuper Witebergenses damnarunt: & inter ipsos quoque Ubiquitarios minime omnium convenire in originalis peccati controversia re-cens ab illo perditissimo omnium hominum Illyrico ex Mani-chaeorum lacunis invecta. Aequissimum igitur esse, imo pla-ne necessarium ut quum nos ipsi a Pontificijs liberam & le-gitimam synodum petamus, nos ipsi hoc saltem inter nos reme-dio tandem aliquando utamur, quod ni fiat, si quisque sibi reliquas Ecclesias damnandi autoritatem isto Saxonico exo arroget, futurum ut & ipsi damnatores damnentur & pro christianismo Anathematismum habeamus, neque denique ad instaurandum Dei templum quod vix dum instaurari coepit alio Antichristo quam nobis ipsis sit opus. Haec fortasse & his si-

milia

milia Saxonum calonus saltem movebunt, ut etiam si non sta-
tim attentiatur, tamen istorum pessimorum hominum impe-
tum moretur. Et hic nobis deliberandum erit an eadem
quoque vel una eademque legatione vel diversis à religionis p-
cipuis principibus & civitatibus etiam petenda sit, tum ut
ille hac etiam ratione permoveatur, tum ut si non quale
optaremus, qualemcunque tandem conventum impetremus: de-
nique ut posteritati constet, nostraque nobis conscientia testetur, nul-
lam in nobis istorum malorum culpam residere. Altera lega-
tio num eiusdem academiae nostrae literis ad helveticas confes-
sionis Ecclesias erit mittenda quae totam istam tragoediam
plene commemoret & synodi cogendae necessitatem ostendat,
idque eo ipso tempore fieri velim quo ad Saxonem ibatur, par-
tim ut tantundem temporis lucrifaciamus, partim ne si Helve-
tij tergiversari Saxones cognoverint hanc & ipsi rei diffe-
rendae occasionem arripiant. Quaerent nimirum nonnulli
quid inde fructus sit sperandum, nonnullis ut dicere solent
à sua sententia discessuris. Respondeam ego melius esse
de divina misericordia sperandum, & ut pestilentissimi sint
adversarij in suo dogmate, tamen hoc [illegible] congressum omnino
ad erudiendos multos principes qui solis suspicijs hodie
damnant de quib. nihil praeter mera mendacia ex quorun-
dam impudentissimorum nebulonum ore audiverunt: Et
eam esse

Et eam esse vim veritatis, ut quoties effulget oculos hominum saltem perstringat: Denique hoc nos saltem, quod maximum est, consequuturos, quod conscientias nostras semel liberaverimus in testimonium illis et mutuae inter nos altera ex parte retinendae concordiae, capiendisque, si opus erit, communibus consiliis communem istum conventum profuturum. Caeterum quid sint tamen Helvetiae Ecclesiae consecuturae nescio: sed hanc saltem quae privatim etiam oppugnatur, spero sibi non defuturam. De Gallicis Ecclesiis si hodie starent, minime esset dubitandum: Spero tamen facile nos impetraturos ut quae adhuc supersunt contentiones, et cum in his regionibus magnum habeamus ex Lutheranis ministrorum numerum, non desunt docti et cordati nonnulli qui sese sistant caeterorum absentium nomine. Vides, ornatissime vir, quae sint meae de rebus istis cogitationes quas idcirco non perscribo ut quidquam sapientissimis vobis suggeram, sed ut in sinum tuum et fratrum qui istic sunt, curas istas ingentes nostras effundam. Amabo vero, mi frater, totus una cum caeteris collegis in hoc negotium incumbe: Ego quibuscunque modis potero ac precibus assiduis inprimis vos adiuvabo. Filium tuum scito non aliter nobis fore quam si meus ipsius esset. De rebus Gallicis quae nunc habebamus ex iis cognosces quas ad Dominum Zulegerum nostrum scribo, ut ille mittit ista ex literis. Bene vale vir ornatissime, et

me

me, quod facis, ama. Genevae. 18 octobris. 1574.

Tuus Beza.

Eximio Christi servo D. Erico Mylaeo, fratri ac symmystae observando.

S. Spero, mi honorande frater, redditas tibi fuisse meas postremas quibus mutuam nostram coniunctionem apud te confirmatam volui. Hoc ipsum in causa est cur hanc ad te scribendi occasionem repente oblatam minime mihi praetermittendam putarem. Etsi enim mihi persuasi, non dubitare te quin tuis istis iniurijs perinde ut meis ipsius afficiar: tamen hoc ipsum existimo tibi gratum esse ex me ipso audire. Publicae vero calamitates istae quantopere nobis omnibus acerbae sint satis per te ipsum intelliges. Testis est nobis Deus precum assiduarum quas certo scio inanes non futuras, itaque ut certo sperem vel illud facit, quod usque processisse videam spiritus erroris efficaciam, ut vix ulterius progredi posse videatur. Legi Nebulonis illius impuros versiculos quibus ne tantillum quidem moveor: Quorsum enim ego Canis istius latratus morarer? Solmocennis ille egregie scilicet et impietatis et blasphemiae crimina, quibus convictus tenetur diluit, arrepto simul et calumniosissime detorto dicterio quo impurus sophista fraterculus in me et uxorculam meam iactata convitia in ipsum regessi: Eviomant

igitur

igitur illi, quicquid ex malo spiritu hauserunt, faciant denique vel saltem audeant quidvis. Solo contemptu illos ulcisci constitui excepta veritatis causa, quam deserere certe nec possum opinor nec debeo, etsi tacentibus aliorum nobis Dominus illam vindicabit. Interea, mi carissime frater, cogitemus nullis copiosius benedicere Dominum quam illis quibus veritatis odio mundus maledicit, et bonae conscientiae ac divinae bonitatis praesidio freti diem illum domini patienter expectemus. Lectione tuorum in psalmos commentariorum incredibiliter delector. Nescio an videris Theodori cuiusdam Rhaitensis presbyteri graecum libellum a me latine versum et superioribus nundinis editum cuius exemplar ad te libenter misissem si ad manus habuissem. Bene vale vir eximie et plurimum observande frater cum universo bonorum coetu. Dominus Iesus nos omnes pro bonitate singulari sua tueatur. Geneva 12 May. 1576.

Tuus Beza.

Johanni Sambuco V. Cl.

S. Incredibilis meus dolor, quem ex obitu sacratissimi Imp. et morbo gravissimo filij mei accepi, ita me afflixit et omnes animi atque corporis vires abstulit, ut nulla in re cogitationem locare atque figere possim. Itaque de morbo et vitae exitu Sacratissimi Imp. Maximiliani II. domini nostri benignissimi S. M. ad te

te scribere conantem, doloris acerbitas remoratur. Non dubito au-
tem quin multis literis plurima uobis nunciata sint; uera & certa-
ne omnia, cum in hac urbe non dissentanea tantum, sed conficta
atque falsa sine pudore proferantur, haud scio. Inscribam igitur
pauca, & quibus tu atque omnes homines tuto fidem adhibere pos-
sint. Meministi uero quam graui morbo confectus in uiam
me dederim, ut Imperatoriam Maiestatem hunc sequerer, proinde
raro Caesarem in toto itinere accessi. Ex iis autem qui mensae
adfuerint cognovi, prolixius his paucis diebus quibus in itine-
re fuimus, usum piscibus quam multis annis proxime praeter-
itis. Saepe enim toto anno, Imp. ne gustasse quidem piscem memini.
Straubingam cum uenissemus in Nephriticum dolorem incidit.
Eo biduo post, satis grandi eiecto calculo liberatus est. Supra
uires tunc die noctuque Caesari praesto fui, & simulac huc ueni,
in grauissimum morbum, quo pene confectus sum incidi. Cum
iacerem, non temperasse sibi Imp. a fructibus parum etiam matu-
ris in ore omnium fuit. Vix uires collegeram, meum officium
monendo quantum potui, feci. Videbatur autem sibi Caesar an-
num climactericum septimum superasse (Calendis enim Augusti
quinquagesimum ingressus fuerat) Verum (id quod non ra-
ro obseruaui) plus periculi annus climacterico proximus
habuit. Ineunte enim Augusto, cum octiduum apud Caesa-
rem

rem fruitur serenissimus Archidux ferdinandus, & mihi dolor
auris, quo nimium sæpe iam propemodum enecor, grauiter
molestus esset, die vij Sextil. in cœna uinum refrigeratum
Cæsar hausit & subito quasi spiritum sibi intercludi sensit.
Coniecit igitur se discedens à mensa in lectum & nescio quo
medicamento hausto (domi enim me tunc continebam) su-
dare (id quod Cæsar rarissime facere solebat & solerat) cœpit.
Nihil mihi Dodonæus, qui cœnanti Imp. adfuerat, signifi-
cauit, sed ad flores borraginis zuccaro conditos confugit,
quos tamen Imperator nunquam attigit. Cum nunciatum
mihi esset à pharmacopœo Cæsarem male affectum, sublata
iam die nolui accedere, verum domi remanere ea nocte ius-
sus sum. Mane cum lecto Imperator surgeret, Sæuum
inquit, me heri malum oppressit, si durasset tibi non peper-
cissem. Ex eo vero tempore nunquam (quod sciam) integrum
cyathum exhaurire potuit: xiii° tamen die ad ingenium
quasi rediit, & cum in prandio & persica & cerasa largius
comedisset, sub noctem vomuit, atque ut auxilium naturæ
ferret (quod superioribus annis sæpe fecit) insequenti die à
prandio abstinuit. Nunquam autem mihi deinceps recte valere
uisus est, etiamsi quosdam principes uiros accederet & hila-
ritatem etiam præ se ferret. Sperni excellentes naturæ nolunt:

Sed nostra agamus. Nephriticum dolorem sibi molestum esse
conquerebatur, atq. cum nescio quibus conquisitis remedijs a-
vertere studebat. Aliquoties granis Iuniperi est usus, Zuccaro
etiam ea incrustari voluit. Grauiter demumq(ue) & cum magna
difficultate tussiuit. Itaq. iam tum morti exitialis fulmini-
tium non dubito. XXIX vero Augusti die, quem Diuus
Ferdinandus nephastum existimabat, sub noctem hora X, ne-
phriticus dolor Imperatorem optimum grauissime inuasit.
Vomuit supra modum. Ex hac commotione Cor palpitare vi-
debatur: verum pulsus non ostendit verum παλμόν, & ip-
se Imperator non esse palpitationem affirmabat. De nomi-
ne nunquam odiose contendere volui, licet quidam qui doc-
trinae suae annos numerant & iactitant atq. in deliberatio-
nibus medicis lecta magis de morbis quam recte cognita & in-
tellecta adferunt, aliter sentiant. Obsessum vel a pituita
vel humore Cor atq. pulmones affirmaui, & confirmaui
atq. vera remedia ostendi: Verum praeualuit error &
obstinata voluntas aduersandi eorum quibus plurimis sua
fuit existimatio quam Caesaris salus. Continuo igitur fotu
Cor contra meam voluntatem est debilitatum & renibus
Cataplasmata, me quidem approbante, adhibita. Ita
intra

intra paucos dies quinq. calculos satis grandes Imperator ex-
crevit. Missi sunt cursores nuncij qui D. Iulium accerserent:
priusquam vero is huc ~~venit~~, mulier quaedam Ulmensis Shei-
cheriana re & nomine, operatione D. Georgij Ilsingi praefec-
ti Sueviae mirifice commendata fuit. Appulit igitur ur-
gentibus nos fatis fatuitate quadam ea huc navigio,
Et cum Ilsingum ἀποδα[illegible] sias, internuncio D. Fran-
cisco Krinzensteinio, quem praepositum Tridentinum etiam
nunc appellant, congruis suis laudibus ornata est. Accessit
Comitis Guntheri a Schwarzburg &c., cui dolores podagricos
ademisse perhibebatur testimonium, & fatales machinae sa-
pientissimo Imperatori ad istum modum admotae ut firmis-
simum quemque evertere possent. Primo enim impudentissi-
mae & confidentissimae mulieri ad Caesarem aditus fuit, dixis-
se fertur, Non superfuturum Caesarem fuisse triduum, nisi
illa auxilio venisset. & ut solent mendaces atq. impudentes
de valetudine intra paucos dies recuperanda ineptissime pro-
misit. Vino interdixit, in quo omnis propemodum virium
conservandarum spes erat, & nescio quas cerevisias vino prae-
tulit. Saepe igitur uno die quatuor potus genera attulit.
Vidi descriptionem quandam ex herbulis, quibus vulgo
ad Epilepsiam utuntur. Nescio an Imperator biberit. Hoc
scio

scio in tota urbe rumorem falsissimum sparsum, Caesarem
duabus horis correptum Epilepsia iacuisse. Vere autem affir-
mare possum, me totis his XIII annis quibus Cesareo Impe-
ratori adfui, & suae Maiestatis valetudinis curam optima
conscientia & tutissima voluntate gessi, ne minimum qui-
dem huius morbi indicium umquam à me animadversum. Co-
natus sum nefariam audaciam mulieris comprimere quan-
tum in me fuit, & aliquot remedia quae tumorem in pedore
absumere possent proposui, sed nescio quomodo, imo bene
scio quomodo eorum usus est impeditus. Poloni tamen qui-
dam rerum omnium imperitissimi, iniustissime dicere ausi
sunt, me muliebri curationi obstitisse, cum ab illa Caesar ser-
vari potuerit. Verum mitto iudicia levium hominum. Hoc
vere affirmo, prius quam illa sua medicamenta & tibiae Caesari
carnes applicuisse, virum olei insanire erat, non abhorru-
isse, ita quiremisso, ut me aliquot noctibus domi remane
re iuberet. Nequeo de his scribere plura & haec ipsa gra-
vissimum dolorem mihi faciunt. Advenit D Iulius XXII
Septembris, cui cum Imperator consilia muliebria, me ab-
sente exposuisset & quibus illa remedijs triduo saltem
uti vellet significasset, locum muliebri medicationi gessit.
Inspector

Inspector fui huius acerbissimae mihi felicitatis totis sex diebus.
Cum vero istas imposturas & muliebres fraudes ferre amplius
non possem, audientibus omnibus Medicis, supplex sacram Caesa-
ream Maiestatem oravi ne sibi imprudentem mulierem venena
dare pateretur. Adesse S. M.tis medicos eximios qui & mor-
bum intelligant & quilibet in se curam recipere non dubitet;
Si quis vero addubitaret (cum quidem ea quae divina vo-
luntate fiunt non posse ad meum iudicium revocare neq. auto-
re) verum si concedatur, solum velle curationem in me
(ita tamen ut eorum omnium quae fecerim supra prius ratio-
nem reddam) meo periculo recipere: Ne velle videri mu-
tum canem qui silentio salutem domini sui prodat. Vicit
fatalis improbitas, Mulier enim purgans medicamentum de-
dit, & aliis multis, ac vero balsamo suo ut mendacissima
foemina aloen cum medicamentis purgantibus coctam atque
expressam appellabat, usa est. Abhorrere statim tunc ab
omni cibo & potu Caesar coepit & gravissimus haemorrhoidum
cruciatus, qui somnum ademit, consequutus est. Quid multis?
In oculos incurrebat omnium valetudinem Caesaris in peius
ruere: tamen ne in offensionem incurrerent plurimi ani-
lia ista collaudabant. Recensere de his omnia neq. pos-
sum neq. debeo. Ad Generosissimum D. Dietrichsteinium

summum palatij Caesarei praefectum ὑπερόλεθρον scripsi. Si
ea saltem quae post adventum Caesaris Rudolphi Augusti II
facta sunt, nunc recensere vellem, longa epistola futura esset.
De dextri hypochondrij dolore, nocte ea quam mors consecuta
est, Caesar conquerebatur. Ibi foemina imprudens Reginae
Annae Ducis Bavariae coniugi persuasit pleuritide Caesarem
laborare. Infinita remedia prolata. Ut primum dies XII Oc
tobris illucescere coepit, continere me non potui, quin multa fieri
nihil rectum affirmarem. Voluerunt igitur me quid recte
fieri posset, proferre. Respondi, Me in ea esse sententia, si iuvan
di natura debeat, vel diaphoretica vel diuretica adhibenda,
atque de radicum Petroselinj decocto familiari ita monui, ut
me ignorare, sit ne vitalis virtus adhuc integra, significarem.
Bitrio enim mulierculis medicatio explorandi potestatem non
concesserat. Naturalem iacere manifestum erat: Me igitur
prostratae naturae & quae nullo modo medicum adiuvare
queat, auxilium ferre non posse, testabar. Ita ut arteriae
motum explorarem ad Caesarem deductus sum, Cum opt.
Imperator carpum mihi tangendum praeberet, Crato, inquit,
nihil est pulsus. Depraehendi autem vermicantem, ut
Medici loquuntur, pulsum & vix quasi repere arteriam,

Cum

cum quadam tamen intermissione elationis. Fuit toto morbi tempore & inaequalis & intermittens pulsus, interdum ordinate, non raro inordinate: Itaque omnib. qui aderant audientibus dixi, Humanis auxilijs nullum iam esse locum, Divina imploranda, & quae pro mea parte potui, optima fide monui. Accersitus est iussu Imp. Epus Neapolitanus, verum duabus fere horis post admissus: Nam aliquamdiu vel in ardua cogitatione vel invocatione Dei Imperator iacuit. Paulo post horam suam adesse animo magno atq. excelso affirmavit. Admonitus de Episcopi praesentia, cum interrogasset cuius instituti esset advocatus, Potest inquit accedere ea lege ne quid aliud quam Christi salvatoris nostri unici merito loquatur. Non defuit officio suo Episcopus, Et cum ad extremum Caesarem hortaretur ut pluris valere apud Deum letum Christi domini & innocentis Sanguinem quam totius mundi nocentis peccata certo statueret, atq. in hac fiducia se suamq. salutem aeterno Deo committeret, & in spe vitae beatae atq. aeternae usq. ad extremum spiritum constanter acquiesceret: Ibi Imperator clara voce respondit: Non aliter faciam: Nicht anders: ac mox quasi obdormiscens animam pie & cordate agit. Ea ipsa hora, quae XII. diei Octobr. (qui D. Maximiliano inscriptus est in Kalendario) IX erat in Curia Senatoria, patrem repraesentante

Rudolpho

Rudolpho II. Caesare, decretum Conventus Imperij coram Stati-
bus promulgatum est, cumque finem legendi Moguntinus Cancel-
larius faceret, vivere quoque in his terris Maximilianus Imp. desi-
sijt, & filius qui paulo ante in Senatum Imperij ut Germano-
rum Rex venerat, Imperator discessit. Non defuerunt homines
leves atque improbi, qui affirmare audebant multo ante Imp.
Maximilianum e vita migrasse. Sed cum illis contendere qui
tantopere vanis confictis mendacijs delectantur, ineptum est.
Insequenti die XIII. noster Petrus Suma industrius & officiosus
vir cadaver aperuit, nec ullum membrum insigniter laesum,
neque ullius ulceris vel inflammationis de qua multi inepte
loquuntur, indicium reperit. Pulmones & illa omnia quae
Diodorus ἀναπνευστικὰ πνεύματα appellat, humore subflavo
innatabant, & Pulmo nativum colorem amiserat. Pericar-
dium et cordis involucrum plus iusto humoris aquei con-
tinebat, & ad orificia cordis membranae ita induruerant
ut osseae viderentur. Materia autem quaedam in lapide
quasi in ipso corde concreverat quam exemplam Illustri
Domino Dittrichsteinio exhibui. Cor non nihil ad corruptum
propter redundantem humorem albicabat. In ventriculo ater
humor conspiciebatur qui vel e splene in eum regurgitaverat,
vel ex medicamentis muliebribus ortus erat. Nam pilu-
tos,

tosi humoris & viscidi plane in morbo supra libras sex vomitu re-
iecerat. Huius autem albi humoris paulo ante mortem circiter
ad unciam unam evomuit, neq. deinceps quicquam assumsit. Allatae
quidem quasi in articulo vitae migrationis sorbitiones fuerunt.
Verum illas non attigit. Renes minime mali, cum saepe per
decennio nephriticus fuerit, affecti erant & dexter sanguine omnino
videbatur: In sinistro materia arenosa pauca nondum tamen
concreta reperta. Ureteris tamen in ea parte aliquo modo laesi.
Satis dextris artis medicae peritis, quae morborum causae fuerint
& quae sanationis cura via, perspicuum est; qui non videt, infe-
liciter in arte medica occaecatus est. Ego quidem nunquam
dubitavi & saepe frustra monui, cum difficultatem spirandi
eam viderem, ut sorbendo paululum vix cyathum exiguum
deglutire posset, atq. cum integra septimana dextarium bi-
beret, singulis vero diebus naturalibus ad congium fere u-
rinae redderet, eo ducendum quo natura viam nob. monstra-
bat: sed Dodonaeus noster nescio quae somnia fingebat
& non potuisse agnoscum istum humorem medicamentis educi
de mortuo etiam Imp. affirmabat. Nolui contendere ad re-
dandum, Hippocraticae saltem sententiae, qua in corpore vivo
omnia posse permeare & per vias nobis ignotas transire do-
cemur, admonui. Clarissimus etiam D. Iulius, vir ad leni-
tatem

talem animi singularem factus & ἄϕεσκος se observatae plenilinum prius miscuisse subijciebat. Sed difficile est πανχαρος καλῶς ad rectam sententiam perducere. Ego de his recordationes nunc fugio, & effugere quaero, ac ne cum istis ingenijs mihi denicaps unquam sit consuetudinum, sedulo cavere studebo. Utinam, iterum utinam Deus atque noster his quod reliquum est vitae minore conedatur. Bene vale. Augusta Tiberij XX octob. Citius enim propter gravissimum morbum filij animum ad scribendum applicare non potui.

Jo: Crato

27.

## Ad Laurentium Durnhoferum Ecclesiasten Norimbergensem.

S. Mi domine & frater observande, cogor ultrisque postremis literis tuis brevissime respondere, quoniam simul intellexi tabellarium nostrum advenisse & rursum ad discessum comparatum. Quae tu, mi frater, de publico Germaniae statu scribis talia sunt ut non pro foribus sit iudicium Dei, sed intra ipsa penetralia iam grassetur illius horribilior furor quam si vel fame vel peste vel bello Germaniam castigaret. Quid enim est in reprobum sensum tradere, si hoc non est? De nostra vero Gallia quid dicam? Agitur iam annus decimus quartus

Ex quo

ex quo seipsum tanta rabie consciendit, ut nullum unquam opinor tale extitisse crudelitatis exemplum. Servavit sacrarum Ecclesiarum reliquias Dominus incredibilis & incredibilibus miraculis. Imo ipsis tradiderat in manus certissimam rationem qua seipsas & universum orbem ab Antichristi tyrannide liberarent. Hoc ne viderent, non sinuerunt infinita scelera illorum qui religionis praetextu patriam populantur & sanctum Domini nomen quod super nos invocatum est, sceleratissime polluunt. Itaque pax concepta est, de cuius exitu felici nulla pene spes est. Longum esset ac pene infinitum, scribere quibus dolis & artibus usi sint & adhuc utantur hostes, quorum spes omnis sita est in nostrorum pernicie. Tantum hoc significo, nunquam nos magis eguisse poenitentia & precibus quod inprimis negligi video. Ecclesiae interea miris modis resurgunt, quod unum me consolatur. Sed quo minus hoc solidum gaudium gaudeam, facit tanta pastorum penuria, ut nobis etiam ipsis desint, cui summo malo nullum ordinarium remedium paratum video. Amisimus Tiguri Simlerum nostrum, eheu, mi frater, quanti pretii hominem? quanti quidem ego nullum alium hodie novi. Eodem mense periit non sibi sed nobis, Vir optimus Matthaeus Beroaldus, cui successorem adhuc quaerimus. Eo mortuo, sic spero me filio tuo prospexisse itemque alteri D Herdesiani nostri affini, ut in commutatione nihil eis decesserit. Ego, quod tibi persuasum esse volim, officio fratris & amici, ac

etia

etiam pastoris non sum desiturus. Prostabit his nundinis altera nearum quaestionum pars, quae procul dubio irritabit crabrones, sic tamen a me comparata, ut in alteram potius, nempe lenitatis partem peccem. Bene vale vir eximie & frater plurimum observande. Excrevit scribendo epistola, quod initio non putaram. Reverendos viros D Heshusianum, D Camerarium, una cum D Gabriele nostro, velim ex me quam officiosissime salutari. Dominus Iesus mitiget poenas peccatis nostris debitas, furiosos Sathanae conatus frangat, tibi vero, mi frater, bonisque omnibus magis ac magis benedicat. Tu vicissim pro nobis illum assidue precare, donec & nos in pace colligamur. Iterum vale. Genevae. 15 Augusti. 1576.

Ioannes Beza.

28

## Ad Eundem.

Spero tibi redditas esse meas postremas, quibus ad omnes priores tuas respondi. De gallica pace nihil possum laeti neque certi nunciare. Certum enim est, nihil adhuc esse melius factum ad tollendam eorum, qui gradum suum pergunt retinere, & quoniam deest illis nocendi facultas, quanta ad redintegrandum bellum opus est, alia via nos aggrediuntur. Sperant enim futurum ut statim in authoritate sua facile sint facillime, nulloque negotio

negotio nos opprimant. Sunt autem Status indicti ad 15 diem No-
uembris. Itaq. toti in hoc sunt, ut nullus ex singulis praefecturis ad
Status mittatur, de cuius voluntate non possint pro suo arbitrio sta-
tuere. Nostros autem spero contrarijs omnibus remedijs usuros, quod
ni faciant, aut Deus prodigiosum aliquod opus edet, aut de Galli-
carum Ecclesiarum instauratione nihil est amplius sperandum.
Magnopere certe a nostris peccatum est, qui diligenter praemoniti
cum Status sine exceptione postularunt, ut hic quoq. verum sit,
prudentiores esse filios huius seculi filijs lucis. Interea, etsi non
ubiq, plurimis tamen locis mirabiliter instaurantur Ecclesiae, etia[m]
in ipsa Babylone, quod me mirabiliter recreat in his miserijs
cogitantem nunquam certius aut magnificentius regnare Christum quam
sub cruce. Expecto his nundinis, quae monstra sit paritura
septentrionalis Africa. Mitto ad te alteram quaestionum nos-
trarum partem, quae est παρασκευὴν ad tertiam, in qua un-
dis propositis syllogismis Statij, Deo favente, contrarias sententias
refutare, nulla cuiusq. facta mentione. Nam Xantesio seorsim
respondebitur, si modo vitam & otium istud negotiosum mihi pro-
rogavit Dominus. Ex tribus exemplaribus unum valde ru-
pto D. Hardesiano, alterum D. Camerario tradi, quos etiam
ex me velim quam officiosissime abs te salutari. Adieci totide[m]
recensorum meorum poëmatum exemplaria, de quibus idem
statues, nisi molestum erit. Cogit me Adversariorum im-
probitas has meas nugas quas alioqui vellem semel excep-

tis

tis psalmis & paucculis alijs, interiisse, in publicum edere. Si haec nostra legeris, gratissimum mihi feceris, si tuum & Hardesianj iudicium, de hoc nostro qualicunq. labore perscripseris. Misissem quoq. nonnulla ad D. Cratonem, Mecaenatum nostrum, ipsumq. Dudithium exemplaria, sed nunc quidem sum veritus tam crasso fasciculo tabellarium onerare. Bene vale vir eximie & plurimum observande frater, una cum bonis omnibus. Geneua XI. Septemb. 1576.

Tuus Beza.

Ecce iam mihi redditae sunt tuae literae, pridie Cal. Sept. datae, & cum iste oneraret tabellarius tam grandi fasciculo, poematum meorum exempla subduxi, quod quaestionum libellos magis necessarios putarem: quod scriptum velim etiam, si expediret, germanice verti, ad refellendas impudentissimi hominis calumnias. Porro si latine scripsit ista synodus Auspicans, scito me captivum mirabile consilium. Diem enim illis dicam & coram Deo & coram hominibus. Sin vero Germanice, fac quaeso ut habeam fideliter versum exemplar. Dominus est in caelis. Cadent isti in foveam, quam tanto labore pijs foderunt. Haec ego ad te, equum iam ascendente cursore. Excusa igitur rem ossa cura [illegible]

Fido christi servo D. Christophoro Thretio
fratri & amico singulari.

Ergo, mi Threti, lipsiam audisti, triste nimirum spectaculum: & utinam ne latius illud malum serpat. Nos, Dei beneficio, belle iam valemus & aucti nuper sumus doctissimo philosophiae professore Beroaldo qui Scaligero curandarum rerum suarum gratia discedenti succes-sit. Itaq. si tui Poloni ad nos venerint, habebunt, ut spero, sub qui-bus proficiant: Erunt etiam mihi collegisq. meis quam maxime com-mendati. Quod ad vestrae gentis legatos ad repetendum vestrum rege missos attinet, nondum illos arbitror in aulam pervenisse quae nunc est Avenione: Sed hoc probe scio iampridem ad Regem perlatum fuisse & in hominum manibus versari exemplum decreti & literarum quas sunt Regi traditurj, ex quo intelligi potest qua fide res ista geratur. Servet vos Dominus ab intestinis bellis & faxit ut aliorum saltem exemplo sapiatis. De rebus Gallicis: Pergunt insanire malorum istorum autores, plerisq. tamen omnium ordinum Catho-licis non obscure congruentibus & pacem aliquam optantibus. Rex uno peditatu Helvetico & Germanico equitatu fretus credidit se posse nostros uno statim impetu profligare, quo spes eum fefellit Dei beneficio. In Delphinatu duas arces a nostris desertas in op-posita Rhodani ripa oppidulum unicum vacuum ingressus est. Apud Pictonas fontaneum negligentia praesidiariorum militum occu-pavit & Lusignanum arcem munitissimam fortissime defensam totum iam mensem superiorem obsidet. Nostri sese intra suas

muni

munitiones continent. Quod si vel minimum subsidium possemus
ab iis quos nosti obtinere, nunquam melior aut certior oblata est profli-
gandi semel Papatus occasio, nostris quidem integris, hostibus utro
quod certissimum est ad extrema redactis. Sed hoc quoque vereor
ut peccata nostra impediant. Caeterum mi Theodore, non possum non
aegre ferre, quod cum tam multis modis curarim ut una cum meis
litteris extaria meorum epistolarum Illustri domino Thelegdio redde-
rentur, nunquam tamen certo intelligere potuerim, an sint ei traditae
et quo vultu munusculum meum acceperit. Itaque si me hac solli-
citudine liberaveris, gratissimum mihi feceris, quum praesertim illas
iam Eustathius noster recudat. Habeo quoque duos priores
psalmorum libros magno studio elaboratis versibus lyricis à me
expressos, quos edere his nundinis fere constitui. Eos vero si pri-
tas animi optimatum vestrorum non ingratos fore et aliquem
inde fructum ad Ecclesias vestras rediturum, velim id mihi
primo quoque tempore significes. Torgensi quidem Conciliabulo
et novis Flacianae stultitiae vel insaniae potius demonstrationibus
necessario respondebitur. Liber Responsorum D. Calvini iam
pene est absolutus. Fac amabo ut brevi abs te responsum ac-
cipiam. Vale et meo nomine bonos omnes istic saluta. Do-
minus compescat Satanam et omnia ipsius organa. Gene-
vae Cal. Decembris. 1574.

Tuus Beza.

Cxc A Monsieur Schlusselberger.

Monsieur & bon amy. Je prie nostre Seigneur vouloir remedier aux tempestes que ie voy croistre de iour en iour sur sa pauvre eglise, & vouloir empescher la violence des uns & la finesse des aultres faisant la grace aux siens de perseverer iusques au bout. Quant aux nouvelles de France l'endurcissement croist tousiours en ceulx qui sont causes de ces maulx, combien que la plus grand part de la noblesse & du peuple se faschent fort, come ils en ont assez & trop d'occasions. les nostres se tiennent en leurs villes & chasteaux attendans la prime vere. Lusignan est assiegé en Poictou mais fort bien defendu, Dieu mercy. Les Reistres descendent en Languedoc pour la pluspart, faisans par tout mille maux de sortes que s'il estoient louez & payez par les nostres ils ne sauroient pis faire qu'ils font aux Catholiques, en quoy se voit ouvertement le iuste iugement de Dieu. On parle de paix quant à la bouche, mais quant est au dedans de coeur, ie croy que la volunté y est pire que iamais, dont le Seigneur nous vueille garder. La peste nous à laissés Dieu mercy. Mais nous avons noz exercices accoustumes du coste du Voisin. Au surplus la presente sera pour vous prier bien fort de faire tenir seurement & le plustost que pourrez celle que i'escri a Monsr

therius, & m'en faire avoir response s'il est possible, en quoy me ferez un singulier plaisir. Je suis en grand peine de la maladie de nostre bon pere Monsieur Bullinger, duquel il y a quelque temps, que n'ay eu nouvelles. Nostre bon Dieu & pere ait pitie de sa pauvre eglise & nous vueille maintenir en sa saincte garde. De Geneve ce premier de Decembre. 1574.

Vostre entierement amy & serviteur
Th de Besze.

Vous me ferez plaisir de m'envoyer six livres de chandelles de cire de Crakaw entortillées qu'on puisse tenir à la main en estudiant, qui ne soit ny des grosses ni plus menues: & je payeray ce qu'elles auront cousté entre les mains de ceulx que me manderez.

Clarissimo Iurisconsulto D. Francisco
Ottomanno, amico S. obser.

S. Humanitate à te superatum me fateor, cum tuas literas prius ad me misisti quam meas acciperes. Monavium autem amo cum bonorum mihi benevolentiam conciliat. Streinius noster planè tuus est. Occupationes perinvariae gravissimae & alienissimae ab illius studiis eum ut multe esse non sinunt, & non modo omne tempus sed eum valetudinem & vitam illi eripiunt.

eripiunt. Abest nunc, ut domi valetudini operam det, ab aula.
Sed de hac & nostris miserijs D. H. Stephano quae voles, ac potius
quae nolis audies. ferenda plane sunt ferenda & nostra divinae bo
nitati permittenda. Tuum, ut scribis, naufragium tibi bono esse ar-
bitror. Quid enim iuvat servare caduca ut paulo post cum il-
lis eterna amittamus? Patria & ubivis & bono: Ubi autem
melius quam si cum ijs vivas, qui te quid sit vere vivere doceant.
Civitatem non amisisti in terris, cum in celis firma sit. De
his autem scribere non oportet. Veniet ad te summi mei fi-
lius, de quo Alexandrinus monebit, Eum ut vel ex meis literis
vel absq. his amanter complectaris, & quoad poteris, poteris au-
tem plurimum illi prosis, maiorem in modum peto. Pater
illius princeps est senatus & vir summus in mea patria. Me-
lius igitur de universa Silesia mereri non poteris quam si optimis
preceptis tale ingenium Reip. olim usui futurum instruxeris.
Cum Streinio communicaturus sum ea quae misisti. Tibi autem
quod scripseris & miseris gratiam habeo, atq. si quid gratum
facere possum, ne parcendum homini amico fideles oro. Bene
Vale. Ex Regia Imp. XXVI Novemb. 1574.

Tuus Crato

Eximio Medicinae doctori D. Iohanni Herman,
no[stro] D[omi]no & amico obs.

Breslaw

S. D. Superioribus diebus alteras tuas accepi, vir opt. & cl. Quod autem non deponis memoriam nostri in hac fortuna mea, probas mihi iampridem perspectam humanitatem & probitatem tuam, tibiq. hoc nomine gratias ago, & te oro ut benevolentiam erga nos tuam conserves. Quod Cattos vitas recte facis, hoc enim esset se sistere ei quem fugimus. Farinario gratulor qui ibi esse tuto potest, quod cum nomine ei sit negocij quicquam, ut puto. Ego nihil melius prater siccarios. Scripsit contra me epigramma Maior poeta, ne solus sim immunis, incitatus á Secretario Camerae seu cubiculi, quem offendi quod risi: ireptam. eius, in inscriptione Herculis Dresdiei, quam tamen lenissi esse nescivi. peperissem enim ei ut condiscipulo veteri, & in his terris Lindemanni esse dicebatur. Sed Maio, rani carmen primum vidi D XXX Decembris, itaq. respondi ei statim latinis & germanicis versibus aliquid, Cetera reservabo apologiae meae. Scripsi ad Academiam & petij testimonium &c. easq. litteras cras dabo perferendas & mittam ad te exemplum alias, nam hoc tempore describi non potuere, quod essent prolixae. Si necesse fuerit edam illas cum reliquis nostris. Consilij enim impendere eis qui negotium sibi esse mecum volunt, quod vitae est reliquum, &c. mallem vacare

vacare melioribus operis. Et hac de caussa Siccarios melius προσχρήσονται ἀντὶ Ἐπισκόπων coactus licet necessitate extrema. Qui spargunt apud nos Maioris versus, cum ijs nostros etiam communicare poteris, ut videant superesse adhuc aliquid nostri.
De valetudine mea et ceteris nostris poterit te docere omnia M. Nicolaus Albertus vestras qui iam vobiscum est, et si volet nobiscum erit deinceps. Peucerinam mortuam esse certum est; de ipso nihil adhuc constat. Vixisse enim adhuc in carcere Lipsensi mense Novembri, ex literis Vuittenberga ad me missis animadvertere potui, Moriendum tamen ei esse non dubito. Berenganos etiam dimissos esse affirmatur, quod si verum est caussa est manifesta. Ceterorum tamen dimissionem iampridem antevertit Melo Gambrinius. Evocatus fui in locum Xylandri ad Rhenum, gratulor mihi quod non fui obsecutus. in Ceteris Coniugo mea nota sum tuis. Non licuit plura in praesentia. Valebis igitur cum Ecclesia domestica tua universa. Nos omnes vos omnes amanter salutamus. Iterum vale et nos ama. D. XI Januarij. 1577.

T
Ers. R.

Tuam honestissimam uxorem Mea uxor ut συμπαρθένον veterem suam peculiariter salutari voluit.

189

ELEGIA adversus mendacia & calumnias Johannis Maioris poëtae & professoris Vuittebergensis.

Omnia mentiris, solitum tibi, crimina fingens
Pro meritis de te, deq. Marone tuo,
Quae nisi vera probes, falsi convicte Magister,
Maiori similis qui tibi credit, erit
At tibi non probrum, sed sunt mendacia quaestus,
Te pascunt, victus sunt maledicta tibi.
Cum Christi populo maledicat, prostat ab illo
Alter, & in quaestu iam Bilaamus adest.
Mancipium infelix, quam te quam decipis ipsum,
Non carnis Carem te tua terra fovet.
:IRREPTAM: nisi, praeconis verba cruenti,
Tecum cumq. tua res mihi nulla schola,
Cum qua falsiloquus quid me committere tentas?
Quae te ferre potest, ferre quid illa nequit?
:IGNIVOMIQ. minijs & terribus Herculis ore,
ALbis dedidicit verba latina loqui:
Haec ego te digno scripsi, nitidoq. cliente,
Cui finxit Domino barbara verba suo:

Irrepta

:IRREPTAM: nisi quod Dresdinus edidit autor,
Tecum cumque tua res mihi nulla schola.
At rapio, dices, sic irripio quoque verum est?
At rapias per me, dum licet, atque repas.
Est turpis fuga nostra tibi? tua mansio turpis
Quam fugio, & fugiam te, similesque tui.
Pulentem ergo fugam nostram tibi naribus hauri
Talia sunt naso thymia cremanda tuo.
Cui tecum libet esse, habitet, te mulgeat hircum,
Sic abitus testis sit schola docta mei,
Ni faciat, potis ipse, Deo praestante, docere,
Quae tibi grata parum, grata parumque tuis.
Quae bonus in nobis princeps damnabit, & omnis
Quem pietas iuuat, & Teutona prisca fides.
Caetera post alijs: quoniam decernere tecum,
Est tractando lutum commaculare manus.
Te coquat interea, lento te torreat igni,
Conscia multiplicis mens scelerata mali,
Dum quaecunque. Deum contra spiritus impia in altum
In mentum recidant sputa profane tuum.
Te Medos inter caelo fera bella mouentem
In Dominum, Domini conficiat gladius.

Te Deus & Nemesis, nam cum stabis in aula,
Ad tumulum maerent, sancte Philippe, tuum,
In cuius cineres audes immingere nequam,
Mentirisq. alios verba profana loqui.
Infelix spatium porge ô decurrere porge,
Quâ Deus in praeceps teq. agit atq. tuos.
Is qui saepe tibi claustrorum vincula fregit
Praestigiatori franget & ille gulam.
O miser, hoc unq. beatus nomine, si te
Quam in uos misera conditione latet.

Cui quidam tibi.

Notturfter
gegen Johan Maior d. h. Schrifft genandten
Doctor, pöeten und professor zue Wittebergk.

Wie dur es breuist so nim es weider,
Wer ander schendt sol selbst sein leiden.
Auss degnem mund kain lob kain rhum
Wan dur schilst den machst dur frum.
Zungenmesig unnd anrüchig
Zue allen ehren untüchtig

Johan Maior der ungehangen
außgelassen unnd doch gefangen,
Ist alles kundt unnd offenbar
Landkundig unnd unlaugbar.
Bey dessen gleichen solst du suchen
Und mit dir zuuter lant verschonen.
Kein Fürst kein ehrlich gemein
lest bey ihr solche Boßwicht sein.
Zu Wittenberg in der Churstadt
Da helt sich auff derselb unflatt,
Sein nahrung, fallen, buberey,
Schmehen, liegen, Zauberey
Daselbst ist feyl sein hand sein mund
Wo man hin setzt da beist der hund
Da spritzt er blut wider gott und scham
unnd brauchett sich wie Balaam,
Zu schenden manchen frommen man
Den er sonst nicht durfft sehen an.
Zu fluchen Gott, der kirchen sein
Des wirst du finden straff und pein.
Fichst wider Gott wie Midian,
Des herren schwert dz geht dich an

Wer nicht einen drek sicht
Er siege ob oder nicht
Der bleybet doch die ungewand
Er beschaist finger unnd hand.

Psal. LXXIIII.

Exurge Domine, age causam tuam, patrocinare ipse tibi, memento blasphemiarum & contumeliae quibus quotidie à profanis hominibus afficeris. Ne negligas, ne obliuiscaris probrorum & clamoris tumultuantium hostium tuorum, & quae furor & infamia ipsorum crescens & augescens in caelum ferociter iactare contra te non desinit.

Reverendis Viris, pietate & doctrina praestantibus Senioribus Ecclesiae fratrum Bohemicorum, docentibus Euangelium Christi per Bohemiam Moraviam & Poloniam, amicis & fratribus in Christo colendis.

Gratiam & pacem per christum salvatorem nostrum unicum. Utrumque in scriptura Spiritus S. praecipit, ut & veritas doctrinae caelestis integra & incorrupta retineatur ac propagetur, & ut eandem profitentes in Christo fidem, cum omni mansuetudine

& animi

animi lenitate alij alios per caritatem tolerent, ac unitatem spiritus
per vinculum pacis tueri studeant: In quam sententiam Apostolus
Paulus Timotheo praecipit ut exemplar teneat sanorum verborum
quos ab ipso didicerit, in fide & charitate. Et nota & gravis illa
& plena spiritus ad Philipp. exhortatio, quos unanimes ijsdemq.
in Christo sententijs coniunctos itidem inter se mutuo affectos et
eandemq. caritatem habere iubet, ne privatim sua sed quae etiam
aliorum sint unusquisq. spectet, atq. ita communionem eiusdem
spiritus, eundemq. qui in Christo Iesu fuit affectum in semetip-
sis referentes singuli gaudium ipsius expleant. Alibi Galatas
etiam periculorum, si dissensum agant praemonet: videant ne
si distracti animis & voluntatibus alij alios mordeant & devo-
rent invicem ab alijs consumantur. Itaq. & filius Dei prospiciens
certamina & aerumnas Ecclesiae novissimorum temporum, quas
cumulatura sunt pijs etiam partim Diaboli & organorum eius
immani odio persequentium veritatem rabies, partim ingenio-
rum hominum levitas & intemperies quae affectibus privatis
praetendens sanctum unitatis nomen saepe tentat de rebus non
necessarijs & tantum non hosti externo corporis eiusdem membra
obijcit, paulo ante agonem ardentissimis votis precatus est
patrem, ut sanctificet discipulos suos in veritate, Verbo suo,
utq. omnes unum in ipso sint & maneant, sicut ipse & pater
sint unum. Hac, Reverendi viri, fratres in Christo dilecti,
ut alias saepe, ita nunc maxime cum quaestionis nostrae obla-
ta

ta nobis est repetitio, non sine gemitu, quo est temporis iniquitas,
& tristis Ecclesiae facies, animo reputantes toto pectore gras agi,,
mus Deo quod in hac mundi fece inter tot & tantos furores Dia,,
boli prementis Evangelij lucem caedibus, mendacijs sophisticis, ipse
tamen spiritu sapientiae, roboris & mansuetudinis, aliquorum
adhuc in Ecclesia animos ad cognitionem & professionem verita
tis excitat, simulq. ad studium concordiae flectit, ut querentes
ipsius gloriam & salutem Eccliae, coetus in terris plantent. Ag,,
noscimus etiam ingens dei beneficium esse, qd iam tot annos inter
nos, etiam aliqm sibi colligit coetum, quem inter Idolatrias,
superstitiones & errores multiplices mundi custodem dnus suae
esse voluit, eundemq. in mediocri tranquillitate hucusq. clemen
ter adeo tuetur: ac gratulamur vobis & Ecclae vestrae omnia,,
nimum qd laudabili maiorum vestrorum exo in hanc potissimum
curam incumbitis ut in agnitione Christi pficiatis indies,
& preciosum verbi depositum ad vestros qq. minores & poste
ros transmittatis. Legimus formam repetitae a vobis confessionis
& iudicamus eam in fundamento cum scriptis pphetarus & apostolicis,
eoq. dnus gratie qd in Ecclesijs harum regionum sonat
congruere, omnesq. pios qui sine sophistica iudicant & pacem ac
simplicem veritatem amant in ea acquiescere posse & debere.
Etsi enim in ritibus nonnullis, utpote caelibatu sacerdotum & pan
... quibusdam alijs pro diversa rerum apud vos conditione, a nobis
discrepatis

discrepatis, phrasium etiam alicubi apparet dissimilitudo: tamen cum
in doctrina & fundamento utrinque sit consensus, de iis pugnare
nec volumus nec debemus: Nec videmus causam cur a societate
& gremio Ecclesiarum nostrarum ad quas confugistis & vestrum cum
iis consensum profitemini, temere (id quod ab aliquibus obijci
nobis conqueremini) excluderemus, cum & dilectio disciplinae
Christianae symbolum, & exempla praeceptorum nostrorum Reverendi
patris D. D. Martini Lutheri & D. Philippi Melanthonis, eo-
rundem nos iudicia & moderationem hac in parte imitari iu-
beant, qui iam olim ipsi quoque honorifico testimonio Confessionem
vestram primum editam publice contra calumnias & suspitio-
nes malevolorum ornarunt, a qua repetitionem hanc aliquanto
nunc scriptam dilucidius, nihil quo ad sententiam & res ipsas
attinet, discrepare videmus. Et tot iam antea vulneribus
distractum, tot scandalis deformatum est miserum Ecclesiae corpus
foris & intus ut praeter mandatum Dei vel publicae salutis ratio
coniunctis animis & viribus mutuas tradere operas ad conserva-
tionem & propagationem purioris doctrinae cogat omnes qui a scelere
immanium parricidiorum & reatu innoxij sanguinis qui nunc
maiore saevitia quam unquam antea effunditur in membris Christi,
liberare conscientias & nomen Christianum coram Deo & hominibus sonare
volunt. Χειροθεσία & ordinatio ministrorum facta in vestris
Ecclesiis cur minus legitima habenda sit quam quae in nostra confertur,
causas non videmus, cum quaelibet Ecclesia sonans incorruptam

Evangelij

Ecclesiae dum & retinens legitimum Sacramentorum usum ius habeat vocandi ministros idoneos, & quidem mandatum Constituendi legitima iudicia & examina, in quib. fiat inquisitio in studia & mores eorum qui in functione Ecclesiastica aliis doctrina & exemplis virtutum praelucere debent. Nec interest ubi facta sit ordinatio, modo fiat secundum verbum Dei & eodem quidem ordine, de quo inter eos penes quos & vocationis & confirmationis ius, convenit, ut decenter & sine scandalo in Ecclesia fiant omnia. Probamus & disciplinae Ecclesiasticae, quam exemplo veteris Ecclesiae sine superstitione & laqueo conscientiarum apud nos retinetis, severitatem, cum ex officio Ministri inquirere debeant in conscientias eorum qui enormibus delictis societatem humanam turbant & offendunt alios, ut ad seriam poenitentiam convertantur, auditores vero obedientiam ministris in iis quae fiunt secundum Evangelium omnino debeant. Filius Dei sedens ad dexteram aeterni patris & dona dans hominibus ἔξαρχος καὶ ἀγωνοθέτης ministerii sui, opus quod in nobis cepit, Spiritu suo clementer confirmet ut in vera ipsius agnitione nobiscum coetus vestri & sub umbra alarum ipsius suae Ecclesiam exulem orbatam praesidiis humanis adversus insidias & insultus Diaboli clementer protegat ac mutuo caritatis vinculo docentium animos uniat, ut unum in ipso sint & maneant, factum ipsi grata & hominibus salutaria. Nos ut cum omnibus quibus doctrinae puritas & pia Concordia curae est, pacem quam

tum in nobis

tum in nobis est, colere optamus: ita nobis omnia pietatis & humanitatis officia quocunq. tempore apud nos prompta sunt & parata. Valete in christo. Data Witebergae. 8 febr. A° 1573.

Decanus, Senior & Collegae facultatis Theologicae in Academia Witebergensi.

## II Ad Eosdem.

S. Scio fratres observandi, me non esse fraternitati vestrae ignotum, quem etiam sancta vestrae Confessionis munere dignati estis, addita et postulatione, ex qua quantum mihi immerenti tribuatis cognovi. Is enim ego sum, & cum esse me utinam semper agnoscam, quem discere potius quam docere oporteat: Cum tamen ita volueritis & sine ambitionis suspitione in Ecclesia Dei conferuntur quae Dominus subministrat, scripsi ingenue quid in ea Confessione mihi disquisitione dignum videretur. Hoc meum scriptum ex vestro responso à vobis eo animo acceptum fuisse cognovi, quo à me scriptum erat. Ipso vero D. Crato vir omnibus modis dignus summa tum doctrinae tum pietatis laude, quem istorum participem esse vobis placuit, ita vobis, ut spero satisfecit ut ista retractare id est rursum de his agere nihil sit opus. Dicam tamen nonnihil de capitibus duobus ut magis ac magis de re tota inter nos liqueat. Certum est horrendum illud βδέλυγμα, panaceum inquam illud numen, & vere fatale

fatale crustum tanta Sathanae astutia fascinatis hominum oculos
ut in eo dignoscendo ij quoq. caecutierint qui caeteris alioqui
facem praeferebant. Neq. id tantum apparet ex eorum scriptis et
sententiis, adhuc caeteris inter nos invigilarunt, sed etiam in ijs qui
cum nostra memoria caeteris praeluxerint in praecipuis atq. adeo fun
damentalibus christianae religionis capitibus, in hoc tamen usq adeo
sunt hallucinati, ut alijs etiam quo minus lucem intuerentur
plurimum obstiterint & hoc ipsum quod extruxerant pene everterint.
Nam certe opus Domini haud scio an nunc magis impediat Pa:
patus in agnoscendo Christi beneficio (ejusq mysterium Sacramentale)
quam obscurarunt qui D. Lutheri scriptis in hoc quidem argumento
mirabiliter caecutientes sunt dementati. Quid ni enim vobiscum,
fratres, agam ingenue. Neq. vero cum hoc dico, magnum illum
virum Dei sua laude spolio, cui nostra memoria praecipue debemus
erutam ex abyssi papisticae specu veritatem quae Ecclesiae & salutis
nostrae caput est: sed eum fuisse tamen hominem ac plane
caecum dico in illo nostrae religionis articulo, id est in explicanda
rei & signorum, itemq. rei nobiscum communicatione Sacramen:
tali. In hac caligine versantibus nostris patribus non miror
non fuisse initio satis perspectam veritatem, sicut ipsi Luthero
minus attento & natura vehementiori praedito imposuerunt ve:
terum ac praesertim Chrysostomi hyperbolae. Efferuescente vero
postea ista fatali controversia (utque id mirum videri potest

qui

qui controversias de observatione legis inter Paulum ipsum &
eos qui ex circumcisione erant exortas cognoverint. Iam quoque
quum vestra recentior Confessio edita est, videre mihi videor re-
tentas à vobis formulas quae ad Augustanam confessionem quam
proxime accederent, quae tamen certe durae sunt nec defendi
sine accurata explicatione possunt. Sic enim sonant ut realem
corporis praesentiam in terris quandam invisibilem statuere
videamini. Unde & illud alterum consequitur, ut veritatem quoque
Sacramenti sumpsisse dicantur, quicunque signum sumunt. Atqui
neutrum istorum cum veritate corporis Christi & eiusdem tam
à nobis vere in caelos discessu, tum sequuturo ad nos è caelis
reditu magis cohaerere potest quam lux cum tenebris. Et pene in
credibile est D. Lutherum, qui recte alibi scripsit stolidorum
hominum esse posito antecedente consequens negare, non animad-
vertisse in eo ipso gravissime sese in ista controversia peccare.
Accesserunt tum postea praestigia quibus illa commenta quasi colori-
bus illustrata, speciem veri prae se ferant: Credendum esse Dei
verbo ἁπλοπίστως: Deum esse veracem simul & omnipotentem:
Et illa postea minutiora: Nullum esse tropis locum in testamen-
tariis formulis. Veritatem Dei praeferendam esse omnibus dialecticis
argutiis: Quid plura? Qui animadverterunt illa non suffi-
cere tandem suum figmentum ad hypostaticae unionis fictitiam
definitionem accomodare studuerunt, Unde hoc sunt consecuti, ut
in ipsa

in ipsa naturarum unione ad Nestorianismum, et in ipsarum proprietatum κοινωνία ad Eutychismum desciverint. Nec interea animadvertebant neque de verbi divini autoritate et veritate, neque de Dei omnipotentia inter nos controversiam. Sed hoc quaeri: an ipsorum dogma cum Christianae fidei articulis stare possit, An Sacramentaliter dicta sint aliter quam sacramentaliter, id est, ut fert Sacramentorum natura et usus, explicanda, An denique spiritualem alimoniam cum corporali et naturali confundere oporteat. Sed de his fortassis multo plura quam licuerit.

Alterum caput est de Coelibatu, cuius vinculo etiamsi nemine adstringitis, et merito fortassis asperrimis illis temporibus caelibes pastores maritis antepostulistis: vereor tamen ne tandem vos poeniteat hunc morem mordicus retinere. Nam quod de Coniugii impedimentis dicit Apostolus ex temporum illorum circumstantiis intelligendum esse vel ex eo liquet quod ubi de pastoribus per Ecclesias deligendis agit, non modo coelibum non meminit ut prae ceteris deligendorum, sed ut de maritis omnibus loquitur. Denique ut quaedam sint Coniugii per se incommoda, ego tamen valde, neque id frustra, metuo, ne multo sint periculosiores in Coelibatu tentationes quam fructus non omnes fortassis apparent, adeo ut, quod sine cuiusquam praeiudicio dictum sit, mihi quidem cum de Stationariis ministris agitur, longe videatur tempestiva probatiorque fore maritorum ex Apostoli regula quam Coelibum Continentia

continentiae donum apud semetipsum incertum praesertim adhuc iuvene
& negotium diligere. Sed haec sane absque praeiudicio cuiusquam dicta sunt.
Eo vero libentius de his vobiscum ago, fratres, quod meum vobis animum
vestri amantem & ab omni ἀνθρωπαρεσκείᾳ, Dei beneficio, immunem per-
spectum esse arbitror. Vos quidem certe dilexi & suspexi etiam an-
teaquam bene nossem, quod vos animadverterem tot simul a Satana
& ipsius emissariis oppugnatos: In ea opinione sum penitus postea
optimorum & doctissimorum virorum de vestris moribus testimonio
ac inprimis vestra perlecta Confessione confirmatus. Quod si
quando mihi per hoc meum munus liceret ad vos usque pervenire,
quam me iuvaret quae de vobis audio, palam intueri & Deo nostro
vobiscum de veris istis ipsius donis & veris Ecclesiae notis gratias agere.
Quod ergo unum possum, spiritu vos intueor & Deum precor, ut vo-
bis donet in hac ipsius gratia perseverare. Quod si quid possum
in hac mea tenuitate vestra causa praestare, curaturum me pro-
fiteor Dei bonitate & misericordia fretus ut nullum in me offi-
cium merito requiratis: Idem vobis de toto nostro Collegio polliceor.
Precamini vicissim pro hac Ecclesia, ut eam Dominus, sicut adhuc
fecit, admirabili & infinita sua bonitate complexus foveat
ac tueatur, ac me praesertim miserum peccatorem Sancto suo
Spiritu fulciat, ut hoc stadium cum bona conscientia ad metam
usque decurram. Rerum autem nostrarum statum planissime ex
hoc utroque fratre nostro cognoscetis, [illegible] [illegible] suavissimus fuit,

gratum

gratior etiam futurus si diutius apud nos ipsi versari licuisset.
Valete in Domino, charissimi & plurimum observandi fratres.
Geneuae. 12 Maij. 1576.

Vestrae pietati addictissimus
Theodorus Beza.

¶ Clarissimo viro D. Carolo Hornig à Weigwitz
Iuris V.D. dn. & amico suo colendo.

= Languetj epla

S. P. D. Mihi admodum gratam fuisse occasionem contrahendae tecum amicitiae quae superiore anno sese Pragae obtulit, testabitur communis amicus noster doctor Lobetius, ad quem ea de re non semel scripsi. fuerunt & mihi gratissimae literae quas reversus in patriam ad me dedisti ad quas statim respondi: nam sese tunc obtulit adolescens Polonus veniens Genevae qui se alumni istic commendari cupiebat. Quoniam autem ab eo tempore de te nihil audiveram ac ignorabam an in patria maneres, petij à nostro Monawo hinc discedente ut si in te incideret, officiose te meo nomine salutaret, & de rebus tuis ad me scriberet, idque aliquoties in meis ad ipsum literis repetij. Postquam vero ex tuis literis intellexi te recte valere & ex animi tui sententia res tuas in patria constituisse, magnam ex ea re voluptatem cepi: ea est enim nostri seculi infelicitas, ut quo quis sit melior eo plures illi adversentur. Curare quo

maior

maior est virtus amicorum, eo magis ipsis metuo. Non dubito quin
turbae in vicina nobis Polonia exortae nos anxios ac sollicitos reddant.
Videntur Poloni urgeri fatis, vel potius vult Deus ab eis exigere poe-
nas illius contemptus iuris divini & humani qui semper in eis fuit
maximus. Vix fieri poterit quin ad arma tandem deveniatur,
cum Batorius iam sit Cracoviae, &, quantum possumus conjicere, Im-
perator constituerit persequi ius suum quod ad illum regnum est
adeptus, ob quam rem credo differri profectionem Ratisponensem.
Facile quidem esset Batorium profligare, si suis tantum viribus
niteretur: sed metuendi sunt ei Turcae qui eius patrocinium
suscepisse videntur & iam Ungariam excursionibus infestant.
Nostra infelix Gallia ardet adhuc infausto illo bello civili, quod
eam tandem funditus evertet. Actum est quidem de pace supe-
rioribus diebus, sed, quantum audio, frustra: nam conditiones quae
a nostris proponuntur videntur graviores regi qui mavult perire,
quam ferre ut ipsius licentiae freni injiciantur. Videtur Deus velle
ipsius regni ruina expiare immania illa scelera quibus se eius
hostes contaminaverunt, qui dum labantem Antichristi Romani
potentiam sustinere conantur, tantam vim innocentis sanguinis
effuderunt, ut nemo bonus de ea re cogitans non totus cohorrescat.
Belgae etiam non minus pereunt quam nos, suntque ea re nobis in-
feliciores quod hoc agunt ut suo sanguine suam servitutem sta-
biliant & eos opprimant qui se ipsis praebent duces ad repellen-

dam

dam libertatem. Bene vale. Viennæ. 5 Maij. 1576

Tui studiosus
Hub. Languetus.

Ornatissimo viro, D. Johanni Cratoni Sacræ Cæsareæ Maiestatis à Consilijs, medicoque primario, domino & amico summe obseruando. Vratislauiæ.

Spero tibi postremas redditas meas literas, quas, nisi me fallit memoria, Wenceslao nostro D. Baronis à Nachod Pleploni commisi. Tuas binas interea accepi, veteris illius tuæ in me beneuolentiæ & singularis humanitatis plenas. Quid autem aliud tibi pro tot beneficijs respondam nihil habeo, quam quod à tui dissimilibus nullo pene loco habetur, à te vero sat scio fit maximi, animum videlicet eruditionem tui tuarumque virtutum vere & sincere amantem. Beatum ego te esse iudico qui post tot annos non inculpate modo, sed etiam cum dignitate transactos, quibus nemini nocueris, tam multis profueris nunc in patria portus quod reliquum est spacij conficere. At quæ nostra est conditio si cum hac tua conferatur! Communem tamen habemus in cælis nostrum ἀζωοτεθνη, & vehementer fallor nisi te non minus quam nos tempestates nostræ exercent. Idem quoque nobis portus proponitur ab unico illo nostro gubernatore, in quem primi fortassis appellent, quibus videbitur longioris nauigationis spatium superesse. Certe si nostris in Gallia

nunc vere

nunc vero desperatis hostibus res succedent ex animi sententia,
brevi agminatim in caelum transibimus, nobis adhuc in medio
mari relictis, quod cum tot contrarijs ventis agitetur, vereor
ut brevi multis naufragijs infames scopulos isthic praeterveha-
mini singulari Dei beneficio, aut plerique naufragium et ipsi faci-
ant. Utinam Deus meliora. Certe patiendo saltem vincemus.
Caeterum coëgit me impudentissimi sophistae Santesij olim Mona-
chi, nunc pseudepiscopi Ebroicensis rabies rursum in arenam
descendere, Eam scriptiunculam ad te mitto, quanquam nescius
an illam possis absque nausea legere. Edidi quoque legem Domini
in tria capita distributam cuius mei consilij rationem ex prae-
fatione cognosces. Utrumque hoc munusculum quamvis amplitudini
tuae minime conveniat, rogo te Vir ornatissime ut quasi tesse-
ram singularis mei in te amoris μνημόσυνον recipere pro hu-
manitate singulari tua ne graveris. Bene vale. D. Iesus
te tuos felicissime servet. Geneuae. 13 Martij 1577.

Tuus Beza.

Tractatum de Ecclesia meis duabus scriptiunculis adiunctum,
auctore amicissimo quodam meo editum, spero tibi gratissimum fore.

Reverendo S. theologiae doctori D. Esaiae Heydenreich et ad D. Elisabethae pastori dignissimo et Domino s. obser.

Ad doctorem Esaiam, pasto-
rem Ecclesiae Uratisl.

x

S. D. Scire te, Vir Reverende, arbitror me nudiusquartus hinc

in

in patriam meam vertertisse. Eam enim ~~magis q̃~~ [aeque ac] meipsum amem, & in illa quieta atq. salua omnia esse cupiam, sane ingenti dolore afficior cum intelligam commota hic ~~esse quaedam~~ [ea, quae] non modo rebus publ. uerum Regnis max. hoc nostro tristissimo & perturbatiss. seculo exitiosa fuisse [in omnium oculos incurrit.] Cum autem ~~scias~~ [tibi minime ignotum existimem] me multis annis diligenter de infelici illo contamine cogitasse, & quid non modo prima puriorq. Ecclesia senserit, uerum etiam nostrae aetatis uiri summi, explorate cognouisse ac diuinam Veritatem prae oculis attente habuisse, calamitates etiam atq. damna q Dypnosophistae isti dederunt, tecum & cum multis alijs deplorasse tibiq. ante annos quinq. auctorem fuisse ut placida Veritate oues à Christo tibi commissas pasceres & à pugnis non necessarijs, ac reprehensione eorum quos Deus ingentibus donis ornauit, hac in re, quam Christus Ecclesiis ad Concordiam & dilectionem mutuam ~~sancte~~ [ad pacem discipulis] instituit, abstineres, & non mouenda ne extremo quidem digito attingeres: Tu uero, qua tua est prudentia & facundia, de periculorum magnitudine & reprehensionum acerbitate, ea diceres quae me mirifice delectarent, adderes etiam hoc, te in illorum Scriptis quos intemperantes quidam homines damnarent, nihil tanta reprehensione dignum reperire, ac in plurimis ab ipsis erudiri, Sane, ut par est, talem uirum patriae meae à Deo concessum, uehementer laetatus sum. Quo autem maior tum fuit mea laetitia, eo grauior nunc est dolor, cum audiam atq. in scriptis tuis

legam

legam, te mutata sententia cum piis quos approbatione dignos existimasti,
in certamen venire, atque aliorum potius minime recte iudicantium
(quid enim hominibus imperitis & occaecatis ambitione & perversita-
te quadam iniustius?) voluntati, quam tuae pietati & moderationi
obsequi. Quam vero hoc periculosum sit, quam ad nullam rem utile,
quam nomini & constantiae tuae adversum, velim te accurate cogi-
tare, & ne consequantur ea quae Christo iudice gravissima futura
sunt, dum tempus est, cavere. Moneo quia patriam & te quem
Deus isto loco constituit amo. Quid quaeso his totis quinquaginta
quatuor annis ex hac controversia ulli Ecclesiae vel reip. fuit com-
modi? ac potius quae non detrimenta importata iis, ubicunque ea
commota est? Memini ego plurima, quae tibi narrare possem,
cum multis actionibus & colloquiis interfuerim, & intime cum
Lutero & Philippo conversatus sim: pauca vero commemorabo.
Disceptatum est initio, inde a vigesimo quarto anno usque ad vi-
gesimum nonum, ita ut fit cum neutra pars aliam recte in-
telligit. Nam cum Zwinglius & Oecolampadius odio pontificiae
ἀρτολατρείας de re illa ταπεινότερον quiddam loquerentur,
Et Luterus metueret ne nuda & otiosa signa statuerent, se illis
vel sua sponte, vel ab aliis qui viri maximi & sanctissimi
ingenio ad iram & saevitiam suam, abutebantur, mirifice opposuit.
Existimabat enim omnes ex turbulento Carlostadii ingenio. Hoc
dissidium

& periculi consideratione & vero

dissidium, cum annis quatuor durasset, Lantgravius sive sua sponte
pretatis multarum praestantissimorum virorum
sive à multis praestantissimis viris, quibus dolori tot erat, excita-
tus sedare certamina modis omnibus studuit. Itaq. Marpurgum
theologos anno MDXXIX evocavit, sed prius quam verae senten-
tiae possent explicari, metu Anglicanae luis quae tunc graviter
saeviebat & Marpurgum invaserat, colloquium F est diremptum.
Neque tamen inimicis animis (ut quidam falso affirmant)
discesserunt, sed se mutuo tanquam amicos & pontificum hostes com-
pellarunt. Lutherus etiam à Bucero multas epistolas deinde ac-
cepit, & illius librum ad Monasterienses & Episcopum Abrincensem
admodum probavit, nec moleste tulit cum Bucerus Confessionem
de Cena Domini scripsisset eaq. nomine quatuor civitatum Caesari
anno MDXXX in comitiis Augustanis oblata fuisset. Nam
paulo post quatuor istae civitates videlicet Argentoratum, Constantia,
Memminga & Lindavium, susceptae in societatem principum &
civitatum confessionem Augustanam comprobantium venerunt.
Quid autem actum sit in colloquio theologorum Wittenbergae
anno MDXXXVI, cum formula concordiae sit in omnium ma-
nibus, non ignoras. Lutherus certe post concordiam constitutam
scripsit ad Tigurinos & non modo fratres illos nominavit, sed ita
vere sumi corpus & sanguinem Domini in cena testatus est, ut vera &
certa manerent symboli capita: Ascendit ad caelos, sedet ad dextra
patris

+ capiti & vinculum pie & salutaris concordiae & charitatis Christianae ad conciliationem atque dissensionum causas rapi +

F magno posteritatis malo F

sua sententiae minime consentaneam

patris: Inde venturus est iudicare vivos & mortuos. Sunt haec & alia multa in medio. Venit tunc Argentoratum Johannes Calvinus & cum alijs theologis Helvetiis Anno XXXXmo ad Colloquium Wormaliense missus est. Ibi cum Philippo eam amicitiam constituit, quae ad extremum usq. spiritum duravit. Nemini eo tempore ignota fuit Calvini sententia, & licet jam suas Institutiones secundo locupletasset, nec deessent qui Lutherum incitarent, "nullo tamen verbo unquam a Luthero petitus, imo ut vir singularibus Dei donis praeditus, non semel multis audientibus" ornatus. Legit etiam commentaria illius in epistolam ad Corinthios: & me praesente, id quod D Ambrosio Moibano dixi, in manibus habuit. Haec si nunc vehementes nostri seculi homines cogitarent, & quantum in concordia & quiete sit boni, quantum in dissidio mali in ista caecitate atq. tenebris, [aiorx] in quibus iusto Dei iudicio versamur, aestimare possent, minusq. carnales essent (ut Pauli verbis utar) atq. ventri servirent, melius cum nostra aetate & posteritate ageretur. Certe illud Pauli quod ad Corinthios scripsit, parum intelligunt: Cum in vobis sit livor, ἔρις καὶ διχοστασία, nonne carnales estis, & secundum hominem incedetis? Cum enim dicitis, Ego sum Lutheri, + Ego Philippi Ego Calvini, nonne haec sunt carnalia? Quid .n. isti sunt, nisi, ut Paulus ait, διάκονοι per quos credimus ἑκάστῳ ὡς ὁ κύριος ἔδωκεν. Utinam autem meminissent eorum quae ante vere a me commemorata sunt,

" ne hanc veniam dederunt fuerit "

" testimonio a Luthero "

+ quemadmodum Corinthij Pauli +

sint, & Philippi atq. Buceri sanctam moderationem atq. prudentiam potius quam turbulentorum hominum crudelia instituta consilia sequi mallent. Quam vero isti tribunitij clamatores & scriptores a praeceptorum suorum institutis longe recedant, quam pro nihilo illis sit maiorum nostrorum dicta & facta, Martyrum in universa Europa confessiones, Magistratuum summorum pia decreta, in oculos incurrit. Eo autem prolabitur iniquitas & temporum miseria, ut non tam sententia quam nomen & vita eorum quos oderunt ab illis oppugnetur, nec ulla ratio habeatur maximarum virtutum & meritorum in Ecclesiam Dei, eorum quos illi ut cavendos homines infamant. Itaq. non modo scripta, verum virtutes & recte facta innocentium labefactare & obscurare conantur, eosq. in omnium odia tanquam deteriores sint Idololatris, blasphemis, impuris (cum quibus nobis suavis est amicitia, dum eos veneramur, ijsq. obsequimur) ob unam quaestionem & quidem de impiorum manducatione, quae huius quaestionis κριτηριον (viderint alij quam recte) est constituta, adducimus. Nam nimis magna & crassa ignorantia est, cum universa Ecclesia omnium temporum confessa sit & fateatur Christum Sacramentum instituisse, aliter ac sacramentaliter vel de sacramento verba Christi interpretari. Cum vero magna voce, manuq. tota clament se Christi verbis stare nihil his addi vel demi a quoquam posse ~~non tamen hoc~~ ita ~~poli~~ exsecutores esse ~~secum statuere~~ ut quid sit hic sacer & sanctus panis, quam quod in eo sit vel sub eo lateat

"non quaerant, sed"

uel sub eo lateat atq. contineatur minime religiose inquirere. Ac cum illi quos ipsi damnant ex animo fateantur: in sumptione, uere praesentis & substantialis corporis christi pios κοινωνοὺς fieri, & ad obsignandam κοινωνίαν hanc panem hunc mysticum (ab omni uulgaris panis ratione & conditione sanctificatione uerbi remotum) in sacra coena sicut instituit Chrs sumj percipi: tamen hunc dnae uerbis odia aspera mouentur, quasi tantum chrj spus non ueri & sbalis atq. praesentis corporis (quo modo enim esset coena dnj, cui dns Iesus Chrs hospes & cibus, quemadmodum ueteres loquuntur, abesset?) κοινωνία, ab illis quorum nomen oderunt, statuatur, cum uinculum κοινωνίας nrae cum corpore & carne chrj spiritum christi doceant, & nos spiritualiter in corpus christi coalescere (quibus n. pdest manducatio cibi coalitus fiat?) affirmant. Non minori autem eos hac in parte affici iniuria, qd enim clamant illos a Sacramentis seu reb. aeternis, fruitionem & possessionem caelestis qd nobis in uerbo & promissione offertur, stringere, & thesaurum infiniti precij intolerando sacrilegio euacuare ≢ Sed satis euidens est, neq. hominum neq. Dej metu moueri istos censores, ✝ & ita animalos ee ut abominandae Idolomaniae administros aequiori aio ferant: istos fouendos potius existiment, sicut etiam fouent: qa illos qui uere se in communitate Chrj ee fatentur, quorum Chrs etiam participatione naturali, quia os de ossibus eius, caro de carne eius, κοινωνὸς est, (ut quidam ueteres loquuntur) ferendos. O rem miseram

≢ Quis enim maiori studio aeterna sacra tamen, cum caelestibus qui illi coniungit? Quis cum doctius hanc sacram coenam non spus spiritus sed corporis chrj κοινωνίαν obsignandam institutam docet? Quis christi omnipotentiae minus detrahit, tum relicto articulo de ascensione Domini plena consolationis summae, christum suo corpore uere nobis praesentem esse, & in sacra coena conuiuis suis ad manducandum tradere statuit? Quis corporalem manducationem quae est sacramenti, reddit a spirituali, quae uj sacramenti chilet in nouo usu pinguntur discernit? Quis ueterum definitiones & diuisiones fidelius retinet? cum interea alij nouas & absurdas partitiones, distinctiones fingant ≢

✝ qui ad infamandos & damnandos innocentes nihil fere reliqui ✝.

+ cum homines qui nouis & ueteri Ecclesiae ignotis dogmatibus subscribere nolunt: denique tot animarum fidelium myriades nullo ordine, nulla adhibita iusta cognitione, de paucorum sententia damnant +

miseram & multis lacrymis deplorandam + pro nihilo ~~nostris hominibus est sanguis~~ tot martyrum sanguinem in constanti confessione fusum: Tot ignes, tot incendia in quibus uiuos lucidissimas flammas fulsit diuina constantia, ducunt cum miseri nostri ἐξελευθεροῦσθαι si unum principem ab illis dissentire audiant, a quo metiendum putent, subito uel conticescant, uel latebris uerborum se inuoluant. Certe illa doctrina quam isti Zelotes damnant, plures martyres non Diaboli sed christi quem ad extremum spiritum professi sunt, confessione constanti confirmauit, habet quam uniuersi libri rixatorum, qui sententias Lutheri quas iratus scripsit proferunt & exagitant, dum quas placatus sincere protulit praetereunt, pios & doctos approbatores. Ac si nostros homines uidere & alloqui Vir Dei Lutherus posset, crede mihi exalbescerent metu, cum acrius in illos quasi in uultere magnes quam saepe prioribus annis aduersarios animaduerteret. Imo si iam nunc tanto studio & contentione piorum se explicata Lutherus uiueret, haud dubie multa & sua & aliorum scripta aboleret. Nota enim mihi Lutheri pietas & in Deum atque homines charitas (quae a saeculo uero longe abest) magis est quam ulli hominum qui nunc uiuunt, & quid de sanctissima animula Philippi, eiusque doctrina sinceritate & placabilitate senserit, melius mihi quam illis qui nunc summi sibi uidentur, in multorum annorum domestica conuersatione perspectum. Sed haec ueritate & surdis fabulam

narrare

narrare. Putant se nova & vetera nosse. Et iactitant patrum dicta in quibus illos nullo iudicio versari, vnicum illud magno indicio est. Cum non animadvertant quando S. patres formis loquendi sacramentalibus & figuratis, quando simplici sermone utantur. & discrimen illud quod Graeci inter cœleste & terrenum, Latini inter rem sacramenti & sacramentum proposuo tenuerunt oculis atq. auribus amo-vent: Auditores vero miseros voce sacramenti quod πολύσημον esse omnibus doctis constat, tanquam attonitos reddunt, Interea quod Apostolus cum σύμβολα & ἀντίτυπα sacramenta nominat, negligunt & ad ὑπερφυσικὰ homines, cum τοῦ μυστηρίου rationem sua illa oralitate obscurent & tollant, & horrenda somnia sibi neglecto Dei verbo & sacrosancta institutione atq. charitatis vinculo, fingant eaq. authoritate verborum loquantur. Sensi haec ex verbis ipsius. Te vero per & propter Christum, tuam & multorum salutem oro ut patriae nostrae, atq. animae tuae rationem habeas & à damnatorijs sententijs tibi temperes. Non audias hominum impetulo-rum stentoreas voces quibus te atq. alios nescio quomodo terrent & sua & sua πολυπραγμοσύνη non solum domesticas familias verum publica rei statum perturbant. Ipse intelligis eos nihil intelligere & quod ipsum quod scire videntur ignorare: Ambitione & cupiditate dominandi & habendi inflatos esse. Suauiter cum adversarijs Christi colludere: & sua potius negotia quam Christi agere.

Caeterum si ministri quidam infirmiores sunt vel minus recte propter paupertatem & temporum vel animorum perturbationem instituti, in illis corrigendis & animandis, praecepto Apostoli potius quam aliorum praescripto obsequaris & non quid hominibus sed quid Deo, cum de tua & communi salute agatur, cum regimentum a te animae commissae, probare possis etiam atque etiam agitas, atque illud Paulinum ἐκκλησίας cordi & curae tibi esse declares. Hoc Deum velle non ignoras, & summis principibus qui ex his perturbationibus onus gravissimum sibi arbitrantur gratum esse, ac moderata potius quam turbulenta probare, eosque qui se de principum voluntate certissimos esse cum ad intima numquam sint admissi, & se & alios fallere, tibi persuadens certe bono viro non relinquenda est deterior provincia quam eam acceperit. Quam omnia salva & quieta fuerint sub Hesso & Moitano, quam sincere Johannes Aurifaber docuerit, quid ambitiosissimum & ineptissimum Musaeum everterit, quid Adamo cum ministrum hominibus placere studeret, & alterum pedem urbi inferret ac in me & alios impetum faceret, contigerit, sicut nulli neque de plurimorum significatione ignorare potes. Bene Vale. MDLXXV. 17 Julij

Tuus, quem ex corde, sermone, scripto & iudicatione ministri nostri Christi contentiones fugit, sanctam pacem in Christo diligit manu sua

Tuus qui sacram in Christo pacem & quietem optat, contentiones pernicisas aversatur: quem tibi mea manus ostendit & minister, qui tabellas affert nominabit

In meo scripto nimis multae literae erant. Itaque describendum fuit ab eo qui quid scribat, non intelligit.

ἀνωχιαζειν

Clarissimo viro D. Christophoro Herdesiano, Iuris utriusq. D. & reip. Norimbergensis Syndico, domino & amico s. obs.

S. In omnibus epistolis Monawij nostri, quas ad me Norimberga misit, singularis est tui beneficij studij erga se commemoratio. Ea cum mihi gratissima sit, facere non possum quin tibi & pro isto beneficio & pro alijs summae pietatis officijs gratias agam. Utinam autem reipsa potius quam verbis me gratum declarare tibi possem, Unde mihi singularem animi propensionem ad gratificandum facile perspiceres, Sed quibus me spacijs fortuna mea ac potius benignissima dei voluntas coarctet, quam mihi ut volo esse non conceditur, satis exploratum arbitror. Vix me ab aula avellere potui. Quamdiu hic mansurus sim nescio. Diu vix potero manere, nisi valetudo, quae iam vacillabat, impediverit. O rem miseram, tot laboribus me nihil aliud praeter duram servitutem in senio quaesivisse. Quid de profectione nostra ad Danubium in viciniam vestram futurum sit, nondum scio. Omnia enim de Bohemorum voluntate cum discederem, incertissima erant. Verum si te & alios amicos ante vitae exitum videre potero, in aliqua felicitatis meae parte positurus sum. Caetera ex Monawio cognosces, cui ut has literas reddas in maiorem modum abs te peto. Saluto Camerarios. Bene vale Vir clarissime. XII Iulij. Vratislaviae.

Jo. Crato s.

EIDEM.

S. Utinam ad persuadendum ea de quib. scripturus sum, magni in resp. nostra viri aures nancisci posses. Nam quin tibi probare atq. persuadere hoc quod volo, possim, plane non dubito. Scis Johannem Ferinarium magna cum laude in Academia Witebergensi docuisse. Is cum ante aliquot annos e publica schola ad gubernationem ludi litterarij urbis Freistadiensis evocatus esset atq. isto in loco quiete et libenter manere cuperet, ingenijs etiam multis praeclare prodesset, Georgius dux Silesiae e Bregam (quod vicinum Uratislaviae oppidum) ad constituendam scholam (ut nunc loquimur) illustrem, magnificis promissis et conditionibus eum accersivit. Sed cum ea quae in conditionibus scripta fuerant illi integra non essent, superiori anno ut dimitteretur petivit. Difficulter hoc obtinuit. Interea ortum est eo quoque in loco infelix bellum theologicum, cui cum se admiscere nollet, iussit illum princeps ut decreto quodam de orali manducatione impio subscriberet. Negavit se hoc posse facere et subscriptione certamina quae sedare cuperet augere: itaq. dimissus. Mei cives Uratislavienses libentissime eum retinerent, si ne quid illi sit molestiarum a vicino principe vererentur. Vocatus est autem Ambergam. Verum cum multis de causis doctissimum ac moderatissimum virum, ac magna et singulari facultate ad docendum praeditum alio potius in loco, ubi reip. melius servire possit esse velim: autor illi fui ut

prius

prius ad nos quam Ambergam iter converteret, & si apud nostros mediocrem locum reperiret in eo se contineret. Quanta nunc sit eorum paucitas, qui recte docere & ingenia formare possunt, sciunt omnes docti. Proinde si sapientissimis viris in resp. vestra, eruditio, modestia & integritas vitae Ferinarij nota esset, non modo retinendum, verum magnis praemijs procul accersendum existimarent. Haec me vere scribere res ipsa si periculum facere voluerint prudentissimi Senatores, ostendet. Ut autem faciant in maiorem modum elaborare cupio. Bene Vale. IIX Aug. 1575

T. Jo. Crato. S.

## EIDEM.

S. Rescriberem, ut par est, tuae disertissimae & prudentissimae epistolae diligenter, si per valetudinem possem. Triduum lecto affixus iaceo. id non fit nisi vehementer aegrotem. fiat benigna Dei voluntas. In manibus mea vita tuis, mea tempora vitae Cecinit Eobanus cum Davide. De nostra profectione certa adhuc nobis sunt omnia, Alijs, ut audio, non item. Narrantur enim vicinis nostris gravia de pestilitate, & qui ad Rhenum sunt, armorum strepitu terrentur. Inaugurabitur tamen hic Rudolphus Rex XVIII. d. Septemb. & affirmabit ac Confirmabit Bohemis se eadem esse sententia de religionis libertate permittenda. quam se esse pater sancte declaravit. Si optimi principes aliter essent instituti, nihil in ijs quod ad pietatem attinet, desiderari posset. Non credo Evangelicissimos tam crebro & multum orare & sacris vacare quam

q̃ illi solent, tam sobrie ũmõre, tanta hũmanitate & benignitate erga omnes homines esse. Certe hic immũndissimus, peruersissimus & ingratissimus mũndus non meretur principes Austriacos sed Nerones Caligũlas, Domitianos, & his deteriores. An non ista licentia theologica magis cursum sacrosancti Euangelij impedit q̃ oia tyrannorum arma? Crede mihi, ls qui de proscriptionibus scriptis animum benignissimi Caesaris ignorat. Non dubito quin hoc uelint Hispani, sed non omnia fiunt quae ipsi uolunt. Rex quidem qui natura mollissimus est, facile ab illis ad omnia flectitur: Noster non ita facile. Et ea est sapientia nostra Augusta ut nullis dissensionibus nec actionibus de rep. sese ingerat: Suorum religionem & gynecaeũm curat. Utinam Bohemi hac, quod habent & in manibus illis est, recte administrare possent. Ego nullos prorsus idoneos homines ad tantas res recte constituendas reperiri in hac gente arbitror. Multos qui clamare & turbare possint & dicere: Hoc fit in Saxonia: esse scio. Aberrat igr animus meus a bona spe. Polonica minantur ruinam sibi & ruinas Polonicae. Lascius hũc non uenit. De Bekesio silentium. Quidam hũc uenisse Visdilinum narrant: mihi nondum licuit uisus, nec domo exire possum. Bene Vale. x. Septemb. 1575. Pragae.

J. Crato

×

Amplissimo et ornatissimo Viro, D. Johanni Cratoni C. M. à consiliis, medicoque primario.

S. Unico brevi epistolio ternis tuis literis respondeo, Vir clarissime. Quis enim tibi vel in scribendo par esse possit? Spero te vero mutuae amicitiae magnitudinem ex literarum numero minime aestimaturum. Quae de illo Caesaris edicto scripsisti, quo quibusvis licere non vult conciones in aedib. privatis habere, valde me recreavit, & magnum mihi argumentum iis refellendis suppeditavit qui hac ratione detractum aliquid superiorib. edictis fuisse querebantur. Istiusmodi autem dissidiis & iam quodammodo cruentis quorundam certaminibus multos deterreri non miror, quo minus nostram doctrinam diligentius scrutentur, quod in primis profecto luent istorum malorum auctores. Sed benedictus sit Dominus Deus noster, qui nobis dedit, ut ad hunc offensionis lapidem non impingamus, faxitque ut fortiter istos quoque scopulos praetervehamur. De novo illo rege vobis vicino video nonnullos longe aliter quam tu facias iudicare. Deum autem precor, idque te, ut spero, minime invito, ut tu quidem hic fallare, ipse vero fautorum suorum spem & expectationem vincat. De reb. nostris, varii nuncii nos exercuerunt, praetereuntibus Hispanis, & nunc quoque exercent, Guisiorum factione, quod nobis certo constat, in nostram perniciem

excubante

exultante. pergimus tamen, Dei gratia, & ut spero, pergemus. Audiisse te opinor de immanitate illa vel rabie potius quam Alenzonius post aliquot dierum oppugnationem in Issoriae cives (nobilis Arvernicae oppidi, ipsomet auctore nostris pro firmitate pacis oppignorati) exercuit, postquam ultro sese eius fidei ac clementiae dedidissent. quā de re ut et de caeteris plenius ad Monawium meum scripsi. In summa, Gallia hodie theatrum est in quo totos iam annos quindecim agitur Tragoedia non ex Flacci praecepto, sed coram universo mundo, qualis à condito mundo conspecta non est, quâ tamen neque spectatores, neque actores ipsi erudiuntur. Caetera novit Dominus qui utinam senibus nobis hoc saltem tribuat ut prius hinc subducamur quam cernere cogamur quo tam obstinata rebellio meretur, & iisdem poenis involvamur. Quod si etiam istud non obtinuerimus, at illud certè nobis obtinget ut ea ipsa fornace excoquamur, qua filij verius servili constringuntur. Miserunt ad me Apostoli ubiquitarij orationcul am lipsiae habitam nonnulli amici, in quā me quasi sanguinarium exagitat prolata nescio cuius epistolae meae particula quam extare dicit. Vidi etiam Selneceri nonnulla in quibus traducor ut omnium haereticorum αἱρετικώτατος. Nolo ex professo istis respondere quos sui mores satis suo tempore ulciscentur. Malo reipsa me purgare quam verbis: & tamen ne

hoc

hoc quidem negligam prout dabitur occasio non ulciscendi mei, quem animum novit Dominus a me abesse, sed calumniae refellendae, quantum id quidem mei ministerij interest. Bene vale, vir ornatissime. Dominus Jesus tribuat nobis summum illud τῆς ἐλπίδος [illegible] donum, faxitque ut quod nobis dedit ut speremus, tandem reipsa consequamur. Geneuae, Cal. Augusti, 1577.

Tuus Beza.

Clarissimo, amplissimoque viro, Dno Theodoro Bezae Vezelio, Geneuen Ecclae primario Ministro [illegible] dno & amico observan.

And. Dudithij epla ad Bezam

Clariss. atque ampliss. vir, dne & amice obser^me^. S. P. Obsecro te, mi Beza opt. & praestantiss. ne quaesieris cur tam diu sileam. Varia fuerunt causae, in quibus tamen nulla sane unquam fuit virtutum tuarum, pietatis, doctrinae, eloquentiae & meritorum in me oblivio; neque etiam magnae illius erga ~~me tuae~~ te meae beneuolentiae atque obseruantiae intermissio. Etsi enim hisce aliquot annis alia me quaedam occupatum tenuerunt, quorum me iam & pudet & sane etiam poenitet; nunquam tamen ita insanivi, ut quid tibi debeam, quanti tum ego te semper fecerim, tum ab omnibus fieri merito iudicarim oportere, quantus item vir, qui virtutibus omnibus eximijs cumulatus esses, ex animo mihi exciderint. Sed fuerunt alia & publica & privata multa, quae mihi silentium

um imposuerunt, quod equidem diutius, ut vides, tenere non potui.
Tu si quid te mea tam diuturna taciturnitas offendit, pro summa
tua humanitate ignosces, & veteri illa tua me benevolentia prosequere
vis, qua me tibi iampridem arctissime devinxisti. Ego vicissim
& amare te, & colere nunquam desinam: dicerem etiam bene de te, tuisque
mereri; sed quid est, quod a me praestari possit? Si erit tamen aliquid,
obsecro te utere iure tuo, impera, obsequentem & promptum habebis omni
loco, omni tempore. Me in Caesaris aula absente, missus istuc est
privignus meus Tarnovius, & Ossolinius, affinis, magnae expectationis
adolescentuli: Si domi fuissem, si etiam admonitus de tum celeri
eorum discessu, non passus fuissem eos sine meis ad te literis venire.
Eos ego tibi ita commendo, mi Beza, ut maiore studio non possim.
Quicquid a te in illos profectum fuerit, ego acceptum tibi feram.
Est mihi quoque filius, maximus natu, nonum iam aetatis annum e-
gressus, magnae indolis puer, quem ut ad vos mittam, aut alio,
ubi bene illi sit, & doctrina cum pietate statim a teneris annis imbui
possit, & paternus in eum affectus & pietas mea Christiana monet.
Verum nihil adhuc constitui, neque de eo quicquam statuam prius quam
consilium sententiamque tuam cognovero. Curare oro te, ne graveris
ad me tum illud perscribere, tum formam vestrae istius scholae,
& autores qui in ea docentur annotare; tum hoc quoque, an
istic aliquis Germanicae linguae sit usus. Cuperem enim eum

huius

huius quoque linguae cognitioni iam nunc vacare; quae ab adultioribus numquam recte addiscitur. Est ne istic Portus, vir clariss. & plane singularis? et si est, docetne publice, aut privatim? deinde quae ratio est contubeniorum? pueri qui ad nos mittuntur, quanti habitant? quanti aluntur? estne in familia tua & mensa locus, qui hunc meum capere queat? O me & ipsum felicem, si quando id, Dei beneficio assequamur. Expecto hac de re tota sententiam miss. epistolam tuam ——. Vidi in libello carminum tuorum vere aureo, quem mihi, iterum excusum, amiciss. noster Crato reddidit, praefationem illam, qua me immeritum ornasti. de qua tibi iampridem debeo & debebo posthac quoad vivam. Sed vellem postremam illam particulam omisisses, mi Beza. Nam illius ego rei nullam usquam, nedum in immortalibus tuis scriptis, extare memoriam cupio. Sed nescit vox missa reverti. Dixit mihi nescio quis ante multos menses, rescripsisse te cuidam insulsae meae epistolae, & typis responsionem mandare cogitasse, de quo, si recte memini, scripseram ad te. Id factum ne sit, rogo ut mihi significes. responsum autem tuum, sive editum fuerit, sive adhuc domi continetur, ut ad me mittas, vehementer a te peto. —— Miseram ad te superioribus annis quendam Commentarium de matrimonio meo, quem ut emendares & in lucem emitteres, si ita visum fuisset, rogabam. Dederam etiam eidem, nisi fallor, Venturino Italo Occhini genero, poculum quod tibi a me donaret, signum sane magnae in te meae benevolentiae atque observantiae monimen-

tum

tum. Ab eo tempore nihil prorsus tuis de rebus, sive ex tuis sive alio-
rum literis cognoscere potui. rogo te hoc qq. ut mihi breviter indices.–
Quae in Prussia geruntur ex Polonis te cognoscere puto. Obsidet rex
et magna vi oppugnat Dantiscanorum Lanternam. quam si capit
actum aiunt de ipsis Dantiscanis. qui tamen fortiter adhuc certe rem
gerunt. Caetera in tuis terris pacata sunt sic satis. Turca more
suo, in Ungar. excursiones facit, praedas agit, vastat omnia. De
Gallicis rebus, iam diu nihil certi cognoscimus. ferebatur non ita
pridem male cadere Ugonottis, ut vocant, qui certe mirum est quod
tam creduli sint, tamq. saepe fucum sibi fieri patiantur. Quid
in Palatinatu, in Saxonia item et alibi fiat, tu plane nesci. nos in
hac solitudine, in quam nos abstrusimus, pene illud dicere possumus,
ὦ φίλοι, οὐ γὰρ ἴδμεν ὅπῃ ζόφος, οὐδ᾽ ὅπῃ ἠώς. Quare pergra-
tum feceris, si de statu Ecclesiarum in illis provinciis paulo ube-
rius ad me aut ipse scripseris, aut alicui, qui id nomine tuo fa-
ciat, negotium dederis. — Est adhuc quiddam, quod mirandu
in modum a te peto et oro, quod si consequar, sane magno me be-
neficio cumulabis. Vivo, ut ante dixi, in hac solitudine, om-
ni hominum doctorum praesertim consuetudine orbatus. nam qui
commessationib. compotationib. ac venationibus dies noctesq. continuant
eos ego ἀνθρώπους homines dici nego. Quare nulla pene alia
re ad vitam feliciùs, iucundius certe, et maiore animi tranquillitate
ducendam

ducendam opus habeo, atq. amico aliquo, viro bono, pio, lrato qui Philos.
& Medicinæ peritus sit. quarum ego artium à primis annis p[er]q[uam]
studiosus fui. nullus in hac viciniа medicus est. Usus eius etiã
in hac mea familia, quæ satis numerosa est, magnus esset, tum in
vicinia si peritus erit non sine quæstu medicinam faceret. Cæli
bem esse oportet. Uxorem .n. & liberos circumferre & incommodum
& sumptuosum est. Quod nisi esset, ut hoc quoq. obiter & vere
adscribam, credas mihi, mi optatiss. Beza, velim iampridem istuc
essem & nunq[uam] à latere tuo discederem. Ita enim tui ac præstantis
simorum virorum, quos istic multos semper consistere audio studiosq
& cupidus. Et certe nondum desperavi fore, si vita suppetet, ut
istuc tandem, nisi fata obsint, commigrem & in sinu gremioq. vestro
quod superest ævi, iucunde quieteq. transigam. Sed redeo ad Phi
losophum & Medicum. Obsecro te, si quis est isthic (ut esse aliqs
in tanta Ecclesiarum persecutione, & tot bonor doctorumq. viror
exilijs verisimile est) qui mihi operam navare, aut potius in
otio & literis mecum vivere velit, cum ut mihi nomines & pac
ta cum eo ineas atq. ut ad me quamprimum venire velit ei per
suadeas. Viaticum curabo, modo de tempore loco & conditionib. cog
noscam. Præterea si est etiam bonus aliquis & modestus iuvenis,
latinis græcisq. literis non mediocr eruditus, aliar artium bonar
studiosus, eius opera in filijs meis instituen uti possem, cum q[uo]
ut

ut iam statim ad me mittas obnixe te oro. quem tu probabis,
mi probatissimus erit. Absum ab Olomucio Moraviae metropoli
novem: à Cracovia XVI; à Tessino, trib. milliarijs, inter Ostrovam
& fridecum oppidula, utring. uno milliari, loco amoeno & reb. oib.
abundanti. De natione non sum solicitus. Nam illud teneo, quod
sequentur Caesarem Ferdinandum heroum meum nunc pie memoriae.
Boni viri & boni animi non est quaerenda origo. Haec ut tibi mag.
na curae sint, iterum atq. iterum te oro. Vale mi praestantiss. &
clariss. Wolfi, & oxyus mihi haec cura & rescribe. Ex arce mea
Paskow. 10 Septemb. 1577.

Tui studiosiss. tibiq. addictiss.

A. Dudith &c
Caes. Consil. &c

Clariss.° doctrina, & eloqu.tia praestantiss.
Viro, Dno Hieronimo Wolffio Oettingensi &c
dno & amico honorand.°

Clariss. & praestantiss. vir S. P. Cum dicer. res hoies ingenii= dudithij epla
os & bene educatos ad praestantium virorum amorem mirifi
ce inflammant, quamvis longo terrarum intervallo disiuncti sint, vitae
innocentia & varia eximiaq. dna, ea ambae Wolfi opt. atque
eruditissime ad te singulari benevolentia & observantiam complectendum
ardentes

ardentes amoris in animo meo quasi quasdam faces accenderunt.
Idq. non nunc primum, sed iam inde à prima mea adolescentia, cum
primum aliquem bonarum literarum capere gustum cepi. Eo tempo-
re statim in Italiam profectus à viris doctis lucubrationes tuas cum
dilaudari animaduerterem, magno studio, ut illa ferebat aetas, quasdam
ex illis euolui, neq. nullum, ut mihi tum videbatur, utilitatis ex
ea lectione fructum referebam. Postea quoq. crescente aetate, quae
nancisci potui ex clariss. ingenij tui monumentis auide legere
continui. In quibus sane eminet illa, quam initio attigi, probitas
ac pietas tua, nec vulgaris illa nec mediocris omnis disciplinae libera-
lioris cognitio & eximia quaedam scientia. Et, nisi me aulicorum ne-
gociorum aestus quasi quidam à literarum studijs ad quae me propensione
ferebar, inuitum abstraxissent. Poteram equidem, nisi me coniectu-
ra omnis fallunt, tuorum librorum auxilio adiutus aliquem inter
eruditos viros locum obtinere. Sed à Diuo primum Ferdinan. Caesare
iuuenis admodum ad remp. curan. ad honores & dignitates adhibi-
tus, magnarum etiam legationum functionib. implicatus, non ante ser-
uitute destiti, quam nobis cum D. Caes. Maximiliano ipsum etiam
Sarmatarum regnum iniqua fata eripuissent. Nam mortuo Ferd. eo-
dem loco, & ordine apud hunc cum fuissem, maioribus etiam
laborib. pene opprimebar, in quib. magni illi & memorabiles fu-
erunt quos in Sarmatica legatione aliquot annis tum apud Sigism.

Aug.

Aug. tum Henricum Gallum, quadrimestrem Polonorum regem, tum in interregno, & comitijs quib. ut hereg meus Rex digeretur ciri= coram; magno animo & constantia exantlauj. Sed quae te, inquis, causa impulit, ut literas ad me dares? Haec nimirum, Wolfi, in primis, ne ignorares, si quid hoc ad rem pertinet, habuisse te iampridem, & habere, qd in hunc diem nescivisti, discipulum & tui amantissimum cupidissimumq. amicum: cuius certe, si quis eius usus unquam esse poterit, quasi iure quodam tuo imperare possis. nusquam enim non in promptu eius operam esse tibi reipsa intelliges. atq. utinam ita res meae tulissent, ut aut tecum, aut saltem propius habitarem. Sed quia id non licet obsecro te ut desiderium tui, qd lectio diuinorum librorum tuorum in hoc otio meo magis etiam accendit, literarum tuarum frequentia lenias ac mitiges. quas si Wratislauiam ad clar. V D. Cratonem Caes. Archiatrum, amicum meum summum, aut Jac. Monawium, amicum item meum miseris tuto ad me perferentur. Ex quibus illud maximopere cognoscere cupio (quae altera est huius epistolae causa) quae sit rō scholae istius Urbs, quid quisq. ibi doceat & quo ordine, tum quae tuae istinc sint partes, quae uictus & morum puerilium forma. Praeterea num tu, aut magri illi contuberrales pueros domi suae alant. Jam satis opinor, etiam tacente me intelligis non curiositate ulla

ulla me ad hanc partem delabi, sed quod de filiorum meorum
educatione solicitus sum, quorum natu maximum, novem annos
egressum optimae indolis & expectationis puerum, ut iam ad exteras
nationes & scholas mittam, paterna erga illum affectus & pietas à me
christiana magnopere requirit ac postulat. Nunc quidem eum, ne
in familia hac nostra quae ingenijs & moribus ut fit in tanto nu-
mero, varijs, nec ita probatis, ut oportet, praedita est, aliquid ei adhae-
rescat, parum laudabile, quod ad reliquam aetatem promaneat, ad scho-
lam Euancicem misi quae ab hinc 18 milliar abest. Ibi Esromus
Rüdinger scholae praefectus est. Habeo equidem in Schola Altdorffi-
ana reip. Norib. Mathematicum, Magistrum Joh. Praetorium mei peraman-
tem, virum sane suae professionis peritiss. morib. amabiliss. & exi-
mia bonitate praeditum, qui quidem aliquot annos mecum in Polonia,
post alibi quoque. coniunctissime vixit domi meae, & in Mathematicis
non parum laboris, mea causa, sustinuit. Eram enim earum disci-
plinarum perquam studiosus. Habeo iam etiam illic opera amicum
scholae illius Rectorem D Freigium, virum clariss. & varia doctrina
perpolitum. Utrique sat scio, operam mi, bono & pio viro, ac mei stu-
dioso dignam in educando puero meo navabit, si petam. Verum
non ante ex hoc, quasi nido evolabit, quam plures aliarum quoque
scholarum, in primis autem vestrae illius rationem formamque totam
cognovero

cognovero. Cur ut eum mittam aliquando, multa me hortantur, tua praecipue insignis in omni virtutum & doctrinarum genere praestantia, tum urbis istius claritas, nobilitas & amplitudo. Nam, nisi me animus fallit, non nihil est in magnis urbib. pueros educari. in quibus ut sint vitia plerumq. maiora quam in parvis & obscuris oppidis. quae in oculos puerorum saepius incurrunt; sunt etiam magnarum virtutum exempla, quae imitentur; quibus illae, quas dico, non magni nominis civitates carent. Quare peto à te maiorem in modum, per bonitatem tuam, ut ad me omnia perscribere ne graveris, tuumq. consilium impertiri, num istuc an alio putes eum mittendum esse. Adde hoc quoq. mi Wolfi, quid nunc in manibus habeas. Non.n. adduci possum ut credam divinum istud ingenium tuum ita quiescere, quin semper aliquid meditetur, quod & huic aetati & posteris utile sit futurum. Si librorum tuorum, quos in hunc diem edidisti, Indicem adieceris per mihi gratum feceris. Ki... virum tuum, cuius in annotat. Isocr. mentionem facis, nancisci non potui. Vidi apud Michaëlem Sophianum, ante aliquot annos, a ... missimum olim meum Isocratem & emendatiorem & copiosiorem quam qui vulgo typis tum editi extabant. Eum puto relictum esse, ut alios non paucos manu elaganti & scite exaratos veteres libros apud Sabaudiae ducem. Hoc te si nescis, monitum volui. Quod tibi ex usu es poterit

esse poterit. Cupio etiam cognoscere, num adhuc Fuggeriana, tum reip. istius bibliothecae praefectus sis. Vale & tui amantem mutuo ama. Ex arce mea Paskow, 9 ab Olomutio, 16 à Cracovia, 3 Tessino milliar distan. 10 7br 1577

Tui studiosiss.

Andr. Duditius
Caes. Mtis Consiliar. &c.

Obsecro te, si quis isthic est ptus & medicus, non mediocriter peritus har. scientiarum, qui uxorem etiam habeat, qui mecum in hoc beato otio uiuere uelit, sit mihi cum bonis conditionib. conciliatus. Viaticum statim curabo. Si talis haberi non poterit, tum inuenias aliquem gr. & lat. doctum bonis moribus praeditum, qui tuo iudicio sit probatus. nihil huic ei deesse patiar. Stenglinum & Martinum, si uiuunt, praestantes Medicos ex me saluta.]

[

Mag^co et Cl^mo Viro: D. Jo: Cratoni, Doctori Medico, & Consiliario S. C. Ma. &.

S. Verum est, Clarissime uir, mihi non defuisse argumentum scribendi de medica Theologia: sed non cogitas mihi deesse & patientiam de illis stultitijs cogitandi, & otium ad scribendum. Balthasarus noster per quem decreueram scribere, sed propter occupationes porro oblitus fui. narrauit tibi credo quanta sint molestiae negoti[i,] orum

orum meorum. Video tamen te utcunque offensum esse quod non, ut
policeram misissem, si quas haberem in nouum Theologum animaduer
siones. Mi Crato, ut ingenue dicam, aggressus fueram aliquid
notare: sed postea grauioribus negotijs occupatus non potui persequi:
adde quod fastidiui lectionem illius sophistae. Sed si tamen placet,
paucis explicabo, quam puto esse parum sani hominis phantasia.
Scopus huius boni viri, is mihi fuisse uidetur: nimirum ut tanquam
omnium conciliator persuadeat locutionem Christi: Hoc est corpus meum:
non ita figurate esse intelligendam: quin panis sit uerum Christi
corpus, uera que caro. quo nam pacto? non quod substantia panis
in substantiam carnis christi uertatur: neque etiam quod ubique sit
eoque & ibi: nec quod cum pane coniunctum sit realiter, aut sub
pane inclusum, uel circa panem positum. omnia enim haec ut impia &
absurdissima refutat. Sed quamobrem igitur, & quomodo uult panem esse
uerum Christi carnem corpus? quia nimirum ὁ λόγος, ipse filius Dei
sese mirabili & imperceptibili ratione cum pane ipso coniungat.
Sicut enim per coniunctionem qua idem λόγος sese coniunxerat
cum carne quam e virgine assumsit caro illa uere & dicitur
& est caro Christi: sic etiam per mirabilem coniunctionem, qua eun
dem λόγον coniungi uult noster praedicans cum pane: ait, pa
nem esse ueram Christi carnem. Verum quia negat trans-

sub

substantiationem, & admittit panem etiam post (ut loquitur) con-
secrationem, remanere panem: idq. donec comestus, in substanti-
am comedentis vertatur, unde videtur effici non ipsum panem
factum esse verum Christi carnem, quia cum illo coniunctus sit ὁ λό-
γος, sed verius appellari posse panem τοῦ λόγου quam carnem
Christi: idcirco adhibita distinctione τοῦ δυνάμει καὶ τοῦ ἐνερ-
γείᾳ occurrit respondetq. obiectioni exceptioni: & ait panem ante-
quam a fideli edatur & in carnem vertatur, esse ipsam veram
Christi carnem δυνάμει: sed postquam versus est in substantiam
fidelis, esse actu verum Christi carnem. quid ita? quia nos
fideles sumus membra Christi, caro de carne eius, & ossa de os-
sibus eius. Si haec non est eius sententia: cum neq. cum Pon-
tificijs sentiat, neq. cum Ubiquitarijs, neq. nobiscum, neq. cum
Lutherianis: ingenue fateor me nescire quid sibi velit toto
illo libro: totq. patrum allatis autoritatibus: quib. contendit ideo
appellatam fuisse imaginem corporis Christi & corpus Christi ipsum:
quia conferunt gratiam Christi, λόγουq. ipsum admirabili unione
cum pane sese coniungere. Atq. inde fieri ut duo statuat cor-
pora Christi, unum quod in caelo est: alterum quod in Sacramento.
Sed si haec est eius, quam retuli sententia sine difficultate re-
fellitur. Primum unde probat illam permixtionem τοῦ λόγου

cum

cum pane coniunctionem? Deinde etiam si concederemus: non tamen sequitur quod uult: nisi probet unionem illam esse hypostaticam, quia non omnis coniunctio τοῦ λόγου cum aliqua re efficit ut ea res fiat illius caro: sed tantum hypostatica unio cum carne. Semel autem duntaxat facta fuit haec unio. Imo ipse λόγος arctius unitur nobis quam pani. Nos igitur uerius caro Christi sumus quam panis. Adde quod etiam si daretur, panem esse factum ueram Christi carnem: non esset tamen caro illa, neque corpus illud de quo ipse loquutus est in mensa & quod dedit edendum. Dedit enim illud quod pro nobis traditum est, & quod iam est in caelo: non autem quod nunc in terris confinitur ex unione τοῦ λόγου. Ad patres de duobus corporibus factis et unsio. Unum naturale nouerunt: alterum sacramentale. Sacramentale autem corpus nil aliud est quam sacramentum corporis. Nullum praeterea nouerunt in Coena corpus Christi: nisi forte mysticum addas quod est Ecclesia. Sed hoc nihil ad quaestionem neque ad rem. Vale. Heid. 12 Dec. 7

obrutus negotiis
T. Zanchi

Nobili & Magnifico Viro, Andreae Dudithio, Caesareo Senatori, domino suo Colendo. in arce Pascomia.

S. Tria sunt capita literarum tuarum, Nobilis & magnifice vir: Unum de Augustana schola: alterum de institutione filij: tertium de catalogo mearum lucubrationum. Ac ultimum primum exequar, postremis tantum editionib. annotandis. Nam pleraq. saepius sunt editae.

I. Isocrates graecolatinus in folio, cum Commentarijs Anno 1570, in quo praefatio ad Caesarem cum incisionibus, typographi sive iniuria sive incuria, meo malo praetermissa est.

II. Isocratica gnomologia graecolatina, forma octaua. 1572.

III. Demosthenes & Aeschines, cum Ulpiani enarrationibus & meis annotationibus, aliisq. additamentis, graece & latine, charta regia. 1572. Et in hoc opere perfidiam typographorum, ac polysciolorum quorundam supercilium expertus sum.

IIII. Demosthenis graecolatini versibili specimen, forma octaua, sed charta grandiuscula. 1569.

V. Gnomologia Demosthenica, Aeschinea, Ulpianica, graecolatina, ut & Isocratica in quinq. digesta partes, forma octaua. 1570.

VI. Commentarius anonymus in Procli τετράβιβλον σύνταξιν graecolatinus, dissimulato in eo nomine, propter infinitas exemplaris mendas. in folio. 1569.

VII. Epicteti philosophi grauissimi omnia quae extant opera, latine, cum annotationibus meis forma octaua, sed charta grandiore 1563. Hoc opus quod omnibus meis lucubrationibus antepono, semel tantum excusum est.

Ioannis Zonarae Monachi, & Nicetae Choniatae Byzantina his- VIII
toria graecolatina 1557. Nicephori Gregorae παραλειπόμενα
1562. charta regia. Gregorae addita est Turcica historia Laoni-
ci Chalcondylae latina.

Suidas historica latine in folio 1563. Hoc opus mendosis- IX
sime editum propter pestilentiam in Oporini operarios
grassantem: a qua tunc nec mea domus, dum in eo labora-
rem, immunis fuit.

Commentarii mei παραδειγματικοὶ μᾶλλον ἢ ἐξηγητικοὶ X
in Ciceronis officia, Catonem, Laelium, paradoxa, Somnium
folio. 1569. Atque haec hactenus. Nam Kiriani operis
(quod hac hyeme recudendum curabimus) additamenta par-
vi aestimo. Dictavi praeterea complures commentariolos incor-
rectos adhuc & ideo necdum expoliendos. Sum enim & valetu-
dine & aetate & laboribus plane exhaustus, neque pistrino typo-
graphico par. Hoc anno tamen edita est doctrina doctrina recte
vivendi & bene moriendi, me quidem magna ex parte au-
tore, sed inscriptione D. Adolphi Occonis, amici mei veteris
Venio nunc ad primum petitionis tuae caput de Schola nostra.
Ea est in novem distincta classes in quib. traduntur elementa
pietatis & latinae graecaeque literae certo ordine docentur. Accedit
publicum auditoriolum: in quo praeter Ciceroniana scripta &

alias alios

alias alios graecos oratores, etiam artes dicendi & disserendi, & ma-
thematum rudimenta explicantur ijs qui classica doctrina sic
instructi sunt ut mediocrem utriusque linguae facultatem, ad duos
publicos professores adferant: a quibus & declamando & disputando
certis temporibus exercentur: nec pauci hac disciplina uno atque
altero anno usi & prosam & versam orationem graece latineque
non pessime scribunt: iique fere pauperes. Nam patricij plerique
suos liberos immatura aetate in alias scholas nostra multo
deteriores, sive superbia impulsi, sive frivolis quibusdam ra-
tiunculis adducti, ablegare solent. Atque haec breviter. Uberior
descriptio cum Kiriana grammatica coniungetur.
Quod ad Amplitudinis tuae filium attinet, dubito quid scri-
bam. Tres habemus classicos magistros, viros bonos & doctos
qui discipulos tolerabili pretio alunt domoque disciplina con-
tinent. Sed hi omnes (ut & ego, qui sum domo caelebs) an-
guste habitant. Praeterea convictus scholasticus non magnam
suppeditat urbanitatem & pompam complexionum civium
spectandi occasionem. Tu, Vir clarissime, pro tua pru-
dentia quid e re pueri fore videatur, deliberabis. Ego quod
A. Tuae accomodatum esse intellexero, fide optima summoque stu-
dio curabo. Vale. Augustae Vindelicorum. Idib. Octob. Ao 1577.

Amplitudinis tuae
studiosiss.
Hiero. Wolfius, Utriusque
linguae professor.

Cnesto ignosrat A. T. oblivioni simili. Nam sepolitis tuis appendicem vidi de mittendo vel medico vel adolescente tam dito. Sed qui tale mung obire onu veli onu Coene dor q dem tempore possumus ... Alioqui & in der leben liessimus gratificaturus.

Clariss. D. Doctori Iohanni Hermano, Medico Illustrissimi principis dnis Saxoniae Electoris, Compatri & fratri suo carissimo.

S. D. Habet qualibet vocatio suas molestias & difficultates quas feramus & regi nos divinitus petamus ut ea recte & sedulo faciamus quae sunt officij nostri, neq. egrediamur metas vocationis & admisceamus nos negotijs alienis accersentes nobis pericula & perplexitates inexplicabiles. Scio ingratas esse tibi & insuaves molestias quas aula adfert: Sed te cogites hinc abreptum & in illam stationem collocatum esse divinitus. Sum & ego demersus εἰς ἀπλατὸν πέλαγος ... quo iamdudum frustra eluctari conor, & multitudo me tantem nisi emersero opprimet. Feram tamen & faciam quod potero dum per vires licuerit, & id agam accurate & fideliter ut mei muneris est, etsi quam inde reportem gratiam indies experior. Rogebachius mittit ad te bone libellos quorum unum offerri

petit

petit Ill^mo principi Electori. Gratiss. feceris ergo illi quantum licebit, & conuenire videbitur. Iovisio salutem opto. Salutabis reuerenter & clariss. virum D. d. Naeuium & d. D. Vogelinum. Bene ac feliciter uale. De hospitibus vestris qui nuper abierunt venit mihi in mentem Achillaeum illud Homericum: ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν, ὅς χ᾽ ἕτερον &c. 4 Iunij.

Casparus Peucerus

EIDEM.

S. D. Die sexta Decemb. magno cum luctu publico & mesticia singulorum sepelivimus optimum virum & Iurisconsultum d. Ioan. Schneidewein cum nondum complevisset τὸν ἕβδομον κλιμακτῆρα. Decesserat is Dominici nocte felicissima apoplexia repente suffocatus. Ingentem nobis omnibus luctum peperit hic casus sed mihi in primis, qui illo coniunctiorem amicum non habui, nec fortassis ut nunc sunt tempora habiturus sum deinceps in Academia. Spero fuisse eum πρόδρομον meum & me breui secuturum. quod ut fiat & placide quidem, feliciter, atque in agnitione confessione & inuocatione dei vera & constanti Deum toto precor pectore. Nihil enim inter omnes res humanas quod me ad expetendam longiorem vitam magnopere inuitare possit, quotidie cum mesticia temporis & mea privata crescente, experiar vires indies paulatim deficere. Vobis de recens contractis nuptijs ex animo gratulor. Nullum

inter

inter lumiores principes quotquot Augustae convenerunt, me in-
dice qui magis mihi placuerunt quam Speratus vere affirmo. Mul-
ta sunt quae in eo summo mirabar, in ceteris desideravi. Be-
ne ac feliciter vale. 8 decemb.
Caspar

EIDEM.

S. D. Miror quod et tu nihil ad me scripseris de nonnul-
lorum falso gaudio ex fama falsa de quadam mea tractatione
mei contumeliosa. Deo gratias ago qui me servientem vocationi
meae clementer protexit. Nihil autem vidi aut sensi aut
expertus sum adversi. Proderit tamen ista mihi ἐπιχαιρε-
κακία ad iudicandas nonnullorum voluntates. Neminem
quod sciam laesi in aula, imo cum quanto potui studio ne
quem offenderem. Quas igitur odij adversus me causas habent?
Utinam mihi contingeret remoto ab omni strepitu solis meis
studijs et professioni vacare, atque ijs pertexendis quae prae
manibus habeo. Sed Deo me commendo et huic me curae
futurorum non dubito. Curaveris scribas interdum de ijs etiam quae
ad me pertinent. Bene et feliciter vale. 23 Ianuarij
Caspar Peucerus.

EIDEM.

S. D. Perturbant me quae de spectris scribis. Optarim illa procul
a nobis in Sarmatias saltusque aut Boreae solitudinib. ad Hecla<br>montem

montem nagari. Nihil boni portendunt. Utinam his commonefacti ostentis deponamus consilia non necessaria aedificationum, [illegible]dia faciamus. Rectius fortasse nobiscum ageretur et plus tranquillitatis haberemus. Sed haec deplorare meo loco possum, mutare non possum. Gemo itaque, suspiro et oro. Concurrunt his diebus et alia quae mihi perturbationem animi augent, et aliquam ac iniiciunt sollicitudinem, quam si publica privatis post haberem, facile discuterem ex animo. Sed vincit amor reip. et metus ruinae quae hinc impendet. Tuum de oratione mea iudicium expecto. Argumenti novitas et difficultas fecit ut fieret obscurior. Non est enim facile res novas, inusitatas et perspicuis verbis dicere. Consilium autem talibus scriptionibus finem imponere, et quod reliquum est aetatis, cum vires ingenii paulatim deficiant, tribuere aliis rebus. Bene ac feliciter vale. 2 Octob. 1569.

Caspar.

EIDEM.

S. D. Clariss. d. doctor, compater colende. Morborum ἐπιδημικῶν quos inter pueros grassari scribis credo αἰτίαν προκαταρκτικήν fuisse vim frigoris et eam quae nunc saepe est mutationem. Notum enim Hippocraticum illud: τὸ ψυχρὸν πολέμιον ὀστέοισι, νεύροισι, ἐγκεφάλῳ, νωτιαίῳ μυελῷ etc. Magis autem id sentiunt infantium tenera corpuscula. Doleo exemplum esse doctori Cracovio in hac laboriosissima et sollicitudinum plenissima conditione

hoc solatium & hanc voluptatem quam ex vestris filioli percipiebat.
D. Schradero optio praecorq. ad vnum, quod scribit, sancta omnia & fe
licia. Cum venerit enim in aulam, quomodo repelli potuit non video.
Inter nos vero ut sit vera benevolentia & concordia opto. Ita fiet
enim, ut minori cum molestia fungamini officio vestro & rectius fa:
buli Illustrissimae familiae consulatis. Mitto Exa orationis meae
veritatem, in qua cernes quae sint cogitationes meae cum quibus
luctor assidue, quae me & vigilantem fatigant & exercent dormi
entem somnijs. Si, ut spero, veneris ad filiae meae nuptias, aliquid
maestitiae & doloris ei tuum & amicorum caeterorum sermone afferen:
dam. Orationum Exa distribue amicis. Bene & feliciter vale
21 Martij. Caspar.

EIDEM.

S. D. Clarissime dn. doctor, compater & frater carissime: Mitto
exempla orationum quae amicis distribues. Nos in hac tanta
maestitia temporum quid aliud possumus quam gemere & precari.
Ideirco ne mirum dabitis quod orationes scribimus & angusti tristes &
querelis plenas: laetiores enim malletis & splendidas. Quales
meae sint cogitationes quibus me macero & conficio, cognosces ex
hac oratione. Existimo me nos in paradiso voluptatum vivere
qui meliora & certiora multa de rebus publicis auditis. Deum oro
ut maiora mala quae impendere clementer avertat aut leniat.
Scripsit

Scripsit mihi nuper Nardio tuo arato exemplo ex genethliaci
thematis conversione sensurum me hoc anno maestitiam multi
plicem et cum multis animi sollicitis anxietatib. conflictaturum.
Id non viso themate coeli potuissem ipse mihi praedicere. Ita me
prorsus maestitia melancholica occupavit, ut non possim animum
ad ullam exilare aut impellere hilaritatem. Et nisi de maesti
tia aliquantum adimeret mihi recurrens ex intervallis haemor
rhoidum profluvium, extinguerer. Sed Deo me commendo.
Ut ejiciam ex animo aegritudinem quam publica mala mihi
afferunt, perficere nullo conatu possum. Bene et feliciter
vale. 18 feb. 1569.

Caspar

EIDEM.

S. D. Non mireris me nihil scripsisse, qa tu non ignoras. Nec
mei silentij causa te tacere decuisset. Quod ergo aliquoties
scripsisti, etsi id optarem frequentius factum, gratias tibi habeo.
Ill^mos dominos tuos et nob. universis ac singulis incolumes ad
nos et prosperum reditum toto gratulor pectore, ac liberatos
nos laetor ingenti sollicitudine, quae vestra et nostra nos ca
lerunt hac usq. et excruciavit. Hactenus nos in hac vicinia
aliquot dies intelligo, qb. si missionem impetrares, quo hinc
ad nos excurreres. Verum in aula conspectum scio non esse
gratum. Idcirco abstinere ab ea decrevi, quantum potero. Ac
ne antea quidem accedere sum solitus nisi vocatus. Satis
mihi

mihi fore indicio, si contractum fuerit olim ad studia persequen-
da quae pro maritis habeo. Utinam hoc sit olim universis
his regionibus diuturnum. Certe tempestates impendent horribi-
les quas ut depellat ac dissipiat ὁ ἀρχιερεὺς ἡμῶν καὶ σωτὴρ
Ihs Xpus ardenter oro. Valde conspectum & colloquium expeto
tuum, cumque ad diem ♂ prox. sit futura promotio Doctoris
Starkij, velim te ad eum diem huc venire & sine ad Comitatum
aulicum revertisse, quem in Weidenbam progressurum intelligo.
Bene & feliciter vale. 14 octob. 1572.

Caspar Peucerus.

Salutem opto toti sodalitio tuo, inprimis D. Doctori Stosselio. Me
interea Deus exhilaravit nepotibus alteris ex utraque filia.
Sed Gemina cum ~~utraque~~ acri febri laborasset visa est suum ante
tempus exclusisse. Ille igitur obdormivit in Domino, relicta matre
agra. Ita hilaritati Deus semper miscet tristitiam ut reti-
neat nos in exercitijs Invocationis.

EIDEM.

S. D. Quantum mihi dolorem insperatus & immaturus obitus
principis Adolphi attulerit, postulatis causa, non possum verbis
exprimere, sed ne cogitare quidem potui quo genere consolationis
uterer ad principes. Scripsi tamen aliquid. Tu quid respon-
suri sint ad me, teque de eo edoce prima occasione. Ex-
cusabis

E e

clusos nos esse a curatione valde miror. Ego me fateor tam citam mortem ex themate natalitio non praevidisse. Sed non cuncta cernuntur in tali tabula expressa. Et multa nos etiam ignorare Deus voluit, quae suae reservavit providentiae. Ceterum eo voluit agnosci autorem vitae et omnium bonorum et peti a se soli vult et expectari. Si vitam pendere nostram tantum ex secundis causis sciremus, neglecto Deo, neglecta invocatione Dei, ad has solas respiceremus et coeli de fine et exitu quem ignorari Deus voluit, multa conaremur et faceremus mandatis divinis adversa et repugnantia. Deum oro ut consoletur principes et convertat hunc planctum in gaudium et circumdet eos iterum laetitia. Bene et feliciter vale. Salutem opto reverendo domino et patri nostro D. Camilo. 16 Martij 1572

Caspar

## EIDEM.

S. D. Velim te urgere obsignationem nostrorum statutorum. Multa incidunt enim quotidie quae emendationem flagitant. Quare si quamprimum ea confeceris bene merebaris de plurimis. Mihi inde nihil seritur nec metitur. Fructus ad me nullus redit. Reip. in praesentia et posteritati consultum cupio. Ex tua epistola et aliorum intelligo communis nostris omnia sordere nostra. His respondeo quod Christus, Qui ambulat in tenebris fugit lucem. Fruantur ergo suis tenebris et nimiam lucis nobis concedant. Has mutationes de quibus scribis, quid sunt nisi illusiones religionis

mis [illegible] has quam pulas habituras eo exitum. Deus misereatur nostri. Veritas una est & constans, mendacium multiplex est, confusum & instabile, quod in momenta speciem mutat & varias induit formas. Sed illa valeant. Ne, quibus magis deformer calumnijs, hostium acerbitas unquam Deo iuvante propellet eo, ut velim desciscere a filio Dei & prodere aut deserere veritatem. Et confido Deum mihi hoc mihi proposito affuturum esse. Bene & feliciter vale. Misi ad te etiam orationis exemplum quod accipias à Christiano. 28 April.

Casparus Peucer.

EIDEM.

S. D. Binas accepi abs te epistolas, breviorem unam, alteram prolixiorem, de utraque gratias ago. Estque hoc in primis gratum mihi quod Illmos Principes significas moderatione pia & Christiana luctum ferre qui meum cor valde sauciavit. Sed omnia Dei ἐλέους ἐκ θεοῦ, ἀμηχάνου ἀπολέσθαι. Feramus igitur quae decreta sunt divinitus & Deo nos subijciamus. Τῷ ἀρχῷ τῷ malo χειρουργικῷ quam χειμερινῷ tractare quam sine [illegible] periculo nec procul conjuncta ut [illegible] acres & [illegible] fumos quibus in ipso non pulmones tantum sed & apex ac ventriculus laedi solet. Haustiuncula pars non minima transfertur deglutitione in ventriculum. Redo dn. D Naevio nostro [illegible]. Crato attendas &

& rescribas quomodo acceperit silentium meum quo usus sum per absentiam apud Losseum. Bonus vir interpretatur de offensa fortasse propter eos qui me istic sine causa oderunt & persequuntur. Sed de his & aliis expecto abs te plura, vel potius teipsum praesentem. Bene & feliciter vale. 26 Martij

Caspar Peucerus.

## EIDEM.

S. D. Valde gratulamur tibi omnes de aucta familia, coniuge sospite, & precamur ut velit hoc tibi gaudium Deus esse diuturnum ut videas ex tuis posteritatem Deum recte agnoscentem & glorificantem. Quae de anticipatione dierum quatuordecim scribis miratus sum cur te moveant, cum frequentissimum hoc sit ut foeminae iustum tempus totidem dieb. anteuertant. Comperi in meis libris certo, lunae motu gubernari foetum in utero & exitu. Et ex huius cursu positique a primo tempore motus semper praedixi coniugi tempus partus, luna post novem mensium cursum erit in eodem aut in opposito caeli loco collocata. Idque me nunquam fefellit. De his vero coram. Nec movearis interlunio, cum iam praeterierit. Suavis autem error fuit qui terrorem subitum in repentinum convertit gaudium. Significavi utrumque utrique principi qui tecum laetantur & tibi nobiscum gratulantur. Ad diem Mercurij proximum hinc discedere constitutum est, nisi aliud

aliud intervenerit. Mihi coniectum & domum reverti, sed ea con-
ditione ut cum nostro sponso ducente filiam clarissimi Doctoris praesto
sim die lunae: nam is dies nuptijs destinatus. Rogo ut clam hoc
significes Doctori suo clarissimo, ut ad eum diem sponso & hospitibus ali-
cubi hospitium praeparet. Illustrissima domina N. dedit mihi
in mandatis, sponso ut indicem, secum si quos velit honestos viros
ut adducat. Existimo nos ad diem lunae sub meridiem affu-
turos, ut vesperi nuptijs intersimus. Postea per aliquot dies
mihi adhuc vobiscum commorandum erit. Clariss. d. d. H. E.
virum venerandum meum patrem & benefactorem intelligo
cum magno illos maerore ob fratrem. Sancte affirmo me non minus
me afflixisse utroque & maestitia ipsius in hac aetate, & cura quae ei affertur
a fratre quantum ego existimo complectitur eum quod debebat canos eius
cum gaudio deducere ad sepulcrum. Ego cum de fratre semper
sum loquutus honorifice, etsi de me ille longe sensit aliter &
dixit, quantum omnino potero, lenire animos principum & nunc & cum
istinc venero conabor: et coram d. Doctori maestitiam quibus unquam
potero consolationibus moderabor. De ijs quae fratri acciderunt prorsus
sus, hic priusquam veni, plura non scivi quam cognovimus ipse d.
Doctor & ego Torgae, & ego eadem ex ipso plenaque. Ab eo tem-
pore compertum mihi & nihil priusquam huc veni. Sed τούτων
τοι ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. Bene & feliciter
vale.

uale. Obsecro te excuses me d. compatri quod non scripserim. hoc ipso enim momento accingebar ad iter profecturus cum principe ad diu meditatas inventionis regulas de compasso experiendas in magnis ventorum flatibus & continuis pluviis. Me miserum qui tussio vehementer, & raucedine vexor & insomnia laboro & cruditatibus molestor & gravedines capitis cum tinnitu au-rium perpetuo experior. Sed ferendum est quod mutari nequit. Reverenter saluto etiam D. Brambachium, cui ad fratrem hunc castratum. 4 Decemb. Weidenhan.

Caspar Peucerus

EIDEM.

S. D. Ita nobis placent thermae ut videamur non tam cito hinc avelli posse. An vero sit futurum id e valetudine mea valde dubito. Etsi itaque monemus quod officii & muneris est nostri, tamen frustra monemus. Mihi difficile est hoc perferre & devorare molestias. Sed perferam libenter si cum salute principis id fiat. Perpetuo tamen hoc mihi versatur ante oculos: με τρὸς ἀεὶ τοπ: ἵνα ποινοι σῖτα, πολις, ἀσθενεια, addo etiam βαλανεῖα πανλε μελεια. Salutat te D. Cracovius & invidet tibi hoc tam abundans & delicatum otium quo istinc in osculis & complexu tuae uxoris frueris, nobis hic assidue sudores fumos halitus sulphureos haurientibus. Bene & feliciter uale. 12 April. Ex thermis

Caspar Peucerus.

Clariss. atq; amplissimo Viro Ioanni Cratoni, amico magno, et patrono mihi praecipue colendo.
Vratislaviam.

Jo. Michael Brutus Ioanni Cratoni S. D.

Recte tu quidem, qui me excitas ad scribendi studium, si hoc modo indigeo, cessationis metu. Haud .n. te fugit, quantum mihi solatij in tuis literis; quam in tuo amore suavitateq. acquiescam. Credas mihi velim homini minime blando, vir ipse gravissimus, in magno vitae maerore, quo animus conflictatur, ubi abs te discedo, neminem me habere in quo ulla spes sit, aegrum levandi: Cracoviam redij V Idus Novemb. non regiae modo sed belli incommodis, tertium iam mensem perfunctus. Habes grandem natu hocem, à prima aetate ad paris artes institutum, coactum tempore, belli faciem perferre, inter strepitum aut vincentium militum, aut cadentium in acie, nihil non atrox taetrumq. admittere auribus omnibus, cum ad tentoria usq; acciderent tormentorum globi, tota castra sauciorum vocibus personarent: quorum malorum finem quaerunt omnes; qui futurus sit, is qui hominum res curat, viderit Deus. Inde soluta obsidione, reditum Mariemburgum. Prussicae autem

urbem, olim nobilem Equitum Marianorum conuentu, et, si hoc ad rem pertinet Ghilandini patriam. In ea urbe, frequenti regia, audiui principum legati, in his unus ab Augusto principe, cuius fuerunt perorandi partes, qui non alijs modo, sed tibi uideri disertus potuerit, homini, qui haec exigis ad internum normam. Equidem audiui dicentem, cum discessurus postrema mandata acciperet: nihil usuum illius oratione luculentius; ad copiam, actionis dignitas, suauitas oris atq. hilaritas temperata grauitate, gestus sine a natura totus sine ars adiuuaret, cum venustate, & qui cetera consequeretur cum praeclara essent. Vir procera statura, candido ore, militari habitu; quo oratio gratior, ueluti ἀπροσδόκητος. Actum de regio procuratore prouinciae praeficiendo, quo principe iampridem mente alienato à ministris regijs, magna populorum querela, finem malorum quaerentium, uexabatur. Res magno regis & senatus assensu acta; contradicente Clinensis legato cuius filia Paulsseno nupserat, cum, viro tutela emancipato, tamquam cogi in ordinem uideretur. Delectus Hanspacus è familia Brandeburgensi, qui quibus legibus superiores principes praefuissent, atq. eo iure quo quis optimo, prouinciae praesit. Caue putes, hac prouincia toto Poloniae regno, melius, uberius, feracius. Frequentia aedificijs oppida, ditissimae urbes, Commercium finitimarum gentium, Emporium Dantiscus, luculentus ager, pagi non

alios

aliorum more rusticanis casis, sed optimis aedificiis ut instar urbium
uideri possint, Crebris lautisq[ue] extructi. Iam pecoris magna uis, fru-
mentiq[ue] omnium copia q[uae] liberalioris uictus sint. Gens mitis-
sima & cui sancta sint hospitalitatis iura. Praecipuae urbes, Regius
mons celebris cum Schola frequentia, tum principis regia, Turoni-
um, Mariemburgum, Elpinga, Bidgosthium, aliae. Vestra est
Germani, haec laus, ut quocunq[ue] uos tanq[uam] in colonias deducat, ex-
teris gentibus propitia fors, humanitatis cultum uobiscum, disciplinae
ciuilia iura, industriae aemulationem, liberales artes o[mn]es, quibus uita
hominum melior fit, inuehatis. Lustraui fere totam eam Daciae
partem quae finibus Transsyluaniae clauditur, inter Pannones, &
uestros, natos sub eodem caelo, ho[min]es, tantum discriminis, ut magnam
his iniuriam faciat, qui eum Pannonibus putet conferendos. Litte-
rarum eximius cultus, literalis disciplina, religionis studium &
pietatis, seuera morum censura, industriae laus, notata inertia,
adeo effusa in hospites liberalitas, ut mediocris etiam fortunae
ho[min]ib[us]q[ue] aduenientibus, publicam domum, munera, lautias decernant:
quae eo maiore admiratione digna habenda, quo magis, per tot secu-
la, incorrupta, tot barbaris gentib[us] circumfusi, Getis, Moldauis
magna undiq[ue] barbaroru[m] colluuione tuentur. Credo te exspec-
tare, quid ego ad te de Dantiscanis, & an res sit uentura?

qui

quae si dicam, me in magna aulae frequentia unum hospitem esse;
haud te fallam. Sed id quod possum certi afferre; nimirum illi
sui iuris; nihil agimus nostro. Ita enim sunt adversus iura omnia
obfirmatos animos, ut cum iniqua postulent, non tegant postulata
verbis, sed aperte & clare perscripta edant; sive iusta sint sive
iniusta, quae superiores reges concesserint, iis ut rex nulla excep-
tione subscribat. Regis responsum huiusmodi, ut ne iudicem
quidem te sit recusaturus, Eius rei cognitionem Senatus esse; quod
is iudicaverint, id se ratum firmumque habiturum. Quae ea fuerit
superioribus regibus parum aequa iis concedendi, se quaerere non habere
necesse; ut rata habeat iniusta, iniqua, nullius se auctoritate adduci
posse. Commodum cum haec agerentur temporis magis mei quam
stomachi; redditae mihi tuae literae quibus me de cessatione appellas,
qui triduo ante literas ad te, ut soleo, satis uberes dedissem, certe
summi mei in te amoris atque observantiae testes. Sed vide quam
ego sedulus in eo magis, quam felix, cum post datas ad te illas mense
amplius in regia mansissem, mox in itinere illinc profectus, xij
iam dies fuissem, easdem apud mercatorem nondum ad te missas
inveni. Quaeris quo in loco res meae & Salini Salicae? auctum
stipendium, Cracoviae attributa domus in regia, & ea lutulenta,
alia ut nolumus; Sed quae eadem mihi tamen ob eam ipsam causam,

quod

quod læta tristia sint. Iniiciuntur enim mihi vincula, quæ ut sint aurea, sunt vincula tamen. Habes, rem similem portenti, qui in rebus lætis morsum animi cum doloris sensu acerrimo, in adversis voluptatem sentiam, à quib. cogit refugere humana ratio. Hinc enim spes una advolandi ad vos, quibus placere, instar mihi beatæ vitæ. Cum vero me ad vos rapit amor, tum memoria vestrorum in me officiorum in primis, quæ me ita premit suo onere, dum animo volvo, ut, quando alia spes omnis deplorata est, perpetuo dolore ac mœrore animi culpam in neminem magis quam in me ad missam luam. Culpam vero? quasi unum sit meum peccatum? Una in re tamen me illud ipsum consolatur, in neminem, præter unum me, à me peccatum esse: ut deus perdat Palæologum nescio quem, qui me apud vos violatæ fidei reum agit. qua de re utinam liceret apud eum caussam dicere, cuius à me læsam nominis majestatem arguebat levissimus nugator: non enim oratione prius, quam aspectu vultu, toto pectore refutassem. Illa quidem mea peccata, sed suis cepta in me; cum velitationibus vobis, eo me conieci levissimi hominis fidem sequutus, unde eram manibus pedib. abstrahendus. Sed præterita accusari possunt; refricari eadem, ita ut sine morsu dolorem faciant, non debent: id quod ne vos quidem facitis curandis morbis; ubi validiores sint quam mali vis, ne ad dolo-

ris

ris sensum, accedat infamia artis, ubi partim latius erantius conte gratur. Rex in me liberalis, ut si velim esse gratus, id quod in des mihi ~~necessario~~ nobis etiam omnibus esse agendum, a recepto munere desistere haud possim. Argumenti loco tibi sit, quod me angat numquam intermissus animi dolor, a quo uno semper, cum aliunde non suppeditat, nascitur mihi scribendi argumentum. Ex tuis literis coniiciebam, te, cum haec scriberem, Vratislaviae esse: id si accidit, C. V. Monawio multam salutem meo nomine impertias velim. Vxorem tuam lectissimam foeminam, & Baptistam filium iubeo salvere, quem ita te dignum filium agnosram, si tibi satis esse caussae intelligam, quare eum beatissimum fortunatissimumque esse velis. Vale. Datum Cracoviae. XV Kal. Decemb. 1577.

× Ornatissimo Viro D. Andreae Duditio
Caesareae Maiestatis à consilijs,
domino mihi plurimum observando.

S. Quo iudicio delatam mihi immerenti abs te amicitiam tuam sum amplexus, Vir ornatissime, eodem illam mihi semper retinendam credidi. Etsi enim quorundam malorum certe hominum culpa, ut lenissimo verbo utar, nonnulla sunt postea consequuta ex quibus facile apparuit te nonnihil esse à nostris partibus

abalienatum, aut saltem ex eo quem πισὸν & θεωλογοφορμηδὸν literae sacrae appellant, σκεπτικὸν ac pene academicum evasisse, numquam tamen amare te propterea destiti; tuasque illas summas virtutes colere, quibus esse te praeditum cognovi. Imo in illa etiam quamvis pessimae causae defensione magnopere sum delectatus ingenii tui acumine, quamquam illud abs te ad contrarias defendendas partes collatum mallem. Denique, quia in re deceptum me non fuisse incredibiliter laetor, futurum semper speravi ut tibi te ipsum collegisses, & paulo attentius in rem ipsam inquirere coepisses, nemo melius quam tu ipse de re tota iudicaret, nec cuiquam magis quam tibi dubitationes illae displicerent. Fateor me tamen iis literis fuisse commotum quibus ad illas meas respondisti, idcirco, ita me bene Deus amet, quod quum mihi essent inscriptae, tamen praeterquam quod ad me numquam sunt perlatae, postquam diu multumque sunt in vanissimi cuiusdam hominis manibus versatae, qui nunc medicum se profitetur & Bernae Civis civitatis alumnus fuit, una cum nostralibus quibusdam nobilibus commoratus est, & sunt ab eo denique cunctis & legendae & describendae traditae, vix tamen amici cuiusdam opera illarum exemplum essem nactus. Itaque, hortantibus etiam amicis, coeperam ad illas respondere, adeoque de utroque edendo scripto agitare. Sed id omne vix coeptum postea ultro abieci, futurum

uti dixi

uti dixi, ratus, quod ex te ipso nunc intellexisse me gaudeo, atque ut
in hac sententia perpetuo perseveres vehementer opto. Sint igitur
illa omnia penitus antiquata, perpetuaque oblivione sepulta. Quod
ad Dialogum illum tuum attinet, putavi initio non fore e re tua
si ederetur, deinde cum nostro cuidam typographo illum excudendum
tradere, caussatus est scripti brevitatem. Optarem igitur abs te
quidpiam vel eiusdem vel cuiuscunque voles argumenti adiungi,
quod molem aliquam libelli faceret, cuius tamen rei iudicium
penes te esto. Venio ad alias epistolae tuae partes. Otiaris
nunc igitur ut video, sed ut olim Aphricanus ille, & quidem
fortasse caussa non prorsus dissimili. Utcunque sit, etsi te hac
doctrina, tantoque iudicio, et isto rerum usu preditum hominem
optarim ibi esse, ubi quam plurimis prodesse posses: tamen quum in
te animum intueor, facere non possum, quin hanc tibi solitudinem
invideam, in qua non dubito quin Tullianum illud vere dictum
fuisse experiaris: nihil esse otio literario dulcius. Quod utinam
ego quidpiam ad hanc felicitatem tuam augendam conferre pos-
sem. Sed cuiusmodi tibi homine opus est, & qualem a me
postulas, ego quidem neque eum nactus, neque nanscisci me posse
spero. In caussa sunt horum temporum asperitates quae Gallos
pene omnes ex togatis sagatos, ex Musarum cultoribus im

ma

manus bellatores effecerunt: odium omnium pene gentium adver-
sus hanc civitatem, quam subversam debellatam quam regionem som-
niant: nostra denique tenuitas quae plurimos absterret. Imo ne ho-
minem quidem facile invenero cui erudiendum filium tuum com-
mittas, si ad nos usque proficiscendum erit. Eum autem non sua-
deo ut huc mittas, nisi paullo adultiorem, & certiore rerum nos-
trarum statu. Audimus enim quotidie multorum minas: & quam-
vis filium Dei speramus ut eius praesidio tuti simus, qui nos ad-
huc servavit, haud satis scio tamen an id nobis ἀεωορνς
contingat. D. Franciscus Portus senex optime valens &
vir optimus, graecas literas apud nos profitetur, teque vivissime
plurimum salutat. Pensiones annuae studiosorum apud nos
si liberalius vivere velint sunt gallicorum coronatorum septua-
ginta, quorundam etiam sexaginta; propter tritici & vini
caritatem, de quibus a me certior fieri voluisti. Affines
tui, Dei gratia, optime valent, quod tibi ab ipsis significatum
puto, suntque mihi collegisque meis & merito suo & commendatione
tua quam maxime commendati. Ad me privatim quod attinet,
animo ut is vivere possit qui perpetuis curis exercetur, ad quas ac-
cedunt subeuntes ut inquit ille, morbi, tristisque senectus. Pergo ta-
men, Dei beneficio, totus in hoc intentus ut per medias tem-
pestates

pestates in portum pronehar. Porsequi me inchoata nonnulla non patitur patriæ calamitas. Itaq. neque tertiam quæstionum mearum theologicarum partem, neque susceptam adversus Sarterij repetitiones defensionem finire his nundinis potui. Iacet quoque meus Tertullianus. Opus psalmodum absolui, sed quotidie emendo. Urgent Ecclesiæ gallicæ ut susceptam gallicam Bibliorum editionem præstem, cuius adhuc triens superest, prophetarum nimirum scripta. In his ego me nunc dies & noctes, quantum quidem valetudo patitur, exerceo. Tu me, Vir ornatissime, precibus tuis adiuua, tibiq. persuade me nunquam commissurum ut in me quidquam officij merito requiras. Venturius quod tu illi commiseras bona fide mihi reddidit, de quo iam pridem tibi gratias egi. & gratiam nunc habeo quam referre non possum. Bene Vale, Vir ornatissime, & Bezam tuum mutuò ama. Geneuæ, XV Decembris 1578

Tuus Beza.

## Natio Germanica Iurisprudentiæ in schola Patauina studiosorum M. Antonio Mureto. S.

Rem arduam sanè tentamus atque difficilem, sed ut speramus iudicio tuo, Murete, & autoritate confirmati laudabilem inprimis & fructuosam non tam nationi nostræ quam uniuersæ reip. literariæ. Petimus à schola Patauinæ Triumuiris magno multorum nobis ad-

uer.

uersantium odio atq. inuidia [illegible], qui Pandectas iuris ciuilis in eadem schola publ. interpretetur, non more illo barbaro & incondito, sed Gallico, hoc est omnium recte sentientium iudicio comprobato. Ex omnibus autem Iuris consultis quos praecellente doctrina in Italia uel ipsi nouimus uel fama & praedicatione aliorum accepimus, nemine sumus quem tibi hac in parte comparare nedum anteferre debeamus. Quod itaq. ex fide dignis hoib. iampridem intellexissemus non te penitus consilium abiecisse redeundi in haec loca & in iis quod uitae reliquum est transigendi: Unum te omnis ignarium huius instituti nostri ex omnib. nominare & a Triumuiris coram & per literas flagitare non dubitauimus, qui nobis polliciti fuerant denique se ad legatum Venetum qui Romae est, scripturas, eique ut de hac re tecum agat, negotium daturos. Cetera uero scire non potuimus quid tecum ille, aut an omnino egerit aliquid, ex diutina uero mora & conatib. multorum spei nostrae quidam minus conuenientia metuimus: his te literis rogare ausi sumus ut de tota hac re, deq animo & consilio tuo aliquid certi quamprimum nobis significare ne graueris. Nam illud humanitas singularis tua, & animus ille tuus ad praeclara oia comparatus ne rogare quidem nos patitur, ne scilicet uel desiderio nostro tam honesto, communis literarum causae, uel laudi denique & gloriae

& gloriæ tuæ deesse velis: quam etsi summam iam adeptus es
splenderet illa magis tamen nova huius dignitatis quasi luce
collustrata, quæ ad omnis gloriæ cumulum tibi divina quadam
sorte destinata videtur. Præstitisti tu quidem antehac eximia
omnia, planeq. admiranda, & eloquentia tua prope divina popu
los omnes atq. gentes tibi devinxisti qui sensu aliquo humanita
tis præditi sunt: reliquus est ad extremum vitæ actum tibi
reservatus ingens ille quidem labor, sed viro magnanimo & ad
summum laudis & gloriæ fastigium contendenti optatus maxi-
me atq. iucundus, scilicet ut alter tanq. Herculis hydra illa tot capi
tum confecta, Augiæ stabulo expurgato, deniq. barbariæ fœdissi
ma profligata Reginam scientiarum omnium sua prudentia
in pristinam dignitatis sedem restituas. Est illa sane laus
maxima, ut diximus, quam ex cæteris studijs & laboribus tuis
es consequutus: sed tamen communis tibi quodam modo cum
doctissimis quibusdam viris. Hæc vero laus tua quæ ex
inusitato & præclarissimo facinore te manebit, tua erit propria,
tibiq. uni victoriæ tam insignis triumphi omnes debebuntur.
Sed indecore facimus qui ad ea te invitamus, ad quæ sponte
inflammatum esse novimus: Studium profecto summum &
desiderium tui nostrum sic his literis perspicies: cuius desiderio
si eventus responderit, tuq. spem expectatissimam adventus ad

nos

nos tui nobis confirmaveris, officio nostro apud Triumviros
non sumus defuturi; Et si quid nationis nostrae preces, si
quid utilitas & dignitas scholae Patavinae apud viros pruden-
tissimos & literarum amantissimos poterunt: brevi magnum
illum Muretum in amplissimo hoc orbis terrarum gymnasio
de omni barbarie triumphantem aspiciemus. Vale. Cal. Jan. 1578.

Consiliarius & Procuratores Nationis Germanicae in Gymnasio Patavino

Ornatissimae ac nobiliss. sodalitati
Germanorum in schola Patavina Iuris
prudentiae studia colentium S.

Mureti epla

S. Tertio Id. Januarij, cum jam advesperasceret, accepi lite-
ras vestras, hoc est, eo ipso die quo tabellarij publ. qui sta-
tis diebus hinc Venetias eunt, iter ingressuri erant: quo factum
est ut statim respondere non potuerim. Postridie autem eius
diei conveni legatum Venetum, ut ex eo cognoscerem, numquid
in mandatis habuisset ea de re de qua vos ad me amantis-
sime & honorificentissime scripseratis. Negavit quidquam
ad se tale aut à Triumviris aut à quoquam alio scriptum esse.
Ex quo facile intelligere potestis, non tantam haberi honestissimae
voluntatis vestrae rationem quantam par erat. Omnino
autem video rationem illam tradendae verae ac solidae iurispru-
dentiae quae hodie in Gallia viget, Italis non placere. Etsi
ego

ego quidem in hac urbe, cum libros Digestorum interpretarer, mul-
torum studia commoueram, iamque illud assecutus eram ut pla-
rique istorum qui magno fastu illas quas nos merito auersamur
ineptias docent, soli in scholis relinquerentur, Itaque quidam ex
ijs adierunt Pontificem, ac cum eo egerunt ut ne me illam
docendi iuris rationem tenere pateretur, alioquin fore ut summo-
tus orationis suauitate capta praeclaram Bartoli & talium
doctrinam repudiaret: Se quidem, si eo ulterius pergerem, desti-
turos penitusque se docendi munere abdicaturos. Quid plura?
Et ipsi facile persuaserunt quod uolebant, et ego non aegre
a me obtineri passus sum ut annuo quingentorum nummorum
aureorum stipendio proposito eloquentiae potius & politiores prae-
cepta traderem. Nuper etiam cum me Stephanus Polo-
niae Rex tantis propositis praemijs quanta uix cuiquam alij
cuiusque artis professori hoc tempore proposita fuisse scimus,
in Poloniam euocasset, Pontifex ut me in urbe retineret,
suapte sponte ad uetus illud stipendium quingentorum du-
centos praeterea nummos aureos annuos addidit, porroque se
multa facturum pollicetur, quo mihi magis in urbe esse libeat.
Quid igitur in Italia res sit uides. Hesterno quidem
die curauj ut ipse Pontifex per oratorem Regis Galliae
qui

qui hîc est, de vestra audiendi mei cupiditate certior fieret,
qui cum hoc libenter accepisse visus esset, Cur non ipsi, inquit,
potius huc veniunt? Excipientur enim à nobis omni genere
humanitatis, Neq; hunc impediemus quo minus Muretus arbi-
tratu suo illorum studijs obsequatur. Caeli Pontifex ipse
propensissima est in gentem vestram voluntate, Neq; vobis
ignotum est quantam vim pecuniae quotannis attribuerit &
assignaverit Germanis aliquot adolescentibus educandis. Ego
vero, nobilissimi & ornatissimi viri, semper mirifico animo
erga Germanos fui, motus ingenua quadam simplicitate &
integritate ab omni fuco & fallacijs alienissima, quam in eo-
rum plerisq; ita cognoverim, ut eam laudem gentis vestra
propriam esse statuerem. Quando igitur istic una esse
nobis non licet, videte num rationibus vestris expediat huc
venire & mecum una communi studio ad vindicandam à
barbarie iurisprudentiam incumbere. Mihi credite, si vobis
huc venire libeat, aliquid fiet. Quaeso autem obtes-
torque vos, ut quicquid hac de re consilij capietis, ad me
scribere ne gravemini, vobisque ita plane persuadeatis,
quicquid à me, vestra causa aut publ: aut priva-
tim fieri poterit, id semper me cupidissime facturum
esse.

Ex Roma. XV. kl. febr. MDLXXVIII

Vobis omnibus deditissimus
vestraq. studia adiuvandi cupidissimus
M. Ant. Muretus

Responsum Nationis Germ.ª ad hanc Mureti epistm, vide in fine huius voluminis ./. fol. 489.

Clarissimo dn. Philippo Melanthoni
cariss. suo praeceptori.

S. Quod mihi conclusum est in cella pauper villum,
bellum, suave, frigidum
Nec bellum sine te, sine te nec suave bibendo est
frigetq. semper horridum
Huic medeare precor mecum pransure Philippe
sermone & salibus tuis.
Sunt meliora domi: quid tum? fluere hoc qq. gaudet
labella per Melanthonis
Per quod tot refluunt dulcissima verba quot uvas
foecunda vitis germinat.
Pisciculos & olus cum caneris parvula cornis
Nec sumptuosa fercula.
Ergo veni, nobis ô semper grate Philippe,
Cum Caspare & tuo Rufo
His iungam socios Stirionem, Aviumq. portam
Ecclesiaeq. Episcopum. XVI Cal. Septemb.

Petr. Vincent.

Lamberto Pithopæio. Heidelb.

S D. Clariss. M Lamberte, Ἀρδεῖ τοι χρεὼν, μνήμην προσεῖναι, τετωνόν εἴ τι του παθοις. Memoriam igitur officiorum quæ mihi aliquot annis grata & iucunda præstitisti, conserno, ideoq. me tibi debere agnosco. Vestigia etiam veteris erga me benevolentiæ tuæ animadverti, cum aliquoties mihi salutem tuis verbis nunciari & libellos eruditos tradi curasti. Humaniorem enim te & Musis ac Gratijs amiciorem esse scio quam ut multi morosiores in utraq. parte solent, eos à quibus de parte aliqua doctrinæ dissentis, statim capitali odio prosequendos esse putes. Cum igitur in hanc viciniam cum collega meo M Iohanne fredero venissem: qui Academiam vestram omnium in Germania antiquissimam videre cupiat: tibi potissimum commendare eum volui ut te duce, ea quæ videre & audire hospiti licat, cognoscere facilius queat. Bene ac feliciter vale. Wormaciæ. 22 Sept. 77.

D. Chytræus.

Clarissimo & Excellentiss<sup></sup>o Viro D Ioanni Iacobo Grynæo sacræ Theologiæ doctori, amico & d. suo reverenter colendo.

S. Libenter iampridem ad tuas respondissem literas, doctissime Grynæe

Grynaee, si commodius se nuncius obtulisset. Infrequentes .n. sunt
qui hinc à nobis Basileam proficiscantur & inde ad nos: quo
fit ut quando volumus rescribere, nequeamus. Quod scribis tibi
placere reprehensionem Ubiquitatis in Analyticis nostris valde
laetor, max[e] propter hanc causam q[uod] putabam te etiam infec-
tum esse hac haeresi, propterea q[uo]d memineram tibi magnam
intercedere familiaritatem olim cum hic nobiscum esses, cum
Apostolo Ubiquitatis, ut qui in disputatione quadam tua prae-
sidem egerit, sed quid aut qua de re tum disputaris haud
possum meminisse. Post illud tempus Apostolus ille multis
annis creberrime mecum contulit de sua & Brentij sententia
de Ubiquitate naturae humanae christi, in quibus collationibus
semper ei contradixi, & argumentis usus sum quibus ille non
poterat contradicere. Voluntate illorum libellum etiam
conscripsi de unione duarum naturarum in persona christi, in
quo omnia exposui de persona christi secundum mentem
scholasticorum, quib. argumentis perspicuum sit omnino Ubiqui-
tatis expertem esse naturam humanam christi. Apostolus &
Brentius vulgari typis curarunt libellum hunc francofurti:
Eidem tamen Apostolus propositiones quasdam agglutinavit,
quarum in una & altera me suspectum faceret tanquam
ipsis ὁμονοοῦντα. Verum fatebor; Non credebam homi-
nes

nes illos tam fraudulentos, quod posterius apertissime depre-
hendi. Nam ijdem in causa etiam fuerunt ut Bezae & alio-
rum contra Ubiquitatem disputantium scriptis me opponerem, quo-
rum tamen sententiam non plane habebam perceptam: in quo
peccasse me graviter confiteor. Verumtamen liber meus editus
docet me semper statuisse naturam humanam esse localem.
Non multo post meum scriptum, a se editum tamen, aperte
damnarunt ut suae sententiae adversarium, Et Apostolus non
ut antea occulte, sed omnino manifeste a me dissensit,
ut mihi hac defensione in Analyticis opus fuerit: Nam a mul-
tis sum habitus pro Ubiquitario: At nunc nostri me ut Cal-
vinistam detestantur, & pro Sacramentario habent, quia essen-
tialem & novam Capernaiticam nempe Ubiquitariam Corporis
Christi praesentiam nego. Hac de causa factum est ut meum
scriptum quo respondi Genebrardo authoritate principis mei sup-
primerent, & veritas etiam huius mysterij scripto meo non de-
fenderetur. Damnent illi homines qui non intelligunt & ut
mysterij Unionis personalis in christo, ita nec mysterij Trini-
tatis sunt intelligentes, Et ut ipsi non intelligunt: ita quoque
alijs invident agnitionem veritatis. Hunc libellum contra
haeresin Genebrardi a me conscriptum te habere, nuper ex
tuis

tuis literis intellexi, à D. Erasto tuę custodiae commendatum. Quem

ante proteritas francofurdianas nundinas quidam mihi dixit

qui se à D. Erasto accepisse id affirmabat: futurum scilicet ut ad

eas nundinas iste libellus vulgaretur, quod tamen non factum esse

animadverto, aut quia fortasse vestratibus displiceat scriptum meum,

aut quia propter editionem me noluerunt periclitari apud

principem meum. Tametsi nihil periculi fuisset, si me inscio

fuisset vulgatus typis. Quod si doctioribus Theologis non edendus

esse videtur, sed supprimendus; quaeso te ut illum mihi descrip-

tum mittas (nam eripuerunt mihi Apostoli Ubiquitatis auto-

graphum ipsum) aut si aliquando speres exiturum in lucem,

ut detrahas libello epistolam ad Comitem Hanauensem & loco

illius epistolae praefationem apponas vel tu vel alius quispiam

ex eruditis, vel si nullus velit, ut ipse Typographus, qui

protestetur me inscio se tuum libellum pro utilitatem publicam

edidisse. At si videatur sepeliendus esse descriptum si mi-

seris, ego vicissim tibi meam analysin erroris Ubiquitatis

multis paginis expositam mittam, qua omnium errorum

fontes & causas declaro, ut vel caeco appareat ipsos negare

Christum & perimere ipsius naturam humanam, & ut sese oppo-

nantur octo articulis catholice creditis de persona Christi. Dolet

mihi vehementer Evangelij restitutionem hac detrimenta haeresi

inquinari

inquinari, et principibus id fere omnib. persuasum ut hac haeresi ma
iestatem christi defendendam existiment. Sunt duces caeci caecorum,
& ambo in foueam cadent. Ubiquitario praecipue omnia ex animi
sententia procedunt: quid futurum sit Deus nouit. Quod ad Topica
nostra attinet, absoluta sunt & perfecta à nobis Commentaria, qbus
spero futurum ut amantes veri reconditissimam & requisitissima
sint habituri dialecticam. Omnes fere Academias nostra philoso
phia destitutas videmus, Utinam non etiam singulari odio huic
sese opponerent. Nemo discit fere & nemo docet ἀκρίβειαν,
omnes procudunt linguas; quotus quisque qui acuat ingenium!
Non emuntur hi libri, quo fit ut grauate eos excudant Typo.
graphi. Veritatis studium ipsum per se contemptissimum.
Commentaria Topica implent numerum octingentarum paginarum,
qualis haec epistola. Si habebis qui volet excudere signifi.
cato mihi, & quando commodum nuncium fuero nactus, perferri
ad te curabo, sed hac fide ut ne quis describat. Si tibi alijsq.
doctis vulgandus videbitur, bene erit, tum transigam cum
typographo, sin secus ut saluum integrumque & non descriptum
remitti exemplum cures quod per nundinas commodissime
facere potes. Tuae fidei me commendo, & quaeso ut meo noie
diligenter salutes d. d. Zwingerum

Jacob. Schegkius D.

Al molto mag.co sig.or il s.r Giovan Henrico
Hencelio Alemano s. s. hon.do à Padoa.

S. Quas ad me pridie Non. Maij misisti, eas hodie accepi. Per-
solvendum est amicorum epistolis cum minime firma sim vale-
tudine: Itaq. scribo brevius. Si Monavius Italiam reliquit, peto ut
literae ad me redeant. Curiae Romanae de germanis hereticis indi-
cium non vidi, nisi forte tu censuram illam de principum Evangeli-
corum moribus intelligis: Ea mihi G à patre tuo missa, nec ut arbi-
tror ab homine Italo vel malorum partium facta. Videtur autem
ut servulus in Comoedia, vera dicendo ambos fallere. Illud de foedere
quod in eo Caesar comprehendatur, credas mihi, inane est & ut studia
in familiam Austriacam imminuantur, confictum. Nondum de
pace certi sumus; Exercitum hoc anno non posse tyrannum in Hun-
gariam adducere propter rei frumentariae inopiam, hoc quidem scimus.
Et habet quod agat in Moldavia ac Walachia: Utinam Daciam non
opprimat. Polonica plena dissensionum sunt. Quid autem in Gal-
lia fiat, non arbitror vos ignorare. In Belgio longa malorum & pe-
narum tela. Joachimus Camerarius XVII Aprilis cum LXXIIIJ
annum excessisset, beate in his terris vitam clausit: Dolores suos
finivit, nostros nobis reliquit. Paulus Manutius eodem mense
Romae extinctus est: diem certo non scio. Sturmius vivit &
mira est alacritate ad litigandum cum suis theologis. Hoto-

manum

mannum quoque superstitem esse cognovi, & patri tuo auctor fui, ut huic viro vel Donello te coniungeret, sed quid ei obstet non ignoras. Mihi autem illa Evangelica sententia in aio: fore ut in tectis dicatur qd nunc in angulo à paucis excipitur. Bene vale XXI May. 1574

Crato .

Memoriae summorum amicorum Camerarij & Manutij hac consecrarunt Musae meae totis triginta annis à me desertae. In his igr ingeniorum desistere requirere nimis & ante fores infaciun, das, parvaq. vena fuit; sed qui quod potuit dat maxima gratus abunde est, et sinem pietas contigit ista suum.

IOACHIMO CAMERARIO:

Dum tuis heu tristes Vero denunciat iras
pro falsoq. sacer concitat arma furor
Tu qui saepe pia cessisti mente furori
E vita cedis, corpore dasq. locum.
Ah utinam non succedant pietatis egentes      παντάχουσια
Qui terra miscent ambitione polum.

PAULO MANUTIO.

Occidit heu Roma Romanae gloria linguae
Urbsq. sibi summum sustulit ipsa decus
Dum caeli nimia absumpsit gravitate Manutium
Ac patria eripuit corpus & ossa sua.

Flete piae Musae, facundae plangite linguae
In scriptis vestro vivat ut officio.

I. C.

V Ingenio & doctrina praestanti Iuveni, Iohanni Henrico Henzelio, patritio Augustano, amico suo.

S. Magnifici isti tituli, Ioannes Henrice Henzeli, quibus literas ad me tuas inscribis a rescribendo paene deterrent & infantiae & inscitiae meae conscientia perculsum. Magna res est esse philosophum: longe maior si Ciceroni credimus, esse eloquentem. Ego vero grammaticae magnam habeo gratiam quae sui fontis guttulis me nonnihil aspersit, nec amplius mihi quicquam attribuo: tenuibus illius muneribus contentus. Quae autem de benevolentia erga me tua scribis, grata & iucunda sunt, etsi non necessaria. Neque enim unquam de tua erga me voluntate dubitavi. De iurisprudentiae porro methodis disputare meum non est. Tu qui in isto scientiae genere versaris rectius ista iudicare potes. Illud in universum varia lectio me docuit in omnibus fere disciplinis magnam esse ταυτολογίαν, ἀλεξίαν, καὶ πλεῖν σχεδὸν δὲ παραρ[illegible] τῶν ἔξω, καὶ τὴν κράμβην οὐ δὶς ἀλλὰ μυριάκις παρατίθεσθαι, magno sane dispendio studiosorum & aetatis optimae reclamante: quae tu incommoda si dexteritate ingenij vitare poteris, equidem tibi gratulabor. etsi fere necesse nobis IC esse video ἀσκεῖν τὸν ἐπιχώριον τρόπον, ὥσπερ μηδὲ

ἕν

Et si quo numero inter pragmaticos esse uolitis. Vale & Contubernali tuo Herbardo S. 27 Maij 1574.

H. Wolfius Tuus.

## V Johannes Michael Brutus Paulo Iulano S.

Jam est cur in isto regiae splendore, mihi Cracouiae squalorem solitudinemq. inuideas, regio desiderio languentis. Fuit hic per aliquot dies, Duditius amplissimus uir, tuus ne dicam an meus? Tanta certe est in homine suauitas, ut cum in eo amando multi certent, qui aeque enim sibi uindicent suum, qui tamen illum aut amet aut colat magis, haud satis sit exploratum. Equidem ita riualem non fero, ut ne tibi quidem concedam, qui & quanti is sit haud minus noris, & cum eo ipso, quem amas, patria sis caritate deuinctus. Verum est quod inuideas magis. Abduxit me secum in Pasomianum, quo ille ita abditus latet, ut nemo in magna frequentia illo beatior. In uilla amoenissima oia ad illius ingenium, nitida, lata, plena suauitatis. Neqz uero ut ille noster, pura riuus aqua, q est beatus Sitiorus, sed flumina, atq. ea quidem bellissime fluentia & pisculenta, ut attento patrifamilias atq. industrio abunde domi suppeditet piscarium forum. Jam & syluco & ad caedendam materiam

& ad

& ad uenationem, neq. paucorum iugerum, sed quot sunt auido etiam satis. Segetis certa fides in latissimo atq. ubere fundo, &, quod caput est, bene culto, & cum alibi male agatur, sit semper quod fundus expensum domino ferat. Haec satis multa ad beatam uitam, a qua praesertim ambitio exulat, maledicta, inuigia, obtrectationes, odia simultates quibus regia abundat. Iam illa summa: cum patrefamilias bene consentiens matrona, neq. illa, qualis Pernicis uxor Appuli, tosta aestiuis solibus, sed quae perspirat regia comitate, affabilitate sermonis, maiestate quadam morum ueneranda & quae undiq. nobilitatem spirat, ut mirum cuius sit illa uitae comes, etiamsi regi liceat esse, non paeniteat rusticarij. Deambulationes adde siue in opaco, siue in aprico loco malis, in syluam, in uicinos colles, qui flumine discriminantur, ad amnis ripam, qua nihil uiridius, altius. adde sermones cum de literis, tum de rebus alijs grauissimis qui aeque salibus iocis, lepore perpetuo, atq. urbanitate condiuntur, ut regem non patiantur, si utrumuis liceat, interpellatorem. Is enim Dudithius, ut uilla, in qua cum omnia oblectent, nihil ad summam uoluptatem desit, non sit re, non loci natura, non ubertate soli, non salubritate caeli, sed uerius domini aspectu, consuetudine, sermone, nitere uideatur. Quid illa? sine quibus uita est nulla, bibliotheca refertissima, libri optimi, monumenta uetustatis

&

& nostrorum temporum à summo hoie in longo usu maximarum rerum eodem coacervata? Dicerem de mensae lautitia, quae cum minime à frugalitate abest, non copia solum, sed epularum genere è summis regibus invidenda. Mitto alia, ex piscinis, quae sunt multae & lucentes, generosos pisces, vitulinam ex armentis, bubulam, vervecinam, agnum hædum, ex corte gallinam, anserem, quae quod inempta & parata, nescio quam voluptatem habent uberiorem. Dat apiarium mella: suppetit aliunde lactis beata copia, atque ex eo edulia suavissima, neque eadem sine saccaro, ne forte putes urbanas delitias desiderari. Has inter epulas ut iuvat pastas oves videre properantes domum? videre fessos vomerem inversum boves collo trahentes languido? Nam illa non libet commemorare, quae quanta sint ij modo noverint quos legitimo toro iunctos Amor iugo cogit aheneo, parvulorum liberorum cohortem; quorum dulcissimi affatus, blandi susurri, mutila verba, balbutiente lingua errore amabili, oscula, complexus, cuj non videantur regum delitijs anteferendi. Sed quo ego instituti oblitus? &c

## IDEM CRATONI.

Gaudeo recte tibi Dudithij epistolam, V amplius, redditam, Sed ut aeque moleste feram, meas ad te lras nondum perlatas, quas

quas eodem fasciculo ad te inclusas, eodem ferè tempore cum Com
mentario de bello Gedanensi, & mea ad D. Zinschiner adolescentem
epta mercatori cuidam dederam. His vero tuis respondebo quas
ad me omnium suauissimas ad III Kal. April. Recte vero
non tui solum oblitum me sed etiam mei, si patiar te scribendi
à me officium desiderare. Quod ne facere animum inducas, te
et atque etiam rogo. Ut enim cessem nunc est mihi, cessatio
vitio, causa futura: quamdiu ea vigebit, caue putes me tam debito
mihi munere defuturum: qui si dicam me ea religione iura ami
citiae colere, qua ea quae homini sanctissima sunt, neque ego te
neque me adeo fallam. Sed quid ego de his pluribus? Cui tua
est ita explorata voluntas, ut haud me minore mihi certius sit,
dum hoc ad te scribo, quam me abs te amari. Quam ut sperem per-
grata tibi & iucunda fore facit Duditij humanitas, Viri non
solum Regum maximorum iudicio summi, sed omnium ama
bilissimi pariter & meo iudicio & tuo, ex cuius Pasconiano
à me exarantur. Mitto loci amoenitatem, salubritatem caeli,
belle aquam fluentem, flumine à latere fundum atque à vi-
cinis collibus dirimente: is est nimis congruens sermo, quam
mores tui voluptate quadam perfusus animus non patiatur
tristia manare, siue quid scribam siue quid agam nimis con-

suetudine

suetudine, quod uix possum usquam ab ingenijs impetrare, hilaris semper. Laeta hic omnia, ager, fundus, uilla bellissima, matrona, in qua una cum insigni nobilitate certat summa uirtus, comitas atque humanitas par. Adde piscinas unde luculenta piscatio, caeduam syluam, prata, laeta armenta, greges et nescia fallere uita, diues opum uariarum, hinc latis otia fundis, speluncae uiuique lacus, hinc frigida Tempe, mugitusque boum mollesque sub arbore somni non absunt. Dispeream ni, cum haec animo uerso, mihi summus ille poeta uiuissimis suis coloribus uidetur huius uiri uitam sapientissimi atque optimi, ad uiuum expressisse. Quid quod elicuit suauitate sua Musas in hunc secessum? Bibliothecam habet locupletiss., libros et numero ut copia sit et uarietate, cum ad omnes ingenuas artes abunde suppeditet, insignes iam scripta de rebus reconditioribus multa, quae ita parata ex longo rerum usu mihi reserauit ut nunc modo sperare incipiam, incoatum a me opus, ut me iuuat sperare, haud infelicib. auspicijs absolutum iri. Iam illud apud me quanti? siue quid ioco siue serio agimus, interea pendent dulces circum oscula nati, qui inter se adeo gratia, uenustate, iocis, garritu quodam amabili et murmure certant, ut cum aequé belluli omnes, sciti, hilares, festiui sint, multus parentib. sine

alios

aliorum iniuria sit eximius habendus. Ad prandium uocamur, ad Coenam. Accipit nos mensa ita laute instructa ut dapes inemptae nihil à coqui artificio suauiant quo magis sapiant, si quis eruditum habeat palatum. Ac ne desiderium tui, tanquam molestus interpellator, nos torqueat, te medium inter nos fingimus, bene ualentem, nos fallimus bene de te ominando, ut non secus uideamur, te absente frui, ac si adesses. Quanta tua ista felicitas, cuius recordatio nos delectat, aliud etiam agentis & cum à nobis absis quam longissime? His reb. si quid quam suauius in uita, aut amabilius, tum uero haud dissimulem me plane omni sensu carere. Sed unum omnium maximum: huiusmodi fundi dominus, ut in Scytharum horrida hyeme, sit respondentalius perpetuum uer. De quo hodie non necesse habeo pluribus agere, tecum praesertim, cui nemo probari potest, quem non commendet eximia virtus. Quaeris quid in solitudine, ut summa etiam amoenitas sit? quae ulla qui esse potest, ubi sit unus qui mihi instar frequentissimae regiae, me teneat sermonis suauitate, literis, humanitate, ut nunc primum mihi uiuere uitam uidear, uixisse antea nunquam. Magna ad haec omnia accessio ex Monauij literis, te indies conualescere, quo me unice beauit. Nam ut diuina illa tua Constantia

laudanda

laudanda, quam certa spes fovet beatae vitae: ita te hominem
gravissimum indulgere nostrae humanitati aequum &c, et adeo tris-
tes cogitationes aliquando mittere nostra causa et tuorum qui
in tuo amore conquiescimus &c. Vale.

Clarissimo Viro D Alberto Ursinio
I V D et domino colendo.

S D. Mag^ce et clarissime domine Ursini. Scio te βέβαιον εἶναι
τότε μάλιστα τοῖς φίλοις ἡνίκ' ὠφελεῖν μάλιστα δυνατὸς
ἐστὶ εὐτυχῶν. Non igitur dubito memoriam mei te conservaturum
esse, etiamsi in aula illius Imperatoriae militia, ad summum vitae
humanae fastigium virtute et industria tua evectus sis. Cum
autem ab eo tempore, quo Persico familiae partem ad me misisti,
nihil a te literarum acceperim: amanter oro, ut ad pristinam
scribendi consuetudinem redeas et de tota Republica saepe me, ut
solebas, graviter et copiose doceas. Qui has tibi exhibet Secretarius
aulae nostrae Georgius Pichel, ex Livonia reversus, naufragio in
Curlandiae littora eiectus, per Borussiam et Dantiscum in haec loca
rediit. Is viva epistola loco mei commemorandis vastationibus
Livoniae et Pacis Dantiscanae conditionibus fungetur. Capita
tamen transactionis mitto. Addo et Anglicam epistolam de
instituto inter Ecclesias Confessionis Augustanae restaurandae
concordiae

concordiae negotio quod alioqui paulatim lentius procedit. ac ut in chelys una & altera fide dissidente tota harmonia turbatur: ita Hessis, Anhaltinis, Holsatis & alijs nondum assentientibus, haec quoque Concordiae formula optatos successus vix obtinebit. Plurimum tamen Electorum & principum consensus de omnibus doctrinae articulis occasione huius formulae declaratae & quae ab initio Conf. Augustanae unquam fuit. Theologorum Lovaniensium consilium de permittendo Relig. reformatae exercitio te vidisse arbitror. Gratum autem si tuo stilo scriptis posse existimas ut significes An assentiente vel conniventi Imperatore Matthias Belgici gubernationem susceperit, qui Gandavensibus recens omnia privilegia vetera a Carolo adempta restituit, & cum principe Uranico Antwerpiae coniunctissime vivit, & omnia gubernationis consilia communicat. Apud nos, Dei beneficio omnia tranquilla sunt. Bene vale. Postridie Purificationis. Anno 1578

David Chytraeus.

Illustri & Generoso Domino, Dno Philippo Lodovico Comiti in Hanaw & Minzenberg. domino suo perpetua observantia colendo. Patauij

Hub. Langueti. S P D. Illustris & generose domine, Non potuit non mihi esse gratissima illa significatio benevolentiae erga me, cuius habeo pignus elegantissimas tuas literas & plurima beneficia quae in me contulisti: sed

sed tamen mihi non minus gratum fuit intelligere ex tuis literis tam
facile coaluisse amicitiam inter te & meum generosum Sydneum: Nam
accepi literas ab eo Venetijs in quibus ijsdem propemodum uerbis suum
de te iudicium scribit, & suam erga te beneuolentiam testatur, quibus
tu de ipso iam ad me scripsisti; & summae felicitatis loco ponit quod
ad tui notitiam ipsi peruenire contigerit. Ego sane gaudeo in hac
re euentum respondisse meae spei: Cum .n. considerarem eandem
esse utriusq. aetatem, idem ingenium, uosq. pari studio ad uirtutem
contendere, non dubitaui id euenturum quod iam accidisse uideo,
& iam plurimum laetor quod huic rei occasionem praebuerim. Quod
si una peragraretis ea Italiae loca in quib. est aliquid dignum
spectatu, & quae sine periculo adiri possunt (ut sperat meus Sidneus
uos facturos) & postea huc ad nos ueniretis, mea quidem sententia
res uestras non male instituеretis. Nam uarijs sermonib. & iocis
alter alteri itineris taedium ac molestias leuaret, oriretur q. ut spero
inter uos honestum certamen de uirtute & humanitate, quo nihil
est adolescentibus utilius: Dum .n. dant operam ne in eo certa-
mine superentur, illas ipsas virtutes altius imbibunt & suis
animis ita inserunt ut nunquam possint inde euelli postea. Acce-
dit ad id, quod illa consuetudine (quae solet esse maxime
familiaris inter eos qui una iter faciunt) coepta inter uos ami-
citia ita confirmaretur, ut eam nullo tempore interituram sperarem.

Post

Post multos autem annos iucundum erit vobis memoria repetere non solum voluptatem quam ex familiari illa consuetudine vestra percepistis, sed etiam labores & pericula quae una pertulistis: Ego vero gaudio exultarem, si mihi contingeret vos hic videre coniunctos amicitia, cuiusque quodammodo conciliator fuissem. Quod si meis consilijs tum etiam faciles aures praeberetis, ego vos hinc ad Sarmatas usq. ablegarem, ut saltem Vistulae Nymphas salutaretis & observaretis an lilia gallica in solo Sarmatico altas radices acturae videantur: Nam per aliquot tempus multus erit inter homines ea de re sermo. Ipse novus Sarmatarum Rex iam non procul abest a suis finibus. Est enim ad nos scriptum, ipsum ante quatuor aut quinq. dies traiecisse Albim ad Torgam. Scripsit ad nos noster Lobetius seniorem Comitem gentilem tuum progressum ipsi obviam usq. in oppidum Lotharingiae Blamont, una cum Christophoro Palatino & Ludovico Nassovio: Unde conijcio aut transactam esse controversiam inter ipsum & Lotharingum, aut de ea transigenda tractatum fuisse. Nam Regina mater Regis Polonici, Alenconius frater, & plurimi ex Gallicis proceribus una cum duce Lotharingico Regem ipsum, eousq. sunt prosequuti. Germania iam fruitur alta quiete & pace, & est spectatrix stultitiae vicinorum qui se mutuis caedibus conficiunt. Albanus exosus superis & inferis tandem discessit ex Belgico, ubi reliquit suo successori res ita perturbatas ut verear ne

eiq

eius sapientiam exhauriant, similiter Albani & Medinecoeli ex-
hauserunt, qui tamen inter Hispanos maxime sapere credebantur
ac etiam dignitate & autoritate excellebant. Hunc in coelum
laudibus efferunt Hispani, & eius modestiam & humanitatem per-
cipue praedicant: quamvis inscitulum ut specimen aliquod ederet
inscripsit signis militaribus: Et debellare superbos. Veretur,
credo, ne quis dubitet ipsum quicquid simulet, animum Hispa-
nicum in pectore gestare. Ego tuae Celsitudini felicem hunc
annum precor, & Deum oro ut te multis & multarum rerum
cognitione ornatum incolumem tandem ad nos reducat. Vi-
ennae XV die Januarii 1574.

Tuae illustris celsitudinis
observantissimus
Hubertus Languetus.

II Illustri & generoso Domino, Domino Phi-
lippo Ludovico Comiti in Hanaw & Minze-
berg &c, domino suo & patrono summa ob-
servantia perpetuo colendo.

S. P. D. Hunc bono viro, amico meo ad te literas dedi, = Hub. Langueti
ut ex iis habeat occasionem deferendi tibi sua obsequia,
maxime in perferendis ad te literis, quoniam constituit
Venetiis recta proficisci Francofurtum. Nihil mihi potuit
contingere magis gratum quam quod videam te tanto amore
complecti

complecti meum Sydneium, qui ex quo reversus est Palatinum,
ita praedicat tuam virtutem & humanitatem & tuorum bene-
volentiam & officia erga se, ut eius ad me literae nihil fere
aliud contineant. Ego spero quod nec contractae cum eo amici-
tiae, nec humanitatis quam ei exhibes, te unquam poenitebit.
Quantum ad me attinet, ego eo nomine me plus tibi debere
statuo, quam si haec beneficia in meipsum conferres. De reb.
publicis haec habemus. Rex Poloniae venit in suam ditionem
24 die superioris mensis, & Posnaniam 28. Nondum certi
sumus quando certo sit venturus Cracoviam quamvis existimem
ipsum nunc non procul inde abesse. Plerique putant inau-
gurandum 21 die huius mensis, sed id est adhuc incertum.
Proceres maioris Poloniae cum splendido equitatu occurrerunt
ei fines regni ingredienti. Pompa inaugurationis erit maxi-
ma: nam audio fieri incredibiles apparatus ad eam rem,
sed vereor ne etiam eo veniat Dea illa quae in nuptijs
Pelei hilaritatem deorum conturbavit. Administrator Mag-
deburgensis Regem splendide excepit Halae Saxonum, quo
ad eum venit Dux Johannes Casimirus. Commoratus
est ibi Rex totos quatuor aut quinque dies & inde profec-
tus e Torgam, ubi Albim traiecit quem constituerat traij-
cere Witebergae, sed propter exundationes eo accedere non potuit.

Credo quod Lutheri & Melanchthonis manes tum inde repulsa-
rint. Illustrissimus meus princeps non salutavit eum, impe-
ditus (ut audio) valetudine: Hac (ut existimo) Brande-
burgensis vidit eum, sed nescio quam ob causam. Moscus
mittit in Poloniam splendidam legationem: dicitur enim cc
mille equitum, qui expectat literas commeatus Smolenskij:
ad quod oppidum Poloni ante sexaginta annos magno praelio
superaverunt Moschos, nec tamen ereptum sibi a Moscis
oppidum recuperare potuerunt. Calculi ante non mul-
tos dies valde exercuerant Imperatorem, sed iam bene habet.
Brevi proficiscetur Posonium, ubi convenient ordines Reg-
ni Hungarici. Res Belgicae sunt eodem fere loco, quo
fuerunt ante discessum Albanj: nam novus praeses
nondum in lucem protulit admirandam illam sapientiam,
quam ante ipsius adventum Hispani laudib. in coelum
efferebant. Iam certatur de Midelburgo quod laborat sum-
ma inopia & penuria rerum omnium ad victum necessa-
riarum. Praefectus instruit classem in Scaldi quae ei sub-
veniat. Arausicanus princeps est Flissingae cum instructa
classe ubi expectat adversarios cum qb. cupit manus
conserere. Aiunt dnum de Beauvois Ammiralium Belgij

diem suum obijsse. Comes Arenbergius est hic: quae sit causa eius
adventus nondum scimus. quamvis plerique credant Hispanos petere ab Im-
peratore ut ineat rationem qua motus Belgici sedari possint. Haec rap-
tim. Opto tibi omnia fausta & felicia. Viennae. 9 die febr. 1578.

T. Cels. obs.mus

Hub. Languetus.

¶ Τῷ ἐν ἀξίοις σεβασμιωτάτῳ καὶ λαμπρο-
τάτῳ πατρὶ καὶ κυρίῳ, κυρίῳ Ἱερεμίᾳ
τῷ Ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως, νέας
Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικῷ Πατριάρχῃ, κυ-
ρίῳ ἐμοῦ χαριεστάτῳ.

Ἐν κυρίῳ χαίρειν πάντοτε.

Οὐ δύναμαι διεξελθεῖν ὡς εὐφράνθην ἀναγινώσκων τὴν
ἐπιστολήν σου πρὸς Ἰάκωβον τὸν Καντζιλλέριον καὶ Μαρ-
τῖνον τὸν Κρούσιον, ἄνδρας ἐπιστημονεστάτους καὶ λαμπρο-
τάτους, εὐσεβῶς καὶ κομψῶς ἐν τῷ παρελθόντι ἔτει γεγραμ-
μένην, κύριε καὶ πάτερ εὐσεβέστατε ἅμα καὶ τιμιώτατε. οἰό-
μενος μὲν γὰρ μέχρι τούτων, τὴν ἀληθινὴν περὶ τοῦ θεοῦ
πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ
διδαχὴν παρ' ἡμῖν ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει καὶ ἐν τοῖς
περὶ ταύτην τόποις πάνυ ἐξηλειμμένην εἶναι, λίαν
ἐχάρην ἐκ τῶν τῆς ἀξιότητός σου γραμμάτων γνούς,
εἶναι ἀνθρώπους ἐν ταῖς ἐκεῖ χώραις σὺν ἡμῖν κοινῷ

πνεύματι

πνεύματι ἁγίου καὶ καθαρῶς ἕνος θεοῦ ἐν τριάδι καὶ τριάδα ἐν μονάδι γινώσκοντας, ἐπικαλοῦντας καὶ σέβοντας, καὶ ὑμῖν τῆς αἰωνίου ζωῆς συγκληρονομήσοντας. ἐπεὶ τοίγαρ οὖν ἡ εὐφροσύνη ἡ ἐκ τῶν γραμμάτων σου, οὕτως ἦψεν, ὥστε οὐ κατόκνησα τοῦτο τὸ ἐπιστόλιον μου πρός σε πέμπειν. δέομαι γοῦν σου ὡς ὅτι ἀκριβέστατα καὶ ταύτην τὴν ἣ ἐν τῷ παρόντι χρῶμαι παρρησίαν μου εὐνοϊκῶς στέργειν καὶ με εἰς τοὺς φίλους μᾶλλον δ' εἰς τοὺς δούλους σου τοὺς μάλιστα περί σε σπουδάζοντας θεῖναι, καὶ τὸ σύνολον διὰ γραμμάτων διὰ ταχέως ἐμοὶ ἀποκρίνεσθαι. Ἐγὼ μὲν τὰ γράμματά σου λαβὼν νομίσω μεγάλα ὑπὸ σοῦ ἀγαθὰ πεπονθέναι. ὑπισχνοῦμαι καὶ ἐκεῖνα εἰς τὰ κειμήλια μου τὰ ἐμοὶ φίλτατα, ἀναθήσειν καὶ ὡς θησαυρὸν τιμιώτατον διαφυλάξειν. Ἐγὼ μὲν πρὸς τοῦ πατρὸς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ αἰτῶ σε ἕνεκεν τῆς ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ πλεῖστον χρόνον ζῶντα καὶ ὑγιαίνοντα διασώζειν καὶ ἡμᾶς πάντας σκεύη ἐλέους καὶ ὄργανα σωτηρίας ποιεῖν. δόξα αὐτῷ εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων ἀμήν. Χάρτια τινὰ πέμπω οὐ ~~πρὸς~~ μὲν οἰόμενος ἄξια εἶναι τῆς ἀναγνώσεως σου, ἀλλὰ βουλόμενος σημεῖον τι εἶναι τῆς ἐμῆς πρὸς

σε

σε θεραπείας. πάνυ γοῦν ἐλπίζω σε ταυτ᾽ ἐπ᾽ εὐνοίᾳ ἀποδέξεσθαι. οἶσθα γὰρ τό: Χαρίτων ὁ θυμὸς ἄριστος. καὶ τὸ τοῦ Χρυσοστόμου: ἀρκεῖ πολλαχοῦ καὶ προαίρεσις μέγα ποιῆσαι ἀγαθόν. ἔρρωσο κάλλιστα καὶ εὐδαιμονέστατα κύριε θεοφιλέστατε καὶ σοφώτατε. ἐκ Ροστοχίου πρὸς θάλασσαν τὴν βαλτικήν. ἔτει ἀπὸ τῆς σωτηρίας οἰκονομίας Ἰησοῦ Χριστοῦ αφοε. τῇ τετάρτῃ ἱσταμένου Δεκεμβρ.

Δάβιδ Χυτραῖος, κατηχητὴς ἐν ἀκαδημίᾳ Ροστοχικῇ

Responsionem Patriarchæ ad hanc epistolam, quære infra pag.

¶ Mag.co & ornatissimo viro, D Alberto Ursinio J V D & inclytæ Reip. Vratislauiensis syndico, domino & amico colendo.

S D. Magnifice & clarissime vir, amice colende.

πῶς ἄν σ᾽ ἐπαινέσαιμι μὴ λίαν λόγοις
μηδ᾽ ἐνδεῶς, μήτ᾽ ἀπολέσαιμι τὴν χάριν.
Αἰνούμενοι γὰρ οἱ ἀγαθοὶ τρόπον τινα
Μισοῦσι τοὺς αἰνοῦντας ἐὰν αἰνῶσ᾽ ἄγαν: libet .n. ijsdem verbis

verbis te affari, quibus in Euripide uirum heroicum Clytemnestra
compellat. Nam uerba mihi deesse fateor, quibus eximium & singu-
larem erga me amorem & humanitatem tuam praedicem, quod
toties proximis hebdomadis me amicissimis literis tuis dignarij &
de statu reip. in multis gentibus, docere uoluisti. Etsi autem
rerum, quas epistolae tuae complectuntur, grauitate & copia tecum
certare & paria facere nequeo: tamen animi beneuolentia & studio
ac obseruantia, vicissim tibi pariter aequaliterq. respondebo. Te in
Republica florentissima, & patriae tuae simillima, non aedificiorum
modo splendore & elegantia, sed sapientissimo ordine gubernationis,
disciplina, morib. ecclesiae & literarum studijs etiam ornata domi-
cilium & sedem honestissimam nactum esse ex animo laetor, & Deum
aeternum ardentibus uotis precor ut consilia, studia & actiones uitae
tuae uniuersae ad Christi seruatoris nostri gloriam, & Reip. cui ser-
uis, ac propriam salutem & dignitatem dirigat & gubernet. Ego,
fato quodam meo, in hac Balthici litoris Sarepta haereo & conse-
nesco. mallim sane in patria Academia, ad quam clementissime
a principe patriae Ludouico Palatino inuitor, quod reliquum est
uitae, Deo impendere. Sed ἄρχοντες δεσμοί, ὡς μεμισμέναι
ἀνάγκαις φασί, in statione huius scholae retineor, cuius nunc quidem
Dei beneficio, una cum ecclesia & Republica nostra status mediocriter flo-
rens &c.

florens & tranquillus est. Ex patria tua, mense Iunio, Carolus frater regis Sueciæ, cuij Electoris Palatini filiam suis desponsatam esse literis ad me datis, indicat et scholam in suo ducatu instituere decreuisse. & quatuor idoneos lectores indicari petit. Rex multorum subditorum animos, publicata Liturgiæ formula noua à se aliena uit. nunc desperatione perficiendi quod proposuerat abiecisse scribitur. Chronicon Liuoniæ apud nos his diebus editum est, in quo etsi catalogus Magistrorum ordinis & archiepiscoporum ab initio recensetur: tamen præcipue res à Moscouitis ab anno 1558 usque ad Septebrem anni 1577 in Liuonia gestas & quid singulis annis ac mensibus & quomodo occupauerint, ac inprimis Reualienses obsidiones & arcium aliquarum deditiones, simpliciter quidem sed non admodum honorifica multorum nobilium mentione nominatim facta, recitantur. Eius exemplum tibi mitto. Magnus Dux, qui tamquam illic Moscus in Liuonia his octo annis usus est, relicta societate Moschica in suam dioecesin Curlandicæ redijsse, & nunc à rege Poloniæ, cuius patrocinium expetit, societatem illius repudiari scribitur. de quo tibi certiora constabunt. Cæsaris Moscouiæ legatus, Isdan Iwanuiz Cuassin, superiori mense Decembri ad Imp. Rodolphum hinc profectus, pridie Paschæ ad nos redijt. cum quo multa de Religione ipsorum per interpretem collocutus sum & omnes Confessionis Augustanæ articulos cum eo perlegi, de quibus singulis mihi quid sentiret, respondit. De

trinitate

Trinitate, de duabus in christo naturis, de Sacramentis, babtismo ac cœ-
na domini & cæteris articulis ferè omnibus ὁμοψηφοι nobis sunt, in
Iustificatione ad Christi merita uel certe ad illorum applicationem, ut
Papistæ, opera nostra fidei adiungi uolunt, & Sanctorum ac imaginum
adorationem mordicus defendunt. Vidi apud legatum grandiusculis
et elegantibus typis graecis expressum lingua Ruthenica testamentum
nouum & psalterium & alios precationum libellos, quos secum ille cir-
cumfert, & singulis diebus binas horas lectioni sacræ & precibus
apud nos tribuebat. Totos enim decem dies nobiscum, antequam Com-
meatum à principe meo impetraret, commorabatur. Interpretem ha-
bebat nobilem Liuonum, Secretarium senem ingeniosum Magnum
Pauli Marchitam. Inter cætera gratum mihi & iucundum auditu
fuit, quod doctrinæ Euangelij publicum templum Mosquæ, ubi mag-
ni Ducis aula sedes est, concedi Germanis, qui ex urbibus Liuoniæ
Nerua & Derbate illuc abducti sunt, narrabant. & concionatoris
Euangelici Brixij Nordanj Lubecensis uirtutem celebrabat, qui cum
Neruæ in ministerio ecclesiæ seruijsset, pastor oues suas, cum in
Babyloniam captiui abducerentur deserere noluit, sed comitem exilij
sponte se illis rogantibus adiunxit. Hanc ipsius pietatem & fi-
dem ipse Dux Moscouiæ sermonibus honorificis prosequi ferebatur.
Singulis etiam annis, non solum Patriarcha Constantinopolitani à
quo Confirmationem Archiepiscopus Moschouiæ petit, uerum etiam
Alexandrinj

Alexandrini & Antiocheni nomine legatos Moscuam venire, consensus & concordiae ecclesiarum tuendae causa aiebant. Solverant legati Ruthenorum ex portu Livoniae Parnoviensi ante triennium ab ipsis occupato. post pascha in Daniam ad Regem cum literis Imp. Rodolphi commendati sunt, traiecerunt, ut salvo conductu Regis (quia Sueci hostis classem metuunt) per mare Balthicum Parnoviam redire possent. Addidit autem eis Rex Daniae splendidam legationem, cuius caput unus ex Senatoribus regni, & multi nobiles adiuncti fuerunt, qui una in Moschoviam profecti sunt. Deum oro ut mentes vicinorum Regum & principum Germaniae praesertim in hoc Balthico littore excitet, ut de immani hoc & potenti hoste a suis finibus arcendo tandem cogitent. De pulsis Vienna Concionatoribus Decretum Imp. Idib. Iulij accepi. ὡς τάχιστα φή„
μη τῶν κακῶν ὁδοιπορεῖ. Ut autem Jeremias ecclesiae & po„
litiae Ierosolymitanae excidium acerbis lacrymis deflet: ita tris„
tem hanc dissipationem ecclesiae Viennensis & viduatae vero pastore deploro & Deum oro ut in ira misericordiae suae recordetur & poenas imminentes clementer leniat. In hac Germaniae parte Electores Saxonicus & Brandenburgicus iungere rursus ecclesias conantur, edita declaratione & decisione articulorum qui hactenus controversi fuerunt, quam Concordiae formulam vulgo vocant. Cuius utinam non tristioris discordiae seminarium existat. Cuius

in

in corpore doctrinae Philippi desiderent aliqui, paulo post ipsi fortasse experient. Ego, ut adolescens elementa pietatis christianae ex Philippi Locis communibus didici: ita in hac schola eos aliquoties auditoribus publice proposui, & assidue commendo. Etsi n. aliqd forte in illis esset naevi: tamen cum in omnium patrum scriptis multa desideremus, & naevos multo foediores, et, si pertinaciter defenderentur, plane intolerabiles, pietati ipsorum & meritis erga ecclesiam condonemus: cur non de praeceptorum quoq. scriptis candide iudicare potius, quam ambigua in deteriorem partem detorqre velimus. Haec perpetua in istis deliberationibus mea sententia fuit, a qb. iam aliquot menses prorsus absum, & ut perpetuo abesse liceat opto. Quod orationes polonicas eleganter scriptas, ad me misisti, reverenter tibi gratias ago. Remitterem eleganter & gravissime scriptam legati Archiducis Matthiae & Belgarum in conventu Wormatiensi habitam & Neapoli ubi aula Casimiri sedes est, excusam, nisi dudum isthuc delatam arbitrarer. Belgica nob. in hac vicinia mediocriter nota sunt. A te Elysia, Boëmica, Pannonica, Turcica Polonica & alia q in illud fastigium aulae Caesareae ex oib orbis partib. qtidie adferunt expecto. Bene Vale. Rostochij. die Bartholomaei, qui nefanda immanitatis & perfidiae Gallicae recordationem acerbissimam mihi renovavit. Anno 1578.

Tuus quem nosti
(D. Chytraeus,)

Ornatissimo & amplissimo Viro, ac Dno, D Andreae Duditio Sacrae Caesareae Maiestatis oratori, domino mihi summe observando.

Sperabam fore, Vir ornatissime, ut istas acciperes ex D Hieronymi affinis tui manu. Sed cum ille me potius insalutato a nobis discedere maluerit, quam iustas multorum et dictorum et factorum reprehensiones audire, hinc factum est ut paulo serius istas acciperis. Utinam vero iuvenis ille, bonae alioqui & generosae indolis, pudere potius & recta monentes audire discat quam suis affectibus indulgere. quod si ab ipso impetraris, tantum profecto tibi debebit quantum alii nemini. Quod ad illud attinet in quo a me dissentis, mallem quidem ego eandem esse nostram de rebus etiam singulis sententiam. Sed is certe numquam fui qui amicos aut etiam alios quosvis aliter quam ego de hac vel illa re statuentes ferre non possem. Itaque salva etiam amicitia nostra permanente tibi in contraria sententia licebit. Mihi vero istud persuaderi numquam potuit, nullas esse Christiani magistratus iis, capitali etiam interdum poena coercendis partes qui legitime instituta ex verbo Dei iudicia, manifeste contumacia defugientes, Ecclesiae pacem scientes turbant & praefracte isti arrogantiae Zelum pietatis praetexunt, ut impune quasvis blasphemias disseminent. Celsi librum clam nuper editum & divenditum tandem nactus diligenter perlegi, neque in eo sane quicquam iudicii aut solide

in

in sacris literis eruditionis animaduertere potui. Nostram sententia calumniose deprauat, nullos scripturae locos corrumpit, quam maximi momenti argumenta uel eludit uel prorsus praetermittit, non pauca ineptè concludit, q oia fortasse quispiam facile demonstrauerit. Nam me certè pudet toties eadem reponere, & apologias scribere, quas perpauci hoies hodie cognoscendae ueritatis studio legunt. Quod autem istius editionis autor adijciendam qq. tuam illam epistolam censuit, non alio ut opinor consilio q ut bilem mihi moueret, id quum ad te quoq tuamq. existimationem pertineat, tuae fuerit aequitatis ac prudentiae de ea re statuere quid faciendum putes. De rebus nostris, nunc quidem satis recte apud nos oia. Gallia prorsus ἀναισθήτως magis ac magis in suum ipsius exitium ruit. Summa caeli intemperies famem & pestem nobis in proximum annum minatur. Utinam uero his flagellis sic erudiamur ut cum mundo non pereamus. Bene uale Vir eximie. D. Jesus tibi ac tuis magis ac magis benedicat. Geneuae XVI Decembris, 1578.

Tuus Beza.

Clarissimo ac praestantissimo Viro Dn. Theodoro Bezae
Vezelio, professori & primario Ecclesiae Geneuen
Ministro ... dno & amico obseruandissimo & charissimo.

Andr. Dudithij

S. P. Non mediocriter me perturbarunt literae tuae, Vir praestantissime, breues

breves illas quidem sed dissimiles aliarum quas à te accipere soleo. In quo id quoque novum mihi accidit, quod ad quaedam capita meae epistolae nihil respondere voluisti, ac ne de Theodorulo quidem nostro. cuius ego tamen pietatem, doctrinamque tuam, Dei munere, obtingere cupio; aut si id nimium est proximam tuae. quae fuit quoque causa, ut eum tibi cognominem fecerim. De meo privigno item taces. neque apparet ex tuis literis, an eum de iis reb. monueris quas illum scire oportebat. Nam de altero illo, non sum ita solicitus. de quo tamen nimis Ilvinwo ut sic dicam, scribis; vellem ad singularia, atque ea quae κατὰ μέρος sunt descendisses. Certe ἀποσιώπησις ista tua, non levia errata illius ob oculos mihi ponit. Utinam suae culpae minime affinem habeat alterum illum. Sed vides, mi Theodore, quam verum illud esse soleat, quod poeta scribit; Naturam expellas furca tamen usque recurret. Patrem habuit hominem gravem, severum, virtutum omnium studiosissimum. is magna cura, impensa non mediocri, tum alibi tum isthic, nisi fallor, eum aluit; praeceptore, ac moderatore vitae & studiorum adhibito Paxio. idque mea inprimis opera & consilio. ne hic quidem quem tu bene nosti, officio suo defuit. Sed tales illud caelum profert quales fortasse nullum aliud. Caeterum quod ad Celsianam sententiam attinet (neque enim meam vocare libet amplius) de contumacibus de turbatoribus & seditiosis hominibus, novamque doctrinam aliquam passim sine Dei timore, invito magistratu, repugnante Ecclesia, omni pudore

ac modestia profligata in vulgus spargentibus, qui ne moniti quidem a coepto desistunt, non magnopere a te dissentio: praesertim si impia, si exitiosa, si sacris codicibus adversaria sit doctrina quam inducunt. Verum de genere non debeo plura addere, cum videam huius argumenti sacietatem & fastidium te cepisse. Sed illud me mirum in modum perturbavit ac commovit quod scribis editam esse nescio quam epistolam meam, cum illo Minij libro. quam ego non vidi, neque de qua omnino epistola scribas, conjectura assequi possum. Nactus sum unum exemplar eius libri, quod adhuc iacet in eorum librorum cumulo, qui nondum ligati & compacti sunt. Vidi item alterum apud amicum quendam, iam ligatum. ab utroque abest illa epistola. puto typographum (cui ob hanc causam quod meas nugas me invito edidit, male sit) admonitum ab aliquo folia illa quae epistolam continebant, detraxisse. Mutilati sunt isti duo libri. idem alijs omnibus qui in has terras deferuntur, evenisse puto. causam nescio. gaudeo quidem ut in malis. Hoc a te maiorem in modum peto, mi humaniss. atque opt. Beza, & per tuam te bonitatem obtestor, ut me ab omni culpa liberes, hominem hac quidem in parte innocentissimum. Deum opt. max. testor (quod ne in maximis quidem rebus facere alias consuevi, sed hoc mihi nunc permitto pro mea in te observantia) ne per somnium quidem in mentem mihi venisse unquam, ne dum procurasse,

ut illa

ut illa, qualis qualis est epistola, in lucem emittatur. Hoc mihi sancte
affirmanti, ut certo credas, vehementissime cupio. Testis est Deus (ite-
rum dico) me ante eum diem quo librum inspexi, ne scivisse quidem
an ullus unquam Celsus hoc argumentum persecutus fuerit. Typographum
ne nunc quidem novi, neque nomen eius teneo, & vix locum ubi
impressus liber est, extare unquam opinor. Utopianum nomen est.
Quomodo igitur epistola edita est mea opera, aut consilio? de tota re
paulo accuratius, ut ad me scribere ne graveris, obnixe te oro. De-
lectatus enim scripto Sadeelis cui tu bellam epistolam praefixisti. a
multo tempore non legi ullum nostrorum theologorum scriptum quod
tanta methodo gravitate & brevitate ingulum adversariorum pe-
teret in hoc argumento. Cupio scire ubi bonus ille & doctus vir versetur
& an etiam uxorem, liberos, vitae adjumenta, conditionem aliquam ha-
beat? De philosopho et Medico quem a vobis petebam, nihil scribis
nominat mihi Zuingerus Christophorum Weickium. Verum is physicus
est tantum, Ego Medicum quoque volo & eum quidem doctrina vera
& pietate christiana imbutum. tales apud vos versari non paucos.
aut saltem tuam opem implorare non dubito, ut conditionem iis os-
tendas. Iterum te rogo, nisi molestum est, ut si quis eiusmodi tibi
offeratur, de eo me certiorem facias. Vale meque dilige. Si quan-
des Carmina tua & nondum te eius honoris poenitet, quo me or-
nasti, rogo te ut titulum illum deleas, sed eum mihi relinquas,

quem

quem mihi herus meus Caesar & alij tribuunt. is autem est Mag
nif. vest. Consiliar. &c. Illud tantum: de conciliabulo Tridentino etc.
deinde quod in extrema epistola est de mea dubitatione tolli cupio.
ne quid earum rerum haereat in animis hominum. Vale iterum, &
Symmystas tuos cum Porto & Stephano saluta. Ex meo secessu
Passoniano. 4 febr. 1579.

Praest. T. addictiss.

A. Dudith.

Natalium splendore, Virtute & humanitate Orna
tissimo domino, generoso domino Michaëli Slaua
ta Baroni a Chlum & Cossumberg. Bohemo.
domino suo & amico perpetua observantia colendo. Patauij

Hab. Langsch.

S. P. D. Etiamsi tua virtus me non invitaret ad te amandum
& colendum: id tamen faceret humanitas quam mihi aliquoties
Witembergae exhibuisti, ubi etiam te tuae cupidum contrahendae me
cum amicitiae mihi significasti. fuissem inhumanissimus si id
quod ambire me decuerat, non avide accepissem cum ultro mihi
offerretur. Postquam in tuam familiaritatem admisso innotuit tua
virtus & ingenij praestantia, non desij illa tua ornamenta apud
eos praedicare quos videbam tui aliquam habere notitiam. nullam
n. habebam occasionem aliam referendi tibi gratiam pro acceptis
beneficijs. Iam vero aliqua se offerre videtur ex itinere

profectionis

praestantis huius adolescentis, qui ita est à me persuasus ut amicitiae tecum contrahendae cupidus isthuc proficiscatur: quod meum officium tibi non ingratum fore confido cum à benevolo erga te animo proveniat. Natalium splendor & morum suavitas ad cuiusuis amicitiam viam ipsi patefacere possent, sed tamen consulo ne tantam eius rei rationem habeas quam eius probitatis & animi candidissimi. Ingenium autem tantum est ut sit tibi futurum admirationi. Si istic sunt domini Monauius, Lauterbachius & Cracouius, peto ut eos officiose meo nomine salutes. Scripsi ad Monauium quid sentirem de itinere Italico, & literas Witebergam ad doctorem Peucerum misi, quae an sint ipsi redditae ignoro, cum ab eo tempore nihil literarum inde acceperim. Bene vale. Viennae. 22 die octobris. 1573.

Tuae generosae dominationis observantiss.

Hubertus Languetus.

EIDEM.

Hub. Lang. // S. P. D. Nequaquam agnosco ea quae mihi in tuis literis tribuis, nec consilium tecum certare humanitate praedicando tua erga me officia, quandoquidem non fuerunt praecipua causa mei erga te amoris, sed illa tua probitas & modestia & gravius iudicium, maiorque eruditio quam ferre tua aetas ferebat. Haec tua ornamenta mihi primum innotuerunt ex sermonibus amicorum quos habeo Vuittembergae & praesertim tui hospitis viri optimi & humanissimi, verum postquam contracta tecum notitia & familiaritate coepi animum tuum explorare, iudicavi illos

los meos amicos tuas virtutes nimis parce apud me praedicasse. Pul-
crum quidem est in adolescentia eo pervenisse quo tu pervenisti, sed
neque tam laudabile esset ibi consistere, et in prima aetate maiori stu-
dio et alacritate ad virtutem contendisse quam ubi robur animo una
cum aetate accesserit. Si enim id accideret, omnes boni te gra-
vius accusarent quam fuissent facturi si non tantam spem de te conci-
tasses: nam iudicarent non facultatem sed voluntatem ad ulterius
progrediendum tibi defuisse. Sed absit ut quid tale de te mihi in
mentem veniat: imo non dubito quin iam praeclarum illud tuum
institutum constanter urgeas et quo magis in te iudicium aetate con-
firmabitur eo maiori studio et conatu id sis facturus. Habes istic
qui tecum in eodem stadio sudent illustres et generosos adolescentes dn.
comitem Hanovium et meum Sydnaeum cum quibus te amicitiam con-
traxisse valde gaudeo. Tu tamen aetate aliquanto maior praeibis eo,
illi vero te haud dubie sequentur: nam utrique ad virtutem ita a
natura mihi facti videntur ut omnia summa de ipsis sperem. Et si
Deus volet ipsos esse diu superstites rependent patriae beneficium quod
ab ea acceperunt quum ipsos in lucem protulit. Ago autem tibi
maximas gratias pro humanitate exhibita meo Sydnaeo quam in
suis ad me literis mirifice praedicat et ostendit se esse cupidum re-
ferendae gratiae, si quando se offerat eius rei occasio. Ego vero me tibi

plurima

plurimum eo nomine debere profiteor. sed satis semper nobis referri gra-
tiae quando beneficium in illum conferimus qui eo est dignus, quod, ut ar-
bitror, non dubitas te fecisse. Quae de rebus publicis ad me scripsisti fue-
runt mihi gratissima: cuperem habere quae pro ipsis referrem, ita ut
ex ijs voluptatem caperes. Credo ad te jam esse perscriptum in
conventu superiore mense peracto Pragae nostros denegasse Archiduci
Ernesto ea quae nomine Imperatoris ab ipsis petijt. Conqueruntur
etiam qui ipsi adiuncti erant comites, non ita honorifice ipsum ac-
ceptum esse a nostris ut decuit, vel forte ut ipsi cupiverant. Ea
res male habet Imperatorem qui, ut hic fertur, iturus est in Bohe-
miam sub initium Aprilis ut filium Rudolphum regni successo-
rem designet: quod puto non fore gratum nostris hominibus. Nam
ante duos menses hic significaverunt Imperatori se cupere habere
regem qui apud ipsos vivat et regnum administret, quod de Ro-
dolpho sperare non possunt. Faxit Deus ut ea res omnium fe-
licem sortiatur. Quidam ex nostris qui fuerunt spectatores electio-
nis polonicae suam fortunam minus aequo animo ferunt quam antea
et interdum paulo liberius loquuntur. Sed est in Imperatore ea
prudentia et animi moderatio ut non putem omnino quicquam facturum
de quo nostri iuste conqueri possint. Haec ideo ad te scribo ut
magis ac magis animum tuum instruas ijs rebus quae nos ad
quamlibet fortunam ferendam paratiores reddunt. Fui hic
ante

ante duos menses cum generoso domino Johanne Zerotino, viro, ut mihi videtur probissimo & humanissimo. Cum apud istum facerem eam huius mentionem quam debui, ostendit id sibi esse valde gratum. Vester Rosenbergius ducturus est filiam Philiberti Marchionis Badensis qui ante quatuor annos in Gallia occubuit. Ea nata est matre sorore ducis Bavariae. Saluta meo nomine observ. generosum tuum fratrem & clarissimum tuum praeceptorem. Bene Vale & ne cuilibet meas literas ostendas propter ea quae de rebus Bohemicis scripsi. Viennae. 19 die februar. 1574.

Tui observantiss. Hub. Languetus.

Clarissimo et ornatissimo Viro D Andreae
Duditio, Caesareae Maiestatis à Consilijs.
domino mihi summe observando.

S. Sero acceptis literis tuis quod paulo serius respondeam quod tu, sat scio, cuperes, & ego maxime volebam factum, rogo ut mihi condones. De Hieronymo idcirco scripsi κατὰ λέγον, ne si καθ' ἕκαστα scriberem eiusmodi ingenium magis irritarem, cum prodesse studui. Desideravimus in eo virtutes vitijs invenilibus repugnantes, quae vitia periculum magnum est ne si adoleverint coalescant autem nisi magna cura, ac etia nonnullorum autoritate,

tempestive

tamquam in quadam adhibita, evelli patiatur, virtutum semina quas
natura etiam ipsa illi videtur inseruisse, penitus suffocent. Eius
exemplum privigno tuo non parum nocuit, quem omnino censeo ut
vel domum revoces sub disciplina tua erudiendum, vel alia quavis
ratione doceas recta suadentibus obsequi. Cum etiam si forte Theo
dorum ad nos tuum mittendum putabis, quem quod tu mihi ἐπί-
τροπος esse volueris maximam tibi gratiam habeo, et qui sane mihi
quam gratissimus adveniet, rogo ut tu ipse magistrum ei adhibeas
cuius vel ipso conspectu in officio contineatur. Ita est hoc nostro seculo
puerorum optimae quoque indolis ingenium non modo ad effrenam
licentiam, sed etiam ad ferocem quandam contumaciam proclive. Ce-
terum de illius epistolae editione causa non erat cur te usque
adeo sollicite excusares. Nam et te semper existimavi esse gene
rosiorem quam ut si quid fortasse tale molireris, nomen tuum dis-
simulares, et istius sceleris (quidni enim scelus appellem quod
est contra veritatem et ad concitandam adversus bonos invidiam
comparatum?) architectos et administros probe novi. Et
istos quidem homines, Ecclesiarum inimicos, minime miror id
agere quod agunt: sed quod ad male agendum abutantur bono-
rum et clarorum virorum autoritate, id ego vero semper egerrime
tuli. Itaque te vehementer etiam atque etiam rogo ut quam fa-
cilem

citum ac liberalem teipsum aliquando erga nonnullos illorum tibi
non satis perspectos praebuisti, tam illorum male dictis atq. factis
deinceps te offendi tuleris. Id enim & existimatio tua postulat & illo-
rum peruersitas meretur. Ad ipsum autem mali illius libelli
argumentum quod attinet, eo constantius in pristina sententia perma-
neo quod te mihi uideam assentiri. Sadeel ille cuius libello
tantopere te delectatum scribis non miror, a prima adolescentia
Lutetiae sub Henrico Secundo functus est Euangelij ministerio maxi-
ma cum pietatis ac doctrinae, ac etiam eloquentiae laude, genere no-
bili & familia locuplete, quem aduersus Gallicas tempestates tutati
Bernenses Lausannae tantisper dum illae desaeuiant, receperunt, ubi
nunc ingenij tantum exercendi causa Epistolam ad Hebraeos interpre-
tatur, cuius laboris tanq. sementis messem spero nos quam amplissimam
percepturos. Turrianus ex eo canum genere qui latrare nunquam
desinunt illi respondit, quod responsum per Theologicas Carolyco-
rum Scholas circumlatum Coloniae nunc excuditur. Si quid attule-
rit quo falli possint nisi qui ultro falli uolunt, dignum ut spero
responsum feret: non minus non censuerim esse diutius cum is-
tiusmodi hominibus contendendum. Ea ipsa ratio fecit ut aduer-
sus insanos illos Ubiquistas eandem crambem assidue reponentes,

quamuis

q̄uis omni calumniarum & conuitiorum genere ab ipsis impetitus, scribere tamen destiterim. Nam hoc etiam aetas ac ualetudo mea postulant ut uel istas scribendi partes alijs resignem, uel certe ad placidius aliquod scriptionis genus me totum conuertam, unde consolationem maiorem capiam, περὶ τ ἀναλύσεως non illa Aristotelica sed Christiana cogitans. Itaq. me superiorib. mensibus in scribenda breui psalmorum paraphrasi exercuj, quae nunc una cum uersibus meis, adiectis etiam singulorum psalmorum argumētis hortatu amicorum excuditur, cuius exemplum haud scio quā ratione sim istuc missurus, tam sunt morosj tabellarij Germani qui Norimberga ad nos ueniunt. Epigrammata mea si forte recudantur, memineris omittere q in exhenijs tuis literis adscripsisti. De rebus Gallicis, cogita quae sit ἀναρχίας facies, & ueram habebis Galliae pereuntis imaginem. Ecclesiae tamen ut cunqz in media etiam Babylone perstant. Occitaniam horribiliter populatur pestis. Omnia denique omni malorum genere redundant, inter quae nihil ḡ ipsis hominibus deterius. Bene Vale vir ornatissime. Dominus te familiamq. tuam incolumem seruet. Geneuae. IIII Nonas Iunij 1579.

Tuus Beza

Adiunxi his literis epistolam communis amici & compat. mij Nunij

Nunc, ex quâ intelligis quid mihi de tua peregrinatione videatur. philosophum neque medicum exhibere tibi haec academiola nostra potest, in quâ magna etiam est bonorum grammaticorum penuria.

Nobili et ornatissimo Viro D Wenceslao Budowez à Budowa, Oratoris Cæsarei apud Imp. Turcicum aulæ magistro domino suo colendo. Constantinopel.

Nobilis et ornatissime domine, amice colende. Non apibus flores, non amaeni gratia Veris Gratior atque mihi litera vestra fuit testis heroicæ bonitatis & nativi candoris vestri, & benevolentiæ erga me constantis & sinceræ, cui utinam non solum amore mutuo & observantia, verum etiam vero & illustri aliquo officij genere re ipsa respondere possim. In Solonis historia Anacharsis opinor hospitem amicitiæ illius cupidum adducens, δῶρον μέγιστον inquit φέρω ἄξιον ἄνδρα ξένον, φιλίας δεόμενον. ita vere maximum donum Dei concessu & munere mihi tributum arbitror, cum ante biennium facultatem mihi tecum familiaritatis contrahendæ praebuit. Cuius te in dissitissimis etiam locis memoriam iucundam conservare laetor. nec dubito quin optimo & sincerissimo animo ad me scripseris. Tibique de hac felicitate gratulor, quod in

illa arce

illa arce Imperij Ottomannici de statu ecclesiaque & regnorum in toto Oriente plurima ἀξιολογώτατα cognoscere poteris. Inquisivi, cum ante decennium Viennae essem, multa de Graecarum & Asiaticarum ecclesiarum statu quae mitto ut istic ex loco propiore cognoscas an recte illa mihi tradita sint, & sicubi erratum erit emendes. Accepi etiam in exitu superioris anni epistolam à patriarcha Byzantino Ieremia, quae mihi auro & gemmis carior est. Te oro, ut Persicorum Regum nomina & seriem ab Hismaële Sophi (cum quo Selymus Baiazetis filius in campis Calderanis, ubi nunc etiam bellum geri intelligo conflixit) usque ad praesentem regem, quem alij Matthiam alij Hismaëlem vocant, deductam: & de historia belli quae tuto perscribi possunt mecum communices. Quid in Germania & reliqua Europa memorabile agatur non dubito ex aula Caesarea subinde ad vos perferri. Hispanus regno Lusitanico totus inhiat, & miseros Belgas instituta per speciem pacificationem Coloniae ingentib. copijs in extremam servitutem redigere satagit. Traiectum ad Mosam acerrime quatuor iam menses obsessum & oppugnatum, brevi captum iri metuo. Casimirus socijs magis quam hostibus nocuit. Status Belgici statuae sunt. Cimbales plebis inconsulto impetu agitantur. omnia perturbationum &

irae

irae Dei plena. Gallus nouum ordinem equitum S. Spiritus Cal-
lendarij repugnante etiam pontifice instituit. Danus mare arc-
toum ad Norwegiam a pyratis liberauit. Polonus in Moscos
expeditionem molitur. In Ecclesijs Germaniae tractatio concordiae
subinde tristioris discordiae seminarium est. Deum oro ut nos
doceat et gubernet. Literas tuas in Scotiam mittendas si
nauim recta Edinburgum euntem non inuenero ad D. Henin-
gium in Daniam mittam. Bene vale. die 26 Junij Anno
1579. Rostochij

David Chytraeus.

Fido Christi seruo D. Christoforo Threcio
fratri summe obseruando.

S. Heri, mi frater, literas tuas accepi Vratislauiae datas ad
diem superioris mensis duodecimum, quae me collegasque meos
magnopere recrearunt. Sed alias attulit Norimberga idem tabel-
larius quibus tristis illa clades a Moscouitis accepta signi-
ficatur, qui nuncius si verus est quid aliud dixerim quam
tempus illud paulatim stertente mundo appetere quo Gogus
ille et Magogus iusta Dei iudicia exercebunt. Imo etiam
si exteri immanes illi hostes deessent, domi iam plus
satis grassatorum habemus. Nos quidem illam foedissimam

ἀμέλειαν

ἀχέστων colluviem, Germania vero ubiquitarios suos, Italia & Gallia Epicureos, & apertos omnis numinis abnegatores. Itaque mi frater, precandus nobis est Dominus, si unquam alias, ut suorum misertus, diem illum perficiendæ redemptioni nostræ destinatum acceleret, & vigilandum interea, ne & ipsi dormientes deprehendamur. De rebus Gallicis, adhuc suspensis animis alij alios respiciunt, grassante passim omnium scelerum impunitate, & spreta regis ipsius auctoritate, adeo ut passim novi alicuius belli civilis non pro religione, sed pro statu ipso regni (ut loquuntur) initia non parva appareant. Circumvolitant undique & peditum & equitum copiæ, etiam ipsos regni fines Basileam versus transgressæ, & de nescio qua in Comitatu Burgundico irruptione magnus rumor est ac minime vanus. Sumus ipsi quoque in excubijs ab amicis undique admoniti, quamvis Gallus in novo fœdere cum Bernensibus & Solodurensibus huius quoque civitatis defensionem comprehenderit contra pontificis & Sabaudi conatus. Nos in his turbis Dei gratia, manemus in statione, & quod tu ipse aliquando expertus es adhuc experireris si nobiscum esses, Genevam videlicet ita semper fluctuare in ipsis medijs tempestatibus sitam ut tamen vix ulla sit statio tranquillior.

Si tamen consideres hanc quietem contingere nonnullorum vigilijs minime miraberis, me quicquid polliceor, quia praestiturum me spero, reipsa interdum praestare non posse. Itaq. tertiam partem quaestionum tantum abest ut exhibere potuerim, ut contra vix licuerit eam serio inchoare. Psalterium (quae unica est mea consolatio) absolui quidem & edidi: sed valde infeliciter, sic nimirum exclusum typographi insipientissimi & negligentissimi culpa, ut me quidem illius vehementer pudeat. Itaq. nullum eius exemplar ad te misi, neq. mittam, neq. ad vos etiam peruenire velim. Sed intra paucos dies altera editio, Deo fauente, praelo subijcietur, non modo quod ad typographum attinet, emendatior: verum etiam modis multis, ut spero, melior. Quod velles aliquod vestro Palatino inscribi, nosti, mi Thrali, quid istis inscriptionibus captem: nihil certe priuatim, quoniam neq. egeo, Dei gratia, neq. abundo, & abest ut uideri possim verbum Dei cauponatus, ne ad istud quidem captandum quod tamen aliquo uero regia dici merito nequeat. Sed si existimas id prodesse vestris ecclesijs posse, libenter alterias illi dedicandi operis occasionem arripiam. Habeo enim prae manibus duos libellos,

libellos quos placuit εἰκόνας inscribere, quorum altero literatorum
praecipuorum, altero militarium hominum imagines edo, additis
elogijs, quibus illorum memoriam posteris consecro: eorum inquam
qui praecipua fuerunt Dei opt. max. organa in Evangelij luce
partim populis relegenda, partim legitima defensione propugnanda.
Horum libellorum prior prius edetur quam literas à te possim
accipere, sed auctiorem illum reddideris facile, si praecipuorum
ministrorum & doctorum virorum imagines veras, quas
nancisci potueris, & praesertim historiam illorum vitae paucis
capitibus quasi rubrici comprehensam ad me miseris. Cum
autem apud vos proceres non pauci extiterint, quorum
auctoritate & zelo singulari Ecclesiae sunt apud vos constitutae
(de ijs qui mortui sunt in domino loquor. Nam vivum
nullum commemoro, ac multo minus qui gratiam Dei irritam
fecerunt) vide an tu me iuvare possis. Sed diligentia opus
ac praesertim summa fide, quod si praestiteris in tempore, & al-
terum libellum censueris nostro Palatino inscribi aliquo cum
vestrarum Ecclesiarum commodo posse, operam dabo ne vobis
videar defuisse. Haec autem requiro, Veras imagines quoad
eius fieri potest. familiam. dignitates. praecipua egregia
facta pro Ecclesia Dei. qua aetate, ubi, & quo mortis genere

sint defuncti. Vestri autem Palatinj nomen & dignitates
sat scio non praetermittes. Sed uide ut diligentia utaris. Nos.
ti uero Norinbergensem tabellarium singulis quindenis diebq
ad nos commeare. Vestri adolescentes adhuc apud nos sunt.
Gaudeo illos dominum renocari: quibus hoc unum defuit, quod
absque iuuentutis rectore huc sunt missi, alioqui indolis mi-
nime mala. Collegae omnes te salutant. Bene uale mi
charissime frater cum D Thenando, & caeteris plurimum obser
uandis symmystis. D Iesus exaudiat nostros gemitus &
nos custodiat ab omni malo. Geneua. 21 Octob. 1579

Tuus Beza, cuius & manum &
pectus sat scio agnoscis.

Cl. V. eruditione doctrinae & Virtute praest.mo D. Petro
Mon.i artis Med. D. amico s. obs.do

S. D. Clarissime uir, amice colende. Valde delector tuo in
me amore, quem in literis ostendis, meque plurimum debere
fratri tuo intelligo, qui non tantum ipse, ex quo mihi
primum innotuit, amanter me est complexus, omniaque
amoris officia praestare non destitit, sed & alios a pietate &
doctrina celebres, inter quos te quoque iam habeo, mihi con-
ciliauit

ciliavit, amicitiaq. cum his iungendae fores aperire primus stu-
duit. Utinam vero dignum aliquid amore in me fratris
eximio, ac tua humanitate, qua ultro te mihi offers proficisci
vicissim a me possit, quod amorem quem erga me suscepistis
vobis si non utilem aut fructuosum, quod polliceri nostrae aerum-
nae non permittunt, saltem non iniucundum redderet. Ita
n. certe sum affectus ut et illum propter summam eruditionem
ac pietatis studium egregium venerer eximio, atq. eos quos
ipsi caros esse intelligo, amem plurimum. Itaq. hoc de
me tibi persuadeas velim, me amicitiam quam in tuis
ad me litteris adeo prompte offers, non tantum cupide am-
plecti, sed simul ad omnia mutui amoris officia, si qua ab
homine aerumnoso et fortunis pene omnibus exuto proficisci pos-
sunt, me tibi obstringere. Quod ad quaestiones abs te pro-
positas attinet, velim sane me aliquid adferre in medium
posse, quod tibi homini doctissimo satisfaceret. Sed neque ea
in me eruditio quae nodis huiusmodi dissolvendis sufficiat,
et iam dudum ego a libris meis absum, factus pene barbarus
dum diutius inter barbaros atq. a liberali doctrina alienos
versor. Quod tamen in praesentia in mentem venit scriben-
dum ad te putavi, ne aliquod in re officium meum frustra
desiderares, teq. quae humanitas tua ut candide de his

iudices oro. Memini virum doctissimum Philippum Mel-
τον ἐν ἀξίοις de loco Pauli ad Corinth. interrogatum, ita
illum interpretari: Alioqui cur baptizantur mortui? Qui
eo facto ostendunt se sentire baptismum non in hac vita
tantum prodesse iis qui Ecclesiae inseruntur, sed & mortuis.
Iudicabat enim Paulum ad consuetudinem illius temporis
respicere, quando plerique baptismum ad ultimum vitae suae
actum differebant: & congruit alioqui haec sententia cum
altero Pauli dicto, qui ait nos sepeliri cum Christo per bap-
tismum in mortem &c. Itaque phrasin ὑπὲρ τῶν νεκρῶν
interpretabatur ac si Germanice dicas, Die werden fur
todte leutte, das ist lengst iam mortui & cum Christo mox
sepeliendi getaufft. In hac sententia nihil esset
vacuum nisi obstaret articulus voci νεκρῶν adiectus, qui
admittere hanc sententiam non videtur. Sicut et in tua
sententia, praeterquam quod numerus pluralis in singularem con-
vertitur, etiam articulus videtur expungendus. Id quod vel
ex Germanica tua versione animadvertere licet, cum reddis,
Warumb lassen die sich auff todte menschen tauffen? Neque
enim eadem erit sententia si expresso articulo addas, auff die
Todten, aut si Ebraice dicas עַל הַמֵּתִים. Id igitur
animad

animadvertens Philippus, tandem sibi non displicere ostendit
illam interpretationem, quae propositione ὑπὲρ locum designari
& ritum certum iis temporibus usurpatum notari tradit, ut scilicet
significetur baptizandos adductos fuisse ad demortuorum se-
pulchra, ut ibi professi fidem de resurrectione huius carnis
non suam tantum, sed & mortuorum istorum super quos vel
si mavis ad quorum sepulchra baptizabantur, carnem ali-
quando ad vitam esse suscitandam se credere hac actione
testarentur. Ita vero si interpreteris propositio graeca ὑπὲρ
congruit cum hebraea עַל. quemadmodum tu quoque recte
indicas. & testimonia huius significati illustria occur-
runt passim in psalmis, & alibi, ut cum dicitur in psalmo
עַל נַהֲרוֹת בָּבֶל aut עַל נַכֵּינוּ חָרְשׁוּ חֹרְשִׁים
Atque haec sententia ut minime est coacta, ita nihil videtur
habere incommodi: Itaque tuemur illam tecum sequuti fras.
mi vero interpretationem quae ad Marcionitarum, quam
Chrysostomus & Theophylactus meminerunt, sententiam seu
potius errorem ineptum accedere videtur propius, libenter te-
cum repudio. In altera quaestione non puto multum
laborandum nobis esse. Neque enim iniuria fit textui vestro
nis modo verbum graecum interpreteris. Neque inconcinna
est tua quam adducis interpretatio, quae per imperativo

indicatiuum modum substituit, nisi quod plus cultum in-
debitur tribuere diligentiæ & studij Pharisæis atq. etiam
imperitæ multitudini, cum q. disputatio instituta tune
erat. Nam Pharisæi qui scientiam scripturarum antehac
sibi arrogabant, illo tempore abiecto omni studio alijs
nugis potius quam scripturarum diligenti indagatione erant oc-
cupati: Ideoq. reprehendi eos a Christo verbo δοκεῖτε, atq.
ad magis serium studium suscipiendum altero verbo ἐρευ-
νᾶτε admoneri verisimile est: ut qui solida hac per-
suasione cum sese tum rude vulgus seducerent, quod
ocitanter inspectis aut perfunctorie recitatis per synago-
gas libris sacris vitam inde se haurire sperarent, quem-
admodum hoc tempore multi vitam se haurire ex cor-
pore Christi σωματικῶς in corpora nostra traiecto, idq.
ex opere operato sunt persuasi. Sed hæc abrumpo.
Nam nox imminens non sinit plura scribere. Bene
ac feliciter vale. Ex Salina. 24 Novemb. 1578.

Tuus amantiss. Henricus Moller.

EIDEM.

S. D. Etsi non memini nunc omnia quæ antehac ad te
scripseram,

scripseram, Petre carissime, de quaestionib. duab. abs te propositis 930
altera semper mihi visa est obscurior, altera longiorem Inquisitionem
mix desiderat: tamen qd literas vel interceptas vel tabellarior
negligentia perditas esse ex postremis tuis & fratris ad me litteris
intelligerem, iterum de his aliquid scribendum ad te putavi, non
quod me posse adferre aliquid, quod tibi satisfaceret, putarem,
sed ut nunc tibi studium qlecunq. in hoc officij genere probarem
De loco igr qui est ad Corinth. q mihi in mentem veniunt, breviter
accipe. Memini virum reverendum Philippum Mela: τοῦ ἐν
δόξοις cum aliquando quaestione hac privatim ad ipm allata
judicium eius requireretur locum illum sic interpretari: Alioq
cur baptizantur mortui? Existimabat .n. paulum respicere ad
morem ipsius temporis, quando baptismus ad extremum vitae à
plerisq. differebatur, ut huig sacramenti usum non tantum fidem
promissionis de remiss: pecc: & acceptatione gratuita obsignaret:
sed etiam snam de resurrectione mortuor spem ad alios ostenderent.
Atq. hac interpretatio non multum ni fallor à tua discedit sen
tentia, nisi quod alicubi etiam pluralem numerum in singu
larem mutandum & de uno mortuo accipiendum eé locum existis
timas. Nam qd ita locum pauli convertis Baptisantur pro
mortuis, Die werden getaufft fur Todte leute, nihil meo
judicio aliud e qm hoc quod Philippus dicebat, Baptisantur
jam iam

jam iam morituri: nisi quod tua sententia non tam ad extremum
vitae actum eorum qui baptizantur, quam ad finem Baptismi a Christo
instituti respicere videris. Baptizamur enim in mortem Christi atque
ideo mergimur ut mori nos peccato et resurgere ad vitam celestem
testemur. Satis concinna visa est initio nonnullis haec Phi-
lippi sententia, atque ego aliquando eam sum sequutus. Sed cum
non multo post in lectione historiarum Ecclesiasticarum versarer dili-
gentius, atque ex his deprehenderem morem illum baptizandi mo-
rituros aut Baptismum ad finem usque vitae differendi, non tam
Apostolorum temporibus fuisse usitatum quam aliquanto post ex eorum
maxime dogmate qui lapsis post baptismum veniam denega-
bant, in Ecclesiam irrepsisse, minus mihi placere haec sententia coe-
pit: praesertim cum forma loquendi apud Graecos hanc sententiam
non admittere mihi videretur. Praeterquam enim quod expositio ὑπὲρ
gignere hanc sententiam non videtur, etiam articulus in hac
orationis forma ὑπὲρ τῶν νεκρῶν sive tuam sive Philippi sen-
tentiam sequeris, erit expungendus. Neque enim indefinite de mor-
tuis loquitur haec sententia, sed determinate de certis quibusdam
sive multis sive paucis & digito qui monstrari adhuc
queant. Hanc enim vim esse articuli apud Graecos nosti, &
Germanicae linguae peritus quae eadem fere est cum graeca,

quod

quod ad articulos attinet, id manifeste ostendit. Nam si germanice reddas: Warumb lassen sie sich tauffen für todte Leuth, aut ut illi habent, auff Todte menschen, aliud certe sonabunt haec verba quam si dicas Auff die todten quod ex hebreo עַל הַמֵּתִים factum esse videtur. Id igitur animadvertens philippus repudiata priore sententia, non displicere sibi aliquando dixit illam interpretationem quae praepositione ὑπὲρ locum designari & ritum quendam ipsis temporib. in Ecclesia usurpatum notari tradit. Existimant enim nonnulli: & nuper in quadam scripto quod titulo legationis ad Imperatoris Constantinopolitani ad Armenios editum est, idem legi: baptizandos in prima Ecclesia adductos fuisse ad defunctorum sepulchra ut ibi professi fidem de resurrectione suae carnis iuxta symbolum, non suam tantum, sed & mortuorum ipsorum, super quib., vel si mavis ad quorum sepulchra baptisabantur, carnem aliquando ad vitam suscitandam se credere hac actione testarentur. Ita vero si interpretens, propositio graeca ὑπὲρ plane congruit cum Ebrea עַל quemadmodum tu quoque recte colligis, & testimonia illustria occurrunt passim in psalmis & alibi ut cum in ps. dicitur עַל נְבִיכַן חֲדָשׁוּ & alibi עַל נַהֲרוֹת בָּבֶל יָשַׁבְנוּ Atque haec sententia ut minime est coacta, ita opinor nihil habet incommodi. Usque fallor ergo tecum sequentes. Erasmi vero interpretationem quae ad

Marcionitarum quorum Chrysostomus & Theophilactus meminerunt,
sententiam accedere videtur, libenter tecum repudio. In altera
quaestione non puto multum laborandum nobis esse. Etsi enim inter-
pres Syriacus verbo imperatiui modi בצו reddidit quod ἐρευνᾶτε,
atque huius autoritatem Bezaque [?] sequuntur: nullam tamen iniuriam
pati videtur textus, si indicandi modo, ut tu vis, verbum
reddatur: neque inconcinna est tua, quam addis sententia nisi
quod plus caeterum diligentiae & studij videtur Pharisaeis tribuere,
quam qui plerique tempore Christi ficto [?] pietatis studio alijs rebus
potius quam scripturarum diligenti indagatione erant occupati.
Ideoque reprehendi eos a Christo verbo δοκεῖτε, atque ad magis se-
rium studium suscipiendum altero verbo ἐρευνᾶτε admo-
neri verisimile est: ut qui stolida hac persuasione se &
alios dudum seducerent, quod oscitanter inspectis & defunctorie
in synagoga perlectis libris sacris vitam inde se haurire
sperarent, magno sane & pernicioso superstitionis errore.
Neque enim vis illa vivificandi, quam potentiam Dei Paulus
appellat, in syllabis aut dictionibus inclusa latet, sed in veris
exercitijs poenitentiae ac fidei luctantis, mortisque terroris fe-
liciter superantis sentitur. Haec de duabus quaestionibus tuis
de quibus nuper ac scriptum, iterum in mentem veniebant, de
quibus.

quib. ut voles, iudicabis. Nunc ad tertiam eorum quae in postremis litteris meministi, accedo: in qua aliquanto plus obscuritatis aut etiam difficultatis quam in prioribus. Primum in Zacharia dicto de pronomine: Tu: disputas, ad quem referendum sit quis. Nam cum אַתְּ femininum sit apud Ebreos, ad eum, quem Regem dixerat propheta, referri non potest. Estque hic communis fere omnium Interpretum error reprehendendus, qui cum fontes hebreos inspicere, aut judicium inde facere non possent, suae rationis potius quam Spiritus Sancti ductum sequi maluerunt. Hunc enim eum fuisse judicant nonnulli, cum verbum שִׁלַּחְתִּי (?) quod primae personae est Graeci et qui eos secuti sunt Latini Interpretes in secundam mutarint, ut nimirum eadem persona in verbo exprimeretur quae in nomine. Sed cum violenta haec videretur verborum prophetae Interpretatio: doctores voluerunt ἀποστροφὴν esse in hac oratione, qua Christus Ecclesiam suam compellet, depraedicans quod suis morte et sanguinis effusione partis ad eam conciliatur. Cum enim usitatum sit Spiritui Sancto a maris et foeminae conjunctione fingere foedus illud dulcissimum quod est inter Deum et Ecclesiam, non mirum est si sub maris persona Christus hoc loco Ecclesiam suam compellet. Etiam tamen ingens בַּת צִיּוֹן (Ecclesiam enim paulo ante Ecclesiam compellabat) noli cadere dolori neque

neq. huic nimium indulge. Ut ut .n. causa videt[ur] tibi misera, ac
tristi & perpetuae tyrannorum servituti & saevitiae exposita: caelo ta-
men salvus, tibi paratam esse defensionem & liberationem, idq. ex
foedere tecum inito. Erit enim illud perpetuo ratum, utpote
sanguinis mei effusione & morte sancitum atq. obsignatum, aut
potius paulo post obsignandum. Loq[uitur] .n. de futuro utens ver
bo praeteriti temporis p[ro]p[ter] certitudinem ut mos e[st] prophetis. Vi-
des hanc sententiam commode & recte fluere, nihilq. habere
coactum aut intricatum: Itaq. memini me eam dudum secutum
esse in interpretatione Zachariae, eamq. non ab auditoribus
tantum, sed dijs qq. tunc fuisse approbatam. Sed quid si fateor
interpretem graecum neq[ue] q[ui]cq[uam] oscitanter inspexisse codicem Ebreum cum
redderet verbo secundae personae hebraeum שלחתי. Neq. .n.
ex inscitia linguae id profectum esse iudico: sed usitatum
tunc in scholis Ebreorum fuisse hanc lectionem existimo, in qua
verborum pronomini rite responderet, & tota oratio ad filiam Sion
a Chr[ist]o dirigeret[ur] hoc modo: בְּרִיתֵךְ שִׁלַּחְתִּי גַּם אַתְּ בְּדַם
Tu filia Sion emisisti, sed scilicet per paragogen in verbo He-
braeo redundante. Causa .n. redempta a Chr[ist]o & exitu ab hoc
patefacto, emittere suos vinctos ex carcere suo latu dicitur.
ut firmum & solidum de libertate recuperata habeat gaudium

atq.

atq. ipsa frui plene restituto libertatis beneficio possit. Ac ne
absq. exemplo hoc dicere videamur, passim apud Ieremiam & Ezech.
similia reperies. ut cum Ezech. 16. v. 22 dicitur לֹא זָכַרְתִּי
& vers. 13 וּדְבַשׁ וָשֶׁמֶן אָכָלְתִּי fieri igr potuit ut debito
uno puncto pro אָכָלְתִּי novus ex Masoritis legerit אָכָלְתִּי, eaq.
deinceps lectio sit retenta. Quod si candide iudicare volumus
hic Masoritae, si quis est lapsus potius quam Ioan. Draconita recens
audacia veniam meretur. Hic. n. neglectis correctioribus ex-
emplarib. ob mutata prima persona in secunda masculina
pronomini minime respondentem שִׁלַּחְתָּ reponere fuit ausus.
Sed quocunq. modo legas, constabit eade sententia, si filiam
Sion alloqui propheta vel Christus ipse dicatur, ita ut vel
ipsa vel Eccla emittere suos vinctos intelligatur. Quod si
omnino ad Christum potius quam ad Ecclam haberi orationem atq. ad
hunc referri tam pronomen quam verbum secundae personae
existimas, vocabulum צֶמַח ex superiorib. prophetae vaticiniis.
huc erit accersendum, id vero vocabulum quod Christo secundum
naturam humanam, ut scis a Spiritu Sancto tribuitur, pro-
miscue usurpari tum in foeminino quam mascul. genere, legen-
tibus cum caetera tum dictum Ieremiae 33. Hoc est nomen
quod vocabunt illud 53. quem. Ibi. n. ut vides, pronomen
relativum לָהּ quod ad צֶמַח refertur, est foemininum.

Iuxta hanc igr sententiam de Chro loquens propheta dicit. Tu scilicet germen emisisti uinctos tuos de lacu in q non e aqua. Etsi uero satis concinna mihi haec interpretatio uideatur, malo tamen priorem sententiam sequi, in qua oratio ad filiam Sion ut paulo ante in eadem concione dirigatur potius q ut longius repetita uox מאמר hic subaudiatur. De uoce נושע q in descriptione Regis nostri utitur propheta, non difficilis uidetur esse responsio. forma uerbi est passiua ex prima coniugatione, ut dubitare de eo necesse non sit. Est autem natura uerborum passiuorum primae coniugationis apud Ebreos, ut passionem significent ab ipso agente profectam, ubi s. idem sit simul agens & patiens: atq. ideo communicare cum 4ta coniugatione q e reciprocorum a Grammaticis prima passiuorum traditur: ut si plane reddere uerbum hebreum hoc loco uelis, ita interpretari necesse habeas Seruatus a seipso. Eaq sententia, ni fallor occurrit dubitationi piorum q ex sequente uoce humilis Christi descriptione oriri in mentib. poterat. Qualis .n. erit Rex aut Gubernator sui populi, quem diis ex paupere & nullis instructum uirib. aut copijs, imo q instar hois priuati asino uehitur? aut quomodo alios liberabit qui ipse in hac humili specie obambulans obnoxius iniurijs uidet?

Respondet

Respondet sufficere hunc Regem sibi in parranda salute: quemad
modum alibi scribitur sibi dextera sua parare seu acquirere
salutem. Erit igitur servatus & tectus Rex noster ex morte &
maledictione quam in se derivavit pactus est, idque sua non
aliena virtute aut virib. ut facile demceps servare alios, et
suam illi salutem committunt, possit. Atque hoc sensu recte
dicitur servator, ut qui a se ipse sit servatus, idque non tam sibi
quam nobis in quos salutem hic Rex a patre et destinatus. Habes
quid de Zachariae loco sententiam. De Davidis dicto nihil
nunc subijcio, ne epistolae modum excedere videar, & habes
aliquos commentarios doctissimos quos malo te consulere quam
meis nugis legendis occupari. Bene vale & me quod fa
cis ama. E patria. Nonis Decemb. A° 1579.

Tui studiosiss. Henricus Moller

Eximio Medicinae doctori, & omni libe
rali doctrina percultissimo D. Petro M*
domino & amico obser.

S. D. Memini Philippum Melanchthonem quando in omni genere
praestantiam Alberti Dureri pictoris clarissimi praedicabat, dicere
solere, pingendi artem minimum omnium fuisse ex iis quae in illo ar
tifice celebrationem mererentur. Hoc de te et mihi in mentem venit,
in quo ita est multiplex doctrina, ut cum in arte medica summos
honores

honores sis consecutus, id tamen minimum videri possit iis qui ce-
tera in te quibus praestas considerant. Omnino igitur gratulor Reip. &
tibi, maius theatrum quaeri, vel, ut ex fratris tui literis animadver-
to, etiam repertum iam esse, in quo spectetur in omni genere doctrinae
quid possis, inprimis in arte medica. In hebraea lingua, etiam cum
summis omnibus, & qui hoc solum in tota vita egerunt, certare te pos-
se, ostendunt notae tuae. Ubi autem postquam nactus sum librum
Tremelij, iam hoc agere coepi, ut omnem discrepantiam à nostra pa-
raphrasi, quam monerer, peculiariter annotarem, & cuius interpreta-
tione etiam in primo libro psalmum XXXIX totum retexui, sicut
& in secundo LXVIII, quem ad vos mitto. Multa tamen à me
scriberentur melius, si te monitorem haberem, qui causas vides &
fundamenta omnium quae Tremelius fecit. Et sane tertium etiam
librum non satis cum Tremelianis contuli, ut in hoc tibi plus la-
boris relinquatur. In quarto & quinto dabo operam ut magis
alleveris, Nisi haec impudentia est tanto te labore à me one-
rari, qui mihi ipsi gravis sit, cuius res agitur. Et tibi deinceps
alia erunt quae agas. Ego tamen hoc tantum oro quod potes, id
autem posse dicimur, quod commode possumus sicut Iuriscon-
sulti docent. quicquid tamen fiat deinceps, pro eo quod
praestitisti, & quod excitasti attentionem nostram in legendis
Tremelianis, debeo tibi summas gratias. Annotabo ad finem
psalmorum

psalmorum meorum διολέξεως ἑρμηνείας, & discrepantiam Tremelia-
norum à nostris, quinq. iudebitur memorabilis: In eo scripto non dissi-
mulabo per quem profecerim, Etsi non dubito, non omnia ab omnibus etiam
in Tremelianis approbatum iri, Neq. omnia etiam huius annotanda
uidentur, Et est res per se infinita, numquam enim in ulla versione hebraei
omnes per omnia consentient, & inter Rabinos illos recentiores uideo quanta
est sententiarum discrepantia ~ Ego hactenus Felino ductore usus
sum, quo, meo iudicio, nihil extitit hactenus in psalmis melius, sed
hunc uincit longe & in plurimis Tremelius. Utinam habuissem eum
ante quam paraphrasin illam aggrederer, fortassis non esset opus
qui hoc iterum tentaret, aut longius ad perorandum accederet. Sed
sic etiam confido nonnihil esse nauatum, praesertim si addentur à nobis
Tremelica, & tu sic etiam de meis te bene sentire ostendas. Iterum
ago tibi gratias pro observationibus tuis, mi doctissime Petre, & te
hoc etiam nomine, & maximi facio & diligo. Utinam possim
aliquid quod tibi gratum esset, Interea studium meum tibi gra-
tum sit, Me quidem omnino habes tibi deuinctissimum. Plura
non licent hoc tempore, Vale igitur & beneuolentiam ergo me
tuam conserua mi doctissime & carissime Monaui. Iterum vale
D XV 1X b. Enarratis in Moravies. Esr. Ruding S. T.

Viro clarissimo & Icto longe doctiss. D. Matthaeo
Wesenbecio: dno & amico summe obs.do
Witeb.m

S. Quae rerum incertitudines & temporum asperitates fecerunt ut ni-
hil scriberem, ne hoc ipso laederem amicos quo ipsis prodesse stu-
debam: eaedem faciunt ut nunc q̃q. brevibus scribam. Idcirco tan-
tum, ne si provocanti non responderem, silentium pro amicitiae deser-
tione interpretaris. Ego divinum quiddam esse veram amicitiam
vel eo nomine semper iudicavi quod tempori non cedat: perpetuam etiam
ac immortalem futuram, si immortales essent qui inter se amant.
Eundem ig̃r esse me, ac Deo favente, perpetuo futurum scito qui fui:
quod & pietas, caeteraeq. tuae virtutes merentur, & verae amicitiae
leges praecipiunt. De rebus nostris: Utinam apud vos tam recte
omnia. quamvis ne nobis quidem desit, quae nos foris non mi-
nus exerceant quam vos istic domesticae turbae divexant. Nos
quidem certe tibi caeterisq. bonis omnibus συμπάσχομεν καὶ δὴ
ἀδιαλείπτως ἐν προσευχαῖς συναγωνιζόμεθα: easdemq. a vobis
vices petimus: tantisper dum communia vota nostra Dominus
Deus noster, cohibito spiritu erroris exaudiat. Bene vale vir
optime & mutuo nos amare perge. Ex Musaeo nostro
prid. Cal. Iunij 1579.

Tuus, cuius animum
ut spero, nunc etiam
agnoscis.

Beza.

# M. Petro Calamino.

X Quid quaeso cogitabas? cum de opificio cogitabas. Cum ego Monauium laudo: qui te ad Dudithium commendavit: tum vero Dudithium qui te tam hospitaliter & tam humaniter. Scripsissem ipse hospiti isti tuo: tali & tanto viro: nisi & occupatissimus essem: propter appropinquantes nundinas francofordianas. & tabellarij festinatione. qui heri bene vesperi: mihi vestras literas reddidit: & cras bene mane discedere cogitat. Saluta ipsum meis verbis diligenter & observanter.

Quod scribis Antipappos meos multis placere. placet quidem mihi & gratum est. sed illi ipsi mihi displicent: ut omnes rixae naturae meae adversantur. Rixari tamen non desino: ita fallacia fallaciam et rixa rixam parat. Neque finem video futurum: nisi altera pars sapere incipiat: & taceat: id quod posthac faciam. ut aliquo modo resipiscere videar. ferenda potius erat iniuria, si declinari potuisset.

Quod aliquanto melior aura istic apud nos appareat laetor. Utinam augescat tranquillitas: ut melius solem & lunam homines queant conspicere. Nihil mihi molestius est quam oculorum caligo. Idem vitae exitus mihi incumbit qui Scheggio. qui Appius caecus est: ego caecutiens. Hae literae ex caligine accidere.

acciderant: ut Appium Caecum legere requeras. Bonus senex latet: & eo me felicior est. Bene vale mi Calamine.
Argentorati. 19 febr. 1580
J. Sturmius

Clarissimo & ornatissimo Viro, Dno Andreae Duditio, Dno & amico summe observando.

S. Literas quasdam tuas multis ante mensibus datas quibus Lasicium nostrum huc venturum, imo iam iter ingressum me significabas, paucis ante dieb. accepi: posteriores autem nu, diustertius, utrasq. sane Duditianas, id est singularis humanitatis plenas, & eximiae cuiusdam in me benevolentiae testes: ut nisi te unicissim diligam & omni officiorum genere deme reri studeam, ferreum & inhumanum prorsus esse me oportebat. De pririgno nosti quid ad te antea scripserim. Optimae certe est indolis & elegantis etiam ingenij. Sed optarem illum habuisse cuius autoritate magis fruistet ad excolenda studia exitatus. Spero tamen fore ut neq. te quod eum ad nos miseris, neq. ipsum etiam in hac schola & Ecclesia versatum fuisse peniteat. Quod autem me hortaris ut pristinum illud meum scribendi genus repetam, quo undolicae exorientes

tes errores redarguam, spero me, si quando quaestionum mearum tertia pars edatur, expectationi tuae satisfacturum: Sed totus nunc in eo sum ut Gallum quendam apostatam refutem. Verum, ut dicam quod res est, ut sit mihi mens eadem, deest me tamen vigor ille quem iuvenis cohibere vix poteram: ut plane mihi nunc videar illius Priami similis telum imbelle sine ictu vibrantis. Deinde nihil aeque mihi molestum est atque millies repetita inculcare. Dabo tamen operam ut me iudicio tuo non parum tribuisse reipsa cognoscas, si modo longiorem mihi vitam & satis firmam ad res istas audendas valetudinem Dominus mihi concesserit. Est enim certe bimestri morbo usque adeo debilitata, destillatione vide licet in pulmones perpetua, cuius adhuc molestia non careo, ut persanari me posse vix ausim sperare. Stephanus noster ex aula Gallica tandem rediit, & utinam vere redierit. Denique quod ad illum scrupulum attinet, quem tibi a me eximi postulas, quem alii quidam Norimbergae degentes peregrini hoc ipsum a nobis peterent, respondi de Coena quod de Baptismo scripsi in altera quaestionum mearum parte, quaestione 144 & de Coena ipsa quaestione 197, unde quid mihi videatur planissime intelliges. Hoc tamen addiderim, si quis frater infirmus

hoc

hoc facto ostenderetur, q(uo)d nimirum Coenam Domini ex eo-
manu accipere q(ui) falsum aliq(uo)d dogma in illam inuehant,
postulare charitatem ut tum eo sic agas ut cantum consilij
tij melius norit, non impedire videlicet falsum aliquod
dogma q(uod) pastor imperitus vel improbus haec mysteria, q(ua)ntu(m)
in se est depravet, quo minus Sacramentis, rite alioqui
quod ad institutionem dominicam attinet, administratis,
bona conscientia utaris. Sed caveam praeterea, ne forte talis
quispiam pastor boni viri accessione abuteretur quasi fal-
sum ag dogma sic approbaret, ut ipsi pastori diserte, &
quidem privatim, Coenam D(omi)nj ex eius manu accipere cogitans
tuam apud illum confessionem testeris, quam si admittat,
res utrinq(ue) bene habebit, Sin vero repudiet, aut etiam deteste-
tur, ipse sibi hoc imputet. innocens autem fueris qui vnius
pastoris culpa rogans a Coena D(omi)nj abstinere. Sic ig(itu)r hac de
re sentio, doctioribus cedere paratus. Bene Vale vir orna-
tissime. D(ominus) Iesus pergat oib(us) donis te tuosq(ue) cumulare, &
q(uam) diutissime salvos ad nominis sui gloriam conservare. Roga
pro me vicissim Dominum ut q(uo)d mihi curriculi mei su-
perest, fortiter & minimè aberrans à me conficiam. Geneuae
viii Martij. anno D(omi)nj 1580. Tuus Beza

Mitto ad te secundum nostrarum priorem partem, id est, ut scio quid nugarum. Sic enim velim ista interpreteris ad quem nonnunquam divertere continuerit. Mitto praeterea aliud nostri Sadeelis scriptum, breve quidem illud sed quod ut spero non minus quam alterum eiusdem Scriptoris facies quod tibi tantopere probari scripsisti ——

II Nobilissimo heroi D Wenceslao Budowitz à Budowæ, magistro aulæ Oratoris Cæsarei. Constantinopoli.

S D. Nobilis & ornatissime domine, amice carissime. Literas tuas IX die VIIIb. Byzantij datas Idib. Martij accepi, quæ ὅσσον ἔαρ χειμῶνος, ὅσον μῆλον βραβύλοιο ἅδιον, tanto mihi suaviores cæteris eodem tempore, Witeberga & Praga, à Militi Cirillo & Thaddao allatis fuerunt. Reverenter itaque tibi gratiam habeo, tum pro sincera erga me benevolentia & candore tuo, tum etiam pro hoc beneficio quod narrationes de statu Ecclesiarum in illis regionibus à me olim collectas, testimonio tuo gravissimo, tu αὐτόπτης testis confirmas. Curavi autem hoc anno orationem illam recudi, additis Patriarchæ Byzantini & Alexandrini & Episcopi montis Sinai epistolis aliquot. Eam Iacobo Monavio nostro misi, ut si ipsi videretur, ad te perferri curaret. Me enim de libris archivi forma compingendis admonuit ne cursores Pegasaei grandiores fasci

fasciculos recipere graventur. Gratissima mihi commemoratio de Georgianis tua fuit, & Persicorum Regum series, quam saepe expetitam nancisci hactenus nequivi. Utinam de Tartarorum etiam Imperio quod M. Paulus Venetus lib. 2 & 3 ante 200 annos prolixe descripsit, à Cublai illo, Tamerlanis patre, seriem regum certam, cognoscere possem. De Georgianis etiam illud inquires, an unum Regem summum habeant, an vero Patriarchas suos, ut Europaei reges plerique Pontifices Rom. autoritatem sequuntur. Multa ad nos de nova Turcarum clade in finibus Iberiae & Armeniae superiore anno accepta, his mensib. perscripta sunt. Sed inanem hanc laetitiam esse metuo. ut & caetera de expeditione Persarum in Babyloniam & Arabiam felicem suscepta. cum satis negotij ipsis in Media & Armeniae finibus tuendis praeberi arbitror. Ubi sita sit urbs Argyro, quo recessisse cum exercitu Mustapha scribitur? Ubi Karso munitio à Turcis recens extructa sit? a te doceri cupio. In Germania ad orientalem Rheni ripam pax inter principes est. sed Theologi de nova Concordiae formula belligerantur. quam Belgicae etiam Galliae seu Germaniae inferioris ministri edito scripto nominatim ad libri illius autores directo oppugnant. Rex Daniae secunda die Maij Othoniae feudum ducatus Sleswicensis Ducibus Holsatiae conferet, &

filio

filio Christiano quadrimo juramentum fidelitatis à proceribus regni Danici tanquam Regi electo praestari curabit. Poloniae regis epistolam de consilijs belli à se adversus Moscos superiori aestate gesti mitto. Deum oro, ut Reges & regna orbis Christiani ipse regat & nos omnes doceat & gubernet. Bene Vale.
16 Martij A° 1580 David Chytraeus.

## Gregorio Bersmano.

× Tune mi Bersmane, cum vespertilione silicernio notitiam; tu amicitiam constituere cogitas: idq. Lipsiae. Ecce ut ne nova nostra benevolentia esse videatur, nunquam in literis nostris honoris causa praefemur: nihil deprecemur: sint omnes liberae, & diuturnae amicitiae sententiae.
Osiandrum vereor, ne nimis acriter refutem, propter impudentia convitia, & laetalia crimina: dum in meum caput maximos principes concitat.
Sed quid facias, hoc genus hominum prophetas occidit, & vos poëtae nobis canete: in quorum versibus Melanthon & Camerarius laudantur.
In hoc agro copias Gallicas metuimus: & metuimus ne nostram ~~civitatem~~ Corinthum cogitent. Sed maius periculum fortas

sis

sis mihi est: à meis duobus hostibus Darete & Entello. Ab
his non magis metuo: quam pictor ille, quem in excidio urbis
pingentem milites inuenerunt, nisi forlassis idem mihi eueniat
quod Archimedi. Quid tum postea: tamen moriendum est.
Hodie mille quingenti Equites in Keisersberg & duo M peditum
expectantur. muri nostri pleni sunt tormentis. Principes dum
furiosos theologos defendunt: imprimum Regem gallicum non metu=
unt. Da ueniam festinanti. rogare enim nolo, impero.
Non uacauit relegere. Vale Argentorati. 27 octob. 1579

Joan Sturmius Vespertilio
Dictator.

Viro tum pietate, tum eruditione, Virtutibusq.
omnib. præstanti D Christoforo Herdhessiano
Norimbergæ.

Clarissime vir, & amantissime frater, spero postremas literas meas
tibi redditas fuisse. Nunc uehementer te rogo ut fasciculum
quem ad te mitto his literis adiunctum, cures Cracouiam tuto
& quum primum poteris perferendum, eiq. reddendum cui est
inscriptus. Spero autem fore ut mihi temeris audaculè hoc à te
postulanti, pro tua in me beneuolentia, condones, ea quidem condi=
tione ut meipso liberrissime utaris ac fruaris. De rebus nostris,

Satis

satis nunc quidem recte omnia, si annonae caritatem excipias, de qua tamen nonnihil est diminutum. D. Bernhoferum, D. Schlusselburgium, & caeteros vere pios cupio ex me salvere quam officiosissime. D. Jesus te custodiat Vir eximie, cum tuis omnibus. Genevae. 15 decemb. 1571.

Tuus Beza.

## EIDEM.

Grata esse tibi officia mea clarissime Vir, meamque in te complectendo constantiam, vehementer gaudeo & mihimet ipse gratulor. Sigifredus noster Dei beneficio, idem est qui fuit, eritque ut spero. Hospitem habet pium, & eos sodales quorum exemplis, ut spero, in omnium virtutum studio confirmabitur. Quae tu ad me scribis de Cadmeis fratribus, ac praesertim illae mei Cyclopis literae faciunt ut pene tibi in eo assentiar quod futurum speras ut ipsimet tandem ultro sibi exitium accersant. praeterquam enim quod Deus iustus est, verum est illud quod ait Demosthenes σαθρὸν ὡς ἔοικεν, ἐστὶ φύσει πᾶν ὅ,τι ἂν μὴ δικαίως ᾖ πεπραγμένον. Sed cum praesentem rerum statum intueor, & illam spiritus erroris ac blasphemiae efficaciam, certissimum gravissimae irae divinae & severissimi sequuturi iudicii argumentum considero, valde metuo ne multa prius tristissima cernere cogamur. Illud me tamen consolatur, quod quanto diuturnius ac gravius erit certamen, eo futura est gloriosior piorum ac ipsius Veritatis victoria

Victoria. De rebus gallicis plenissime ad D Laurentium nostrum scripsi. Cum Belgis apud quos pacem tandem factam audimus utinam Hispani vel punica vel gallica fide non agant. Edidi paucula quaedam his nundinis, quae francofurto accipies, mutui nostri perpetui futuri amoris μνημόσυνον. Bene Vale Vir clarissime. D Iesus te tuosq. omnes servet. Genevae. 12 Martij 1577

Tuus Bezae.

Argentinae interdictum nostris esse ne ullos conventus haberent audivisse te opinor. Idem iam factum Basileae audio, boni illius Sulceri opera.

## EIDEM.

S. Ego quoq. Vir clarissime, paucissimis cogor respondere, accelerante vestro tabellario eodem pene momento quo tuae mihi redditae sunt, adeo ut ne respondere quidem nunc possim postremis D. Dumhofferj nostri literis quod ne aegre ferat etiam atq. etiam peto. Sigifridus constituit hic manere tantisper dum a vobis responsum accipiat super illa in Galliam profectione. Gallicae res profecto in peius quotidie gliscunt, et Lutetiae praesertim est horrenda morum corruptio, ac vere qualem Sodomorum olim fuisse ex historia sacra intelligimus. Bituvigibus quo video Germanos confluere nuper certatum est inter scho-

lasticos

lasticos eousq. ut aliquot sint cæsi, & schola feratur magna ex parte disiecta: & valde impurus est illic gallicus sermo. Itaq. quod suadeam non habeo, donec audiam meliora. Res belgicæ feruntur pessime quoq. se habere, statuum partim socordia, partim discordia, quæ nisi Deus avertat, omnes illas regiones in ultimum exitium præcipites dabit, & hæc ruina fortassis alios secum trahet innocentes & nimium multos. Reip. vestræ gratulor hanc prudentiam & constantiam. prodibit spero quidpiam his nundinis quod causæ communi apud bonos saltem proderit. Expecto quod mihi D Camerarij fratres de patris imagine promiserunt, quos quidem ego, ut dn. Dorn. hoferum & Dum Schlusselbergium cupio ex me officiosissime salutari. Bene Vale. D Iesus servet nos ab offendiculis, & suorum misereatur. Genevæ. XI febr. 1578

Tuus Beza.

## EIDEM.

S. De reb. nostris & gallicis ex literis ad D Dornhofferum nrm cognosces. Has autem proprie nunc ad te scriptas volui ut tibi testarer Sigisfridum nostrum cum opt.° D Vicecomitis hero suo, atq etiam ministri ipsius, & secretarij, & cuiusdam nobilis, omnium fide dignorum testimonio ad nos redijsse, ac proinde causam non ee

cur

cur dubitetis illum & pietatem & probitatem illic optime omnibus probatte. Cupit autem fidem suam liberare qua sese ad reditum obstrinxit, petente hoc obnixe D Vicecomite, a quo illum etiam diligi video. & spero non inutilem ipsi hanc peregrinationem paulo longiorem, si hoc illi a matre impetraris quam etiam velim ex me cum officiosissime salutes. Bene vale Vir eximie. D Jesus tibi magis ac magis benedicat, Ecclesiae suae cum diutissime conservet. Genevae. XI Aug. 1579

Tuus Beza.

EIDEM.

Ego vero, Vir eximie, non Germaniam modo, sed universum orbem terrarum fata sua urgere arbitror, neque id ego miror, sed potius infinitam Dei patientiam in tolerandis eorum peccatis qui tam diu Evangelij nomine abutuntur. Omnia tamen video in tanta partim mollitie, partim perfidia Dominum excitasse doctorum & vere piorum hominum spiritum, paucorum quidem, sed tamen veris illis armis spiritualib. instructissimorum: quae denique tam crassa sunt istorum hominum deliria, ut mirum sit vel unum quempiam potuisse ab illis dementarj, sum adhuc in ea spe ut omnino credam fore ut Dominus tandem aliquando principibus quorum isti credulitate abutuntur, oculos aperiat, &

tam

tam scelerati conatus euadant malis consultoribus pessimi. In-
terea curandum nobis pro virili ut culpam praestemus, et rogan-
dus Dominus ne nos eodem furore corripiat. Caeterum magnam
tibi gratiam habeo de tua commonefactione: et tibi persuasum esse
uelim neque nos neque Confoederatos nostros ullis istorum hominum
pollicitationib. neq. diplomatibus aut sigillis fidere, imo quo
magis nobis blandiuntur, eo diligentius et maiori sollicitudine ex-
cubare, ne forte intercipiamur. Sed nosti prudentis hominis
esse, utilitatem etiam aliquam ex inimicis ipsis capere. Id in
causa fuit, cur illum de quo nunc agitur audire grauati non
simus et quod ultro sine ulla prorsus praesentis status nostri immu-
tatione probet admittere, quod spero neque nobis neque cuiquam alij frau-
di futurum. De Sigifrido bis iam istuc scripsi, rediisse illum ad
nos cum domestico non tantum ipsius Domini Vicecomitis, sed
etiam et domestici illius pastoris et aliorum opt.ae fidei hominum
testimonio, petente quoq. ipsius hero ut ad se breui remittatur.
Quod superest, mitto ad te exemplar mei nuper editi psalterij, sed,
ut de meis ipsius erratis nihil dicam, tam mendose excusi ut
id offerre amicis pudeat. missurus etiam alioqui ad D Camera-
rium et alios quos spero tui (?) misserimis temporib(us), hanc
opellam meam ingratam non fore, tantisper dum altera mox ex-

quo altera editione, limatior & emendatior prodeat. Bene vale vir
eximie & mihi plurimum observande. Dominus Jesus exaudiat nos-
tros gemitus & Ecclesiis eorum Spiritus faxit ut illum tranquil-
litate maiore colamus. Geneuae, 25 Augusti 1579

Tuus Beza.

EIDEM

S. Redit ergo ad nos Sigifridus, quicum de simplicib. tractige-
tis. me ego officio decero, valde interea miratus, quinam istud
sit factum, de quo scribis. Itaq. sollicite an res ita se habeat in-
quiram neq. vos quicquam celabo. Vis tamen ut ego tecum inge-
nue omnia? Etsi non ambigo quin verum sit illius pietati
ac probitati testimonium redditum, non male tamen illi fortassis
consulueritis, si domi illum jam nunc retinueritis in ista tanta
morum in Gallijs corruptela, qua nulla maior esse potest videa-
tur. fidem autem hero datam excusatio honesta facile libera-
uerit. In hanc autem sententiam ut in brevem id quoque fiat quod
Vicecomitem audiam in Belgicum cum brevi navigaturum, cuiq
consilij rationem nullam inire possum quae sponsi mihi satis
exitus faciat. Consilij autem huius malim illum existima-
re nos autores esse quam a me illud proficisci. De rebus Gal-
licis perturbatissima omnia. Habeo tibi gratiam de eo quod
aliunde

aliunde acceptum significasti: etsi maximis de causis existimo Regi potius ipsi de suis retinendis quam de nobis invadendis necessitatem incumbere. Utcunque sit, Det nobis Dns, ut in ipso saltem moriamur, cuius bonitati te tuamque familiam commendo. Geneuae, IX Sept. 1579.

Tuus Beza.

EIDEM.

S. Heri literas tuas accepi. De Sigifrido nostro meministi quod istuc scripserim. Herus illius ad Navarrenum rediit, ac domum etiam suam omissa Belgica expeditione. Imo etiam mihi rescripsit, de Sigifrido rogans, cuius probitatem & fidem illi charam esse video. Vobis tamen manet integra de re tota deliberatio. Quod si retinendum illum censueris, potius quam (certo praescripto peregrinationis repetendae spatio) ad illum remittendum, curandum erit ut honorificis literis excusetur Sigifridus, cui meas quoque adiungam. Gaudeo tibi prudenti simul & pio probari quod ab hac respubl. cum Gallo actum est, cuius tamen fide absit ut tan= vel tantillum nitamur. Ubiquitariorum, ac praesertim desperati illius ἀλάστορος conatus sic infracturum Dominum, ut iustum ipsius iudicium longe lateque pateat. Sed terret me ista partim ἀναλγησία, partim perfidia longe maximae partis hominum. Gallia nostra peiore etiam est loco. Nec enim ibi

inter

inter plerosque disputatur, an Christus sit ubique, sed an Evange-
lium & omnis religio sit fabula. Et quaeso, cur diuturnio-
rem vitam optemus? fiat Dei voluntas, stetque firmum illud
fundamentum Novit Dominus qui sint sui. Literae postre-
mae D. Durnhoferi, quibus significat quae sint istic quoque Satanae
flabella faciunt ut perpetuo sim de illo nobisque omnibus sum-
mopere anxius: quam vestram sollicitudinem, Dominus, ut spe-
ro, non negliget: id quod illi significes velim. Regina mater
cum haec ad te scriberem, aberat bidui itinere, & cum Sabaud.
colloquebatur in ipsius Sabaudi ditione. Dissipet Dominus omnia
mala consilia. Sunt qui putent Regis fratrem aperte Comita-
tum Burgundiae invasurum ut Belgis faveat. Quid si igitur
Dominus Madianitas inter se commiserit ut mutuo sese dila-
niantibus lupis, ovicula tranquillitatis aliquid nanciscantur. Cae-
terum est quod per te a DD Camerarijs petam, nempe ut qua
aetate beatae memoriae vir D Joachimus felix ille doctissimorum
librorum parens sit mortuus & quot sint ipsi fratres & an omnes
literarum studia profiteantur mox intelligam. Cui autem consilio
id faciam, brevi, ut spero, cognoscent. Bene vale vir exi-
mie. D Jesus tibi & tuis magis ac magis benedicat. Eleu-
theropoli. 21 octob. 1579. Tuus Beza.

EIDEM.

S. Cum literae tuae, Vir honorande & frater in Chro carissime, amoris, candoris, eruditionisq. refertissimae fuerint, non potue-runt non mihi esse longe acceptissimae. Gratulor itaq. mihi qd Dei gra talem sim consequutus amicum: Et hunc oro ex aio ut amicitiam, fraternitatemq. nram quae ipsius cujt auspicijs ipse suo propagatur favore, foveat, & augeat atq. confirmet. Recte tu quidem iudicas de causa controversa & adversarijs: Caete-rum hi affectibus occaecati philonicae & vindicis nullas audi-unt rationes etiam optimas. Interim tamen stupore ipsorum praeterito, atque & contempto pergendum nobis est in via Do-minj, & veritas pura ac simplex asserenda, vel ppr illos qui facile sophismatibus ipsorum & inducuntur in errorem & in eo retinentur. Perge ergo in opere Dominj. Et dominus be-nedicat laboribus tuis, ac roboret te sua potentia, ut cum gloria nominis ipsius & multorum hominum salute facias quod facis. Nihil dum ad me laborum suorum misit Beza. Si quid dederit, curabo qua potero diligentia, ut ea accipias tuto vel per nros mercatores aliquoties ad nos mercium gratia advenientes vel per Sangallum opera singularis amici mei Joanis Lynni, mercatoris & civis Sangallen. Libenter autem viderem explicationem locorum Cyrilli, qui aliquib. in locis satis ob-

sura

scurras & amphigena proferre, in alijs tn dilucide satis loqui
uidetur. Quid uero mi domine & frater dicam de lanienа
illa Antiochi Epimanis Galliarum regis? Superat eius truculen
tissimum parricidium omnium prope tyrannorum, si circumsta-
tias prope expendas, crudelia facinora. Si uero unius Abelis
cruor e terra in cælum clamauit: quanto magis clamat tot
millium (Hottomannus Iurisconsultus ad me scribit cæsa
intra decem dierum spatium ad 50000 diuersis locis in Gallia)
sanguis pro uindicta? At uidebimus uel nos uel posteri nos-
trj grauissimam huius inauditæ laniena uindictam. Interim
immani facinore exilatur stupor noster, quos fere nihil mo
uet, ad uigilantiam pœnitentiam & preces cum assiduas tum
feruentissimas. Si uero præteritis admonitionibus Dei fidelibus
omnino perrexerimus esse & manere stipites, dignissimi
fuerimus quibus & Galli latrones & Hispani impijssimi &
immanissimi Papæ omnium malorum autoris ministri &
æmulatores immittantur. Dominum oremus ut nostri misereatur.
Plura dedi ad communes amicos nostros D Dunh. & Selstisse
berg. qui omnia tecum ut amici sunt communia: & festinarj
cum iam ascendendum erat in cathedram sacram. Boni er-
go hoc consule. Æternum uale & me tuj amantis
simum

simum constanti amore complecti perge. Tiguri. 16 Novemb. 1572

Bullingerus tuissimus.

¶ Joannes Matalius Metellus Sequanus; Andreae Duditio, Sbardellato. S. P. D.

Etsi alias ad te plene scripsi, de rerum mearum statu; tibiq. satis ostendi, animum observantiae in te meae plenissimum: nihil tamen abs te litterarum accepi. Quam ob rem; nullas amplius ad te dandas esse, merito putaui. quod te uidelicet, in Reip. negotijs occupatissimum esse, sciebam. Sed, quia primum Languetus, postulauit meus tibi deditissimus; deinde Daniel Princius, Vir propter doctrinam atq. Virtutem longe clarissimus, me sunt cohortati; ut id intermissum officium scribendi, repeterem: parere uolui, viris sapientissimis, mei q. amantissimis. nempe, ratus illustrem fore hanc epistolam, et tibi non ingratam, eorum nominibus. cum saepe huius mentionem faciant, uirtutesq. tuas praedicent. Quapropter: si impudentiae accusaueris hocce meum studium; uel mihi non rescripseris: illis, quod eorum consilio feci, non mihi quidem, imputabo. Librum de Coniugio tuum, se legisse Languetus ait. Sed non editum, quod sciam. Eum .n. diligenter quaesiui, nec repperi. Ipse, eum ualde commendat. nec ego dubito, quin

dignus

dignus sit, qui omnium hominum manibus, hoc praesertim tempore
teratur; quo, de sacerdotum matrimonio, peracres frequentesq[ue]
disputationes agitantur. Mitto tibi quaestiones de principum in
subditos iure, & subditorum in principes. De quibus, si sententiam
tuam perscripseris; nos omnes, beneficio cumulabis. Res publicas
ut opinor, tibi Princius; qui eas tractat, penitiusq. novit; lite-
ris suis exponet. Belgicae; sunt in bellicis motibus. Hispani,
detrectant Auraicae factionis Ordinibus, Reformatam, quam vo-
cant, Religionem indulgere. Cum hoc Ordines videant, & Regis
potentia se posse superari; Alenconium Ducem, in dominum ad-
vocant. Angliae Regina, cum eo nuptias simulat; ut pellici-
atur in aliquod foedus, contra Hispanum. quem inviti fe-
runt, Lusitaniae regno potiri. Cruoriam autem, suspectus
est Alenconius; ei adiungitur Condaeus Princeps. Pollicentur
Ordines Alenconio; Cameracum urbem, arcem, ac ditionem &
Buchaniam, in Hannonia. Sed; ordinum militibus, non suis,
eam possidebit, atq. tuebitur. Verba, ni fallor, ei dantur.
Tot enim Condicionibus, iisq. duris, pactus est; ut facile pro-
dat ambitionem, & se eas minime servaturum. Auraicus
enim accersivisse putatur; ne se ille Hispano coniungeret,

spe

spe coniugij cum Philippi Regis minore natu filia. tum etiam;
ut in suspitionem, apud Henricum fratrem Regem, qui secreto
obstrictus est Hispanis, traheretur. E re est enim, eorum qui Re
formatam religionem sunt amplexi, duos istos fratres, mutuo non
fidere. Auxilij vero fama, quod ferre Ordinibus Alenconius
dicitur; non solum suos Auraicus, alioqui nutantes, & exhaustos,
in officio continebit; verum etiam, metum incutiet Hispanis;
et eos, ad novas subeundas expensas coget. Artesijs autem
& Hannonijs, Hispano fœderatis, per Alenconium, inferet bellum.
Idem Auraicus, conventum habuit Ultraiecti; omnium pro-
vinciarum suæ factionis. in quo conventu egit; quo magis
Alenconius crederet; de ipso, in earum protectorem recipiendo.
Atq. etiam; de imperanda singulis, ad bellum pecunia. Por-
ro; ut Ordines, XXX viros deligerent; penes quos summa
rerum esset. Nam scit; se, istorum ducem fore. & deligendos,
qui ex eius arbitrio pendeant. Instituitq. hoc XXX virorum
collegium; quo, a se, eorum quæ geruntur invidiam, avertat.
Lanouesium Britannum, sibi, in Imperatorem rei militaris, sub
stituit. cuius virtus, autoritas, & fortitudo mire laudatur.
Cepit, superiore mense, Ninovam oppidum munitum. in quo,
erant

erant præsidio constitutæ quattuor peditum centuriæ, Valonum; & centum equites Epirotæ. In eoq. cepit, Comitem Egmundanum. eiusq. fratrem Lamoralium, ac tres eius sorores; & uxorem. Bruxellam missus scribitur. Quarto dein Eidus, ipse Lanouei⸗us, Mechliniam cepit, partimq. diripuit, per Noritum, An⸗glorum militum Tribunum. Nunc, est Gandavi. quâ in urbe consultat, de redigenda omni Flandria, in Ordinum potestate: & Malecontes; sic adpellant Belgicam nobilitatem, quæ deserto Auraico, Regi reconciliata, sese nunc Ordinibus opponit; fun⸗ditus delendis. Princeps Parmensis; Namurco, Montes Han⸗noniæ urbem profectus est. Hic, est Imperator exercitus Re⸗gij. Eo conuenirunt proceres omnes, & prouinciarum legati; qui Regem tuentur. Deliberabitur, de ducendo bello; & ei quærendo neruo, pecunia. item; de forma gubernationis Bel⸗gij. Ad quam, iam tandem, Rex sibi gradum facit; per hosce Malecontentos: ut Catholicam religionem in eo restituat; & obedientiam sibi præstandam firmet. Interim Parmen⸗sis, militem conscribit; peditem, & equitem: quem mittat in Frisiam. Nam; superiore proximo mense, Auraicus, Leuuar⸗diam, & duo alia oppida, cepit & eorum arces deiecit. Mo

nachos

naches, & Ecclesiastici ordinis viros, expulit. Imagines denique omnes evertit. templaque spoliavit. Idemque factum Ultraiecti, Swollae, Campisque. Ecce tibi, paucis, statum praesentem Belgij. De pace quidem, est exigua spes. Princeps noster, eam magna diligentia, novaque negotiatione, ex Caesaris auctoritate, procurat. Lente tamen, omnia: Sic enim necesse est. Archidux Matthias; minus ex dignitate tractatur, quam meretur eius singularis indoles ac virtus. Sed; in tot turbatis rebus, & tot animorum dissensionibus; multa secus adciderunt, quam putatur. Hispaniae Rex impeditur; quo minus tantis viribus, quantis oportet, hoc Belgicum bellum conficiat. Captat enim regnum Lusitaniae. in quo, sibi successionem mortuo Sebastiano, & Cardinale Rege, deberi censet. Classem habet in Hispania, potentem; qua recusantes adgrediatur, & vim ijs inferat. Expectat; quidnam V. viri, quibus administratio regni commissa fuit, decernant. Creditur sane, Rex futurus. Licet populus, suffragia ei deneget. Sed; ei V. viri, & Proceres, & omnes Ecclesiastici, favent. Si ex voto regnum ei dabitur; procul dubio, Belgas acrius urgebit. Vale XV Kal. Maias ∞ Ͻ LXXX. Colonia Ubiorum.

Generoso, Nobilissimoque Viro; Dnō Andreae Duditho Sbard: Sacrae Caes. Maiest. Consiliario, patrono suo singulari.

Vratislaviam.

Mag.co & clariss. D D Alberto Vrsinio, Syn-
dico reip. Vratislauiensis.

S. D. Magnifice & clarissime D Alberte, patrone colende. Gra-
tiam tibi habeo quod vel sero respondere dignatus es. Iustis-
simas morae causas te habere in tanta multitudine & varietate
negotiorum Reip. vestrae amplissimae facile tibi etiam non iu-
rato credo. Elegantem illum libellum, cuius mihi spem fa-
cis, quaeso ut mittas. Obiurgationem tuam de nimio erga pon-
tificem illum obsequio, aequissimo animo accepi, praesertim cum
addas malle te ista in meum sinum candide quam apud alios
effundere. Dixi meam sententiam, cum adhibitus fui, nimirum
forte aperte & candide. Sed suffragiorum numero & autorita-
te victus quid agerem? Nam si palam me seiunxissem,
maiori ludibrio Ecclesiae nostrae fuissent exposita, quod ne qui-
dem inter tam paucos de concordia communi admos, concordia
manere potuisset. Boiemica quae mittis magnum mihi
dolorem adferunt. In hoc littore Baltico Dei beneficio oia
tranquilla sunt. Maritimae ciuitates in patria tua conuentum
agunt. Flensburgi controuersia inter Regem Daniae & Hambur-
genses per Electoris Saxoniae & Vlrici Megapol. legatos dirimitur.

Elector

Elector Johannem à Lindenaw, Johannem à Seidlitz & Vitum Wins-hemium intercessores misit. De pacificatione Coloniensi, in qua praeter pontificiam religionem nulla alia quam Augustana Confessio (forte ut novum pomum Eridos miseris Belgis obijciatur) permitti scribitur: de obsidione Traiectensi, de Canonicis Antwerpia die Ascensionis Dni ejectis, non dubito vos multo ante cognovisse. Deum oro ut nostri misereatur, ac nos doceat & gubernet. BVale. Rhodopoli. 20 Iunij. Anno 1579.

David Chytraeus.

## ABRAHAMO BUCHOLZERO Theologo & Chronologo.

F S. pl. Cariss. mi frater. Quae ad te paucis ab hinc dieb. scripsi, ea te accepisse puto. Id fiebat tempore extraordinario. Nunc statim qq. observandum fuit. Tuum indicem iam dedi Compactorj. Concinnatum perlegam. Praefationem ad patronum legi. Videris tibi verecunde ad illum scripsisse: imo nimis ut ego arbitror verecunde. Sed te ego veterem Magistrum meum reprehendere non debeo. Natalem meum vidj, & habeo tibi gratiam accensenti me hominib. claris, non quidem meo merito, sed amoris erga me tuj mandato. Quid tum? illustriora saepe sunt praeclara collata cum obscurioribus. Vellem autem Castellinum meum hoiem certe excellenti eruditione non praeterijsses. nam

ut

ut tu mea, sic ego huius amicitia superbio, & ille me certe fratris
loco diligit. Vlrici autem Zwinglij natalem cur reticuisti, viri
certe digni hominum memoria. nam cum actiones eius cum Mro
commemores, cur eius natalem praterieris? Quod si nescivisti, na-
tus est, ut refert Bullingerus, in Comitatu Doggenburgensi, in opp.
dum Wildenhause, honesto apud suos loco, Anno 1487. Item
cum Ecclesiastica potissimum notanda tibi sumseris, non erat praeter-
eundum, Thomam Wittenbachium, Zwinglij praeceptorem Anno 1505
Basileae & Tubingae contradixisse indulgentijs pontificijs, & asseruisse
iam tum, salutem hominibus & iustitiam contingere solum ex mor-
te & beneficio Chri. Item Zwinglium cepisse publice in templis
concionari 1506, cum summa auditorum gratia & admiratione.
Eundem factum esse pastorem apud Eremitas Glarae A° 1517:
pastorem Tigurinum A° 1519. Offendam, inquies, aliquos. Offen-
des igitur narrationibus quoque alijs de Swenkfeldio, Luth° Islebio
Osiandro &c & plurimis alijs a quib. dissentiunt. Itaq. cau-
sam non habes cur illa praetermittas & optimos illos homines
sua laude defraudes, qui etiam ante Mrm Dei gra, Euangelium
de Jesu Christo & eius merito fide capiendo docuerunt. Vides .n.
multos vel ob eam causam in Mri noie tanquam attonitos haerere,
qd

quod ipsum primum fuisse autumant, per quem reducta sit in conspec-
tum hominum lux Evangelij. non dico hoc ad illum extenuandum,
quem valde amo, & inter praecipua Dei organa numero, & ubi locus
datur defendere soleo gnaviter. at numen ipsum facere non possum,
nec ab alijs fieri patior aequo animo. Verum de hoc satis. Intelligis
quo spectem, & quid velim. Quod ad coniunctionem nostram
attinet, ne sis sollicitus. ea nos in sepulcra usque sequetur; aut
potius nunquam morietur. Absit, ut alterum alterius unquam pudeat;
id quod te nolle ostendis. Immo ego etiam nolim; neque id futurum
metuo: neque tu quaeso metuas. Parum te increpo, qui te id subvereri
prae te fers, quasi alterius alter sensum non pernoscamus. Bis dur
der alt Ab. Jch will der alte BS. seyn unnd bleyben. Pan-
doram sub. prodijsse, & jam legi vulgo audio. Exemplum nullum tamen
vidi. Cum tot commonefactiones & reprehensiones illi libro op-
positae sint, in quibus errores & insidiae veritati structae manifes-
tissime ostenduntur, profecto stupenda caecitas est tantum progredi
nostros & monstrum illud tantum non pro numine habere &
adorare, nec quicquam valere tot principum & doctissimorum virorum
deprecationes. Quid dicamus? Poenae sunt hae omnium gravissi-
mae peccatorum, quibus Deum offenderunt atque indies offendunt homines.
Hoc autem agi putant aliqui ab Flacio, ut Pandora pro vera
&

unica explicone τῆς ὁμολογήσεως Aug. habeatur, & huius ex-
plicationis autoritas Imperatorio decreto stabilita oes dissentien-
tes ab ea, & a societate τῆς ὁμολ. & a pace Relig. exclusos tan-
dem & in effectu, ut loquuntur, proscribat. Bone Jesu, re non
cognita, non auditis qui contradicunt, & contra oem rationem ne
dicam ueteris Ecclesiae morem, tot hoies, populos, regna, iniustissi-
me damnari, & aut cogi ad assentiendum, aut exilijs & vio-
lentia opprimi. Unquam ne quisquam cogitatum iniustius! Ego qui-
dem Imp.^em non puto recusaturum Pandorae confirmationem, pro
explicatione genuina τῆς ὁμολ. Quid .n. aptius ad nos-
tros distrahendos, & tandem exponendos communium aduersariorum
iniurijs? Vide artes Sathanae: vide nequitiam & improbita-
tem organorum huius. Profecto si quod ullum unquam tempus
fuit, quo periclitata est Eccla, nunc illud est. Primum scrip-
tiones & pugnae librorum oes angulos complebunt. hinc non veri
diligens inquisitio, non errati poenitentia; sed acerba odia & irae
implacabiles existent. Inde exulceratis utrinque animis, Utinam ne
motus & bella in Germania exardescant. Palat. & Cattus & Anh.
subscriptionem plane detrectant, nisi ante habeatur Synodus, &
in ea, facta disquisitione accurata de libro, communi iudicio

statuatur

statuatur recipienda esse dogmata illo comprehensa. Synodum non admittunt qui in clamoribus & vi, suae sententiae defendendae spem collocant, quiq. si res ad Synodum deducatur, iam praevident se suamq. sophisticen & structos veritati dolos ac fraudes facile universo orbi apparituros, seq. ipsos bonis omnibus ludibrio & ob productam controversiam malitiose, odiosissimos mortalium omnium futuros. Verumtamen Palatini El. nomen inter approbatores libri extare audio. at nihil refert ita esse. Palam .n. & aperte postea Palat. professus est se neminem suorum ad subscribendum vi adacturum, & suadere, ut publicatio libri usq. ad Synodum differatur. Auditus non est. Interea fetus hic abortu editus in lucem. A D. Jac. Monavio expecto aliquid literarum. Te rogo ut cures epistolas quas a me manu scriptas ad me redire

Tuus Index Chronol. in laude est apud multos. Sic tamen ut nemo sit quin maius illud opus, cuius nob. spem fecisti, videre cupiat. Itaq. te amanter diligenterq. hortor, ut id opus maturès ac perficias, ne te gloria illa quae certe laborib. & meritis tuis debebitur, & nos voluptate, quam nos capturos confidimus, nimis diu defraudes. Et praestat hanc te degente in his terris operis illius fructum apparere, quam vita functo frustra ab hominib. desiderari.

Quamobrem

Quamobrem te summopere una cum d. Casp. rogo atque hortor ut ne cesses aut abijcias studium industriae in conficiundo quod non modo meditatus es iam & ni fallor absolutum habes, sed etiam saepius es pollicitus, ut ex stipulatu videamur iure nunc adversum te agere tandem posse. Caussaris valetudinem. Credo ea te esse nonnunquam teneriore: & vires tuas non ignoro, neque sane velim tuo incommodo quicquam a te in aliorum gratiam suscipi. Verum cum res ad util. publ. pertineat, & te ego quidem sciam, quicquid in opere laboris fuit, id te iam ante exhausisse, ut non magno tuo negotio adiungi a te possint caetera. Speramus & Deum tibi tanto benignius affuturum & suppeditaturum vires, & valetudinem firmaturum, ut expectationi hominum in tam honesta, pia, atque etiam prope necessaria re possis satisfacere. Et nos Deum pro te precaturos diligenter ne dubita. Is vires conanti sufficiet, & minime deerit auxilij sui clementia & copia, tam pio labori & consilio tuo. Velim autem me doceas, num expectare deinceps a te editionem possimus, ut habeam quod quaerentibus ea de re qui minime pauci sunt, respondeam. Nudius tertius epistolam accepi, in qua perscriptum fuit, prope Dantiscum grandinem cecidisse magnitudine

pugni

pugni, & maiore est, quâ quicquid in agris eo loco fuerit frugum omnium, porcorum, boum omne trucidatum sit, & hisum qui non interfecti essent penitus, brachia aut crura contusa, ut fractis non essent dissimilia: tecta etiam & domos summopere violatas, & tantum datum damnj, quantum sarcire multi anni vix possent. Apud nostrum Electorem est iam [illegible]. Aliquid haud dubie cudent, aut huic certe insusurrabit, quod tamen laetari possimus, tempus docebit. Adhuc quidem utimur aura tranquilla. Dns nobis adsit gratia & bonitate sua. Comitia Norib. indicta sunt ad 28 Aug. Eo ibunt El^es ipsi. Causa esse fertur praecipua motus Belgicus. nam cum Rex Hisp. perhibeatur in Belgium venturus, & videatur aliquibus metuendum, ne quid in Germaniam exsulum Belgicorum receptatricem, & adiutricem eorum qui Hispanicae tyrannidi adversantur moliatur, muniri remp. consilio & authoritate Imperij necesse putant. Deus dirigat consilia potentium ad finem salutarem. Mea vx. praegnans est & vicina partui. peto a te ut eam Deo commendes. Videtur mihi ad esse pusillo, & nescio quid ominari; quae me res, ut existimare soles, non leviter angit, etsi ad istam dissimulo & me optima esse spe prae me fero. Spero autem Deum affuturum nobis, & facturum Unde & ipsi gloria & nobis in fortuna adversa
hone

tione multiplici consolationis aliquid nascatur. Tuam uxorem &
liberos salutamus amiciss. & vos deo rectissime valere optamus.
Vale mi cariss. & integerr. frater. Dominus sit cum nobis orbis. Amen.
Berliao. Von tags nach Margarete. 80.

Veterr. & veriss. amic.
Thomas Hubner.

Reverendo & Eximio Christi seruo, D. Johanni
Hodderseno Seniori, & reliquis ipsius Sym-
mystis ac Collegis: dominis & fratribus
summe obseruandis.

Gratiam & pacem a Domino. Etsi me potius a vestra constantia
erudiri & confirmari oportuit, Reverendi viri, Domini ac fra-
tres plurimum obseruandi: tamen cum ex hoc optimo fratre
nostro Sibbrando Jubberto tum certamina magna vestra cogno-
uissem, quibus nunc vos Dominus istic exercet: tum etiam intelle-
xissem gratum vobis officium meum fore, si quid ex me audi-
retis consolationis: nolui tam praeclaram mutuae nostrae συμ-
παρακλήσεως praestandae occasionem praetermittere. Egit
igitur ille mecum de certis capitibus, de quibus turbae sint
istic aliquae excitatae, nempe. De corruptione hominis. De
operum cum fide coniunctione. De praedestinationis caussa.

De signorum sacramentalium vi. De Baptismi ritibus huma
nitus introductis. De Transsubstantiatione & Consubst:ne in
Coena Domini. De coena aegrotis administranda. De disci-
plina Ecclesiastica. Sunt autem hae quaestiones gravissimae, de
quibus si apud me tempestiue Subbertus egisset, ac non potius
eo ipso pene momento quo iter erat ingressurus, plenius eram
ad vos scripturus, ut aliquid a vobis elicerem quo doctior
& in Veritate Domini Confirmatior evaderem. Sed cum neq. id
sit opus apud vos, neq. mihi temporis satis Concedatur, paucis
respondeo. Ad primum Caput. Non posse me dubitare
quin homo nascatur mortuus in peccato, ac proinde omnis
boni motus prorsus expers. Neq. tamen propterea vel fit homo
stipes, vel Virtutum moralium & vitiorum discrimen tollitur:
sed id tantum in homine relinquitur quod eum reddet ἀνα-
πολόγητον, neq. vere bonum dici potest aut debet, quoniam
ex Dei voluntate, cuius testis est Decalogus, non autem ex fa-
cultatib. hominis petenda est boni definitio. De secundo
capite sic sentio, Insanire qui volunt nos alia iustitia coram
Deo fretos quam unius Christi per fidem apprehensi, posse apud eius
tribunal absolvi, & aeterna vita donari: & hoc nostro seculo
intollerabilem esse impudentiam eorum qui iustitiam impu-
ta

tatam cum justitia inhaerente sive cum regenerationis gratia & effectis confundunt. Ad tertium respondeo, Pelagianos esse manifeste qui praevisionem fidei vel operum faciunt praedestinationis causam, quoniam hac ratione fundamentum salutis nostrae in nobis ipsis sternitur, quo dogmate falsissimo omne Christi beneficium aboletur, & omnis nostra consolatio ac πληροφορία semel tollitur. Neque vero propterea Deus vel statuitur auctor peccati, quum praedestinatio Dei non tollat contingentiam, vel dicitur Deus προσωποληπτης, ut qui nemini sit obnoxius, nec in alio quam in semetipso, suoque beneplacito causam praedestinationis Electorum suorum spectavit. Ad quartum. Quae audibilis verbi vis est, nempe ut per aures admoneat mentem earum rerum, quarum voces ipsae notae sunt: eadem quoque vis est verborum invisibilium ut vocat Augustinus, h. e. signorum in sacris mysterijs, nempe ut per ea certiores reddamur ijs de rebus quae per ea sic significantur ex Domini instituto, ut etiam participanda praebeantur. Eos autem qui amplius aliquid signis tribuunt, quasi videlicet sicut vis nutriendi naturalis inest cibo & potui: ita etiam vis quaedam spiritualis sacris signis inhaereat

inhaereat aut adhaereat, existimo in primum primae tabulae praeceptum gravissime peccare: & ipsorum sacramentorum finem ignorare. Ad quintum. Nimiae est audaciae quicq[uam] adijcere audere aut detrahere sacramentis, seu quod ad eorum substantiam ac materiam, seu quod ad ritus sacramentales attinet, id est, qui & ipsi significandi causa ex Dei mandato sunt praescripti. Ad sextum. Neq[ue] μετουσία, neq[ue] συνουσία cum corporis Christi veritate & sacramentorum fine stare magis potest q[uam] lux cum tenebris. Nec propterea vera veri corporis & sanguinis Christi κοινωνία tollitur, imo vero stabilitur. Ad septimum. Arbitror recte fuisse constitutum ut quo tempore Caena Domini in publico caetu celebratur aegrotis potentib[us] & spiritu praesentibus distribuatur. Etsi vero qui extra illud tempus petunt videri possunt aut non satis recte instituti in re sacramentaria, aut aliquam ἀτεξίαν invehere: condonarem tamen aliquid eorum infirmitati, modo in aliquo caetu honesto rite Caena Domini apud aegrotum administraretur. Ad octavum. Non o[mn]es partes Ecclesiasticae disciplinae sunt pariter necessariae, & paulatim extruendum est hoc aedificium ut ho[min]es intelligant quid sit iugum D[omi]ni, cui sese submittunt. Itaq[ue] minime deserendum

dam Ecclesiam puto, etiamsi obtinerj non possit à Magistra
tu vel plebe, plena Ecclesiastica jurisdictio. Unum est quod
praecipue scrupulum potest religioso pastori injicere, nempe si,
sublato omni κατηχισμῷ & excommunicationis usu, co=
gatur quosuis contemptores iudicatos, neq resipiscentiam testa
tos ad mensam Dnj admittere. Hic ego vero praeter se=
veras & expressissimas admonitiones & protestationes adver
sus hoies prorsus imperitos, vel publicj offendiculi notatos, oia
tum apud magistratum, tum apud illos ipsos movenda & ten=
tanda suaserim, & patientia quanta fieri pt. utendum, prius
qm ptr oves morbidas & impatientes q sanae se deserantur,
ne peius sit ipso malo remedium. Quod si tentatis oibus
non iam infirmitate sed manifesta rebellione iugum Dnj
repudiaretur, tum demum consuerim excutiendum pedum
pulverem, & quidius potius tolerandum qm ut à nobis scien
tibus & prudentibus res sacrae profanentur, & ultro prire no
lentibus, praebeamus exitij instrumenta. De his Reverendj
Viri ita credo & doceo in hac Ecclia per Dej misericordiam,
cuius verbo per prophetas & Aptos nobis tradito consentanea
haec esse existimo saniis ac minime contentiosis hominibus

liquere

ligere. Quemadmodum autem vestro hac in re consensu nobis cum incredibiliter delector: ita etiam vos à contrario spiritu spero istic turbari & divexari vehementer doleo: & Deum oipotentem toto aio precor ut huius spus erroris efficaciam potenter cohibeat, eamq: vobis constantiam subministret quã opus est & ipsi firmi stetis & oves vestrae fidej commissas non possint isti lupi depredari. Dies certe mali sunt. Sed potens est Dominus Deus noster, qui coronam promisit perseverantibus: & ut prematur veritas: nunq tamen opprimetur. Quod si nos etiam ad sanguinem usq. pro veritate oporteat decertare. tanto certe gloriosior fuerit noster triumphus, quanto durius fuit certamen: Isti vero suo tempore rationem omnium a se dictorum & factorum sunt reddituri. Sed quorsum haec ego apud vos? nempe ut nos vobis συμπαθεῖν intelligatis, & quãvis singulari Dei beneficio ab oib. turbis in hac ecclesia nunc immunes simus, vobiscum tamen communem hanc miseriam existimare, assiduasq. nostras preces cum vestris coniungere, quas certe irritas minime futuras speramus. Bene valete Reverendi viri, patres & fratres in Domino observandi, & nostrum ministerium vicissim Deo commendate. Genevae

nena, Calend. Augusti. Anno ultimi temporis. 1577.

Vestrae praestanti pietati addictus.

Theodorus Beza.

Eximio christi seruo D. Henrico Mollero, dño & fratri summe obs^do.

S. Mihi uero, Vir praestantissime, nihil potuit gratius accidere literis illis tuis, summae tum humanitatis, tum etiam beneuolentiae tuae testibus locupletissimis: quibus quod tam sero respondeo, uelim ut unj tabellariorum idoneorum penuriae tribuas. Semper enim sum ueritus ne si fortasse in istorum manus inciderent qui tam studiose occasiones nocendj captant, ne meum unicum nomen nouam aliquam tibi molestiam crearet. Caeterum etsi in ijs quae mihi tribuis magnopere te falli quadam amoris abundantia uideo, fateor me tamen grauissimo testimonio tuo, non modo fuisse ualde delectatum, sed etiam magnopere incitatum, ut reliquum mei curriculi spatium maiore alacritate conficiam, tuis praesertim & bonorum precibus fretus, quos labores qualescunq. meos non displicere animaduerto. Ut autem ingenue fatear quod res est, tantopere me taedet scribendarum apologiarum, his praesertim temporibus, in quibus tam

multos

multos uideo non errore iudicij neque ignorantia, sed una improbitate & pervicacia peccare, ut perpetuum mihi fuerim silentium indicturus, nisi me nonnulli pergere iuberent, citata etiam gravissimi testis Augustini sententia, qui post Apostolorum doctorem Ecclesiae non tantum Veritatis propugnatorem: sed etiam erroris expugnatorem appellavit: cui attentitur quoque Christianus ille philosophus nos admonens Christianorum esse proprium, ut non tantum περὶ ἀληθείας, sed etiam ὑπὲρ ἀληθείας disserant. Itaque tertiam quaestionum mearum partem edere cogitabam, quum allatus est ad me Kemnitij liber de duabus in Christo naturis, tanto certe deterior quanto auctior factus, in eo quidem, de quo nunc controvertitur doctrinae capite. Reperi .n. in illo nonnulla quae novas mihi refutationes suppeditabunt, ac proinde, ut spero, efficient ut nostra maiore cum fructu legantur. Aliud opus non tam meum profecto quam tuum, psalmos videlicet latinis versibus a me utcunque post Buchananum expressos prelo commisi, quorum tamen editionem typographus ante has nundinas absolvere non potuit. Auctum .n. est opus paraphrastica interpretatione & argumentorum adiectione, in quo ita sum tuis doctissimis commentarijs adiutus, ut id nisi profitear

animi

animi ingrati crimen effugere non possim. Quam ego vero mallem in istiusmodi lectionibus & scriptionibus vitam potius nostram quam in apologijs scribendis consumi. Sed age fiat hic quoque Dei voluntas. Edidi nunc scriptiunculam de vocis Ecclesiae invisibilis notis, brevem illam quidem sed magni momenti, & προδρομον postscribendae libri Cassandri & aliorum quorundam similium refutationi. Annotationes meas in novum testamentum & minores & maiores auxi quamquam & multis locis emendavi, magnopere certe ea in re adiutus à doctissimo & optimo nostro D. Crotmo nostro, cui utinam in eo pergere licuisset, quod auctore & hortatore me instituerat. Ecce vero istius abrupti instituti recordatio incredibilem illum dolorem renovat quem ex nobilissimae totius orbis Academiae vastatione, totique iam consequutis & deinceps etiam secuturis calamitatibus incredibilem & uni Deo nostro medicabilem capio. Tantamne vero cuiquam esse posse audaciam & tantam spiritus erroris efficaciam? Sed meipsum cohibeo, frustra enim haec apud homines, tales praesertim dum tenebrarum tempus viget. At certe non sunt irritae apud Deum filiorum bonorum preces. Tu vero quaeso, cui nunc plus

plus otij profecto quam Ecclesiae usus ferat, conceditur. quid tandem meditaris, vel agis potius? Nec enim, sat scio, qua es animi fortitudine, dolori te dedis, aut inanib. querelis indulges. Itaque patere me istud etiam abs te pro tua in me benevolentia petere ut te in isto quoque iustissimo maximoque maerore minime otiosum fuisse certo experiatur, quando quidem quocunque ingruant tempestates non frondere modo et florere, sed etiam fructus suavissimos edere arbores in domo Domini plantatas, David noster te quoque interprete testatur. Vides vir eximie quam familiariter tecum agam. Tu vicissim Bezam amare perge, memini in te diligendo certaturum. Bene Vale. O Iesus servator ille noster, non ille Utopicus, sed verus Deus et homo quem e caelis venturum credimus, et iam nunc spiritu suo in nostris cordibus regnare revera sentimus, tibi tuisque laboribus magis ac magis benedicat, Teque cum bonis omnibus Ecclesiae tuae quam dilectissimae incolumem servet. Genevae 25 Martij 1579

Tuus Beza.

× Nos Dei beneficio, et bene hic valemus, et adhuc summa tranquillitate fruimur, si adversariorum minas exceperis. Gallica regno fatalis procul dubio rex ipsum quercetio quodam imminet

net, nisi me coniecturae omnes fallunt. Ecclesiae paulatim in-staurantur, sed lento admodum progressu, paucis ex tanta laniena & octodecim annorum bello superstitibus: & paucissimis etiam ex superstitum numero eousq. fortibus ut in tam incerto rerum omnium statu audeant coetus frequentare. Non est tamen suffocatum semen, quod favente Deo tot martyrum sanguine irrigatum tandem emerget & suo tempore cum centuplo fructu pullulabit.

## EIDEM.

S. Tristissima quidem sunt, quae tu mihi, Vir eximie, postremis literis tuis significasti, & aliunde quoq. cognovi, sed ad quae iampridem nos obduruisse oporteat. Ad nos quidem privatim quod attinet, etsi ἀναίσθητοι non sumus: absit tamen ut de eo supra modum doleamus de quo nos gaudere & exultare iubet ille cui hac etiam in re συμμορφούμεθα. Publicam autem Ecclesiae calamitatem tum praesentem sane perpetuis gemitibus deploremus, tum etiam sequuturam atti dnis parib. avertamus. Sed agedum interea acquiescamus in istis Dei iustissimis iudicijs, meditantes illud Apostolicum: Oportet haereses etiam esse inter vos, ut qui probi sunt manifesti fiant: Et illud, Novit Dominus qui sint sui. Acquiescamus

camus inquam, mi frater, in hac iusta Dei nostri voluntate, quae mutari nec potest nec debet, & ab eo petamus ut in his tempestatibus ea ipsa gratia nos contineat, qua nos ab istis impuris segregavit. Me vero privatim istud quoque consolatur, quod sexagesimum annum ingressus iam ipsum portum oculis praecipiam: quamvis in vicini Gallici regni propinquum exidium & alia multa intuens vix fieri posse putem ut pacis eius beneficio qua nobis tam diuturna obtigit, diutius deinceps fruamur. Itaque nunc me totum, omissis quantum licet concertatorijs disceptationibus, ad sacras & placidas meditationes converti, quibus videlicet velut saburratus adversus imminentes tempestates confirmer. ~~Harum~~ cogitationum specimen ad te mitto, meam in psalmos paraphrasin, munusculum duplici nomine tibi debitum. Praeterquam enim quod mutuam amicitiam nostram cupio hoc etiam pignore sanciri: ita sum adiutus commentarijs in id psalmorum opus tuis, ut haec scriptio non multo magis mea quam tua ipsiusque censeri optimo iure possit. Versiculos adieci ex amicorum potius iudicio quam meo. Caetera si bonis placuisse cognovero, tale fortassis etiam aliquid in nonnullis & veteris & novi testamenti libris audebo, si volet Dominus. Itaque te vehementer rogo & pro

amicitiam nostram obtestor, ut tuum de hoc instituto meo judicium quam liberrime ad me perscribas. Sed & illud abs te peto majorem in modum, ut quicquid in illis meis, quarum in epistola tua me-ministi annotationibus animadvertisti emendandum, aut de quo merito amplius quaeri possit, mittere ad me quamprimam occasione nactus eris, minime graveris. Erit enim id mihi pergratum, & res adhuc prorsus est integra, Henrici Stephani rebus ita con-stitutis, ut hoc opus prelo rursum subijcere non potuerit. Quod superest, mi frater, quandoquidem in istiusmodi tempora inci-dimus, quantumvis etsi non improvisa prorsus, tamen repenti-na tempestas nos arripuerit, persistamus fortiter in statione, do-nec Imperator vel decedere nos iussos amocet, vel ipsemet adveniat. Bene Vale Vir eximie & frater observande. Deus clemens exaudiat nostros gemitus, faxitque ut quietem maiorem nacti Ecclesiae Christi prodesse magis ac magis possis. Genevae. 21 Aug. 1579

Tuus Beza.

NICOLAO RHEDIN
GERO F.

S. Nos hic non minus sollicite eventum expectamus belli Persici, quam vos, ut video polonici. Veremur enim ne belli

eiusd.

eiusd. finis calamitatum nobis maiorum adferat initium. Quod
tamen prudentia humana precaveri potest contra hoc periculum un-
dique remedia circumspiciunt, qui in hac tamquam statione pro rep. evi-
gilant. Consiliis sapientissimis & viribus quicunque modi utinam animus
respondeat sine quibus scis ne maximam quidem potentiam valere ali-
quid. Turcam quidem de pace cum Persa reconcilianda serio cogi-
tare & in Christianos classem jam nunc apparare cuius usus in
annum proximum sit, multorum literis & nunciis aliquoties jam
huc significatum Constantinopoli fuit. Vehementer autem me-
tuunt Veneti, ne qui ad omnem iniuriam magis opportuni sunt
ante omnes ab eo petantur qui satis intelligat his quasi fundamen-
tis reip. Christianae convulsis reliquum aedificium stare diutius
non posse. Novissimis quoque literis Constantinop. XVII Sept.
datis magnus quidam mihi confirmavit ad se scribi de [illegible]
conditionibus pacis iam Turcam cum Persa convenire. de iis quae
paucae nec magni ponderis sint Archibassae Sinanio transigendi
negotium datum esse, qui hoc diligentius huic rei incumbet, quo
magis credo cupit quamprimum redire Constantinopolin & in summae
dignitatis tranquillam possessionem venire. Quod ad Venetos
hoc ipso nuncio perscriptum sit difficile est statuere, cum
vulgo

vulgo contraria ferantur. qui autem id scire possunt, iuratum quasi teneant silentium. Legati Gallici Secretarius qui superioribus dieb. Constantinopoli huc rediyt, paulloq. post in Galliam discessit, de classis apparatu mihi retulit, nouas scilicet triremes quamplures ad pontum Euxinum exaedificari, ueteres Constantinop. refici, frumentum & farinam ad panem nauticum conficiendum imperari. Fieri tamen potest, quod in rebus magnis solet, ut leui momento immutentur omnia, & cum pacis tractatio irrita acciderit, tum ad inanem terrorem potius & ostentationem classis illa quam ad effectum insigniorem ualeat, aut et alio se conuertat. Turcam enim nemo dubitat Hispani luminibus alte adeo se efferentibus obstruere ante cupere, quam illo Monarchia, quae iam posita uidetur fundamentis aliquid amplius superstruere possit. Huius rei metu omnia facit legatus Hispanicus, ut ab eodem Turca induciarum prorogationem in annos octo obtineat, nec ullis hic sumptibus parcitur, nec est qui se opponat, ut opinio est, admodum. Legatus .n. Gallicus neq. paratus est ab ijs rebus quib. barbarorum animi maxime capiuntur, & Rex Gallicus ita se gerit reb. omnibus ut cum Hispano collidere uideatur.

videatur. Lusitania certe ne ille potiretur cum efficere posset, & bonam magnamq. partem Belgicae ad regnum Gall. adiungere: cum suis bellum gerere tamen maluit quam bellum cum illi contra Hugonotos ab oib. desertos siuedat felicissime, magis de eo peregrinando quam pace reconcilianda laborare videtur. aiunt si hanc forte ineat & fratri in Belgicam ituro scilicet consentiat, fraudulenter id facturus putatur, in perniciem & fratris eiusdem quem odisse dicitur & Belgarum quibus semper nocuit antehac & nocebit imposterum. Regina certe mater ut pro natura sua oia implicet, & Hispano quoq. aliquid negotij facessat. haud tamen commissura putatur ut non multo plus Belgis noceat. Fide quidam dignus adfirmat illam quicquid contra simulet, cum Hispano etiam nunc agere ut Alenconio filiam suam uxorem det. Totam quidem Galliam plenam esse ijs qui Hispani rebus, pecunia empti faveant, ij qui scire videntur palam dictitant, ac res ipsa loquitur. De Alenconio ipso, si iudicandum ex praeteritis ipsius actionibus sit, Belgae quid expectare possint, etiam me tacente intelligis. Intercessione huius cum Hugenoti arcem Feram ita Regi dedidissent ut salui ipsi & incolumes Cameracum se transferrent, a regio milite insidijs excepti & contrucidati sunt, dux eorum Muirus

summa

summa spei & virtutis juvenis lutetiam captivus abductus. Et spargunt tamen ijdam regij nulla sua culpa a rusticis contrucida tos fuisse. Regina Angliae quae frustra hactenus omnem movit lapidem ut H. & G. committeret, in summo periculo constituta quo se vertat vix habet, cum praeter tot hostes extraneos domi etiam serpentes tot in sinu foveat. Contra hanc a Pontif. et Hisp.o coniuratum, ut prima quaq. occasione in eam summis viribus impetus fiat, magni etiam autores ut rem indubitatam confirmant. Belgae ut ipsi per se convidant aliunde tibi est no-tissimum. His omnibus malis mirum ni remedium comitia Ger-manorum adferant. Cum enim sunt tam egregie, ij aliorum et rebus profecto & melius fortassis consulent quam ipsi intelligunt. Secretarius a Gallo huc adest a diebus aliquot. plerique putant enim magni quid tractasse cum Venetis, sed qui scire volunt, ne gant, & venisse eum unam hanc procupire ob causam atte-runt ut Cardinalem Estensem opera legati Gallici adducat, quo is Pontifici reconciliatus Romam redeat. Monavij casus magnum sane mihi dolorem attulit: hunc cum Velio & amicis caeteris a me salutes & festinationi ignoscas rogo. Ve-netijs XIIII octob. A° 1580.

W. Zundeling.

EIDEM.

S. Multa sunt indicia amoris singularis erga me tui. sed nullum maius quam quod inter occupationes amorum tuorum, quibus penitus es immersus, in medio apparatu nuptiarum tuarum, quae totum te occupatum tenent, copiosas adeo & crebras ad me literas mittis, quas nunquam profecto lego, quin nova voluptate adficiar. Etsi .n. semper es tui similis in scribendo, eademque imago humanitatis summae atque doctrinae tuae ex omnibus tuis elucescit: illa tamen colorum quasi varietas mirifice me delectat, qua tuae omnes insignitae sunt. Facere itaque non possem, quin in singulas à te eptas tibi gratias agerem, nisi memoria tenerem neque amicitiam nostram, neque pacta inter nos & conuenta gratiarum actionem admittere. Quod si facultatem hanc qui antehac, imprudentia & impudentia sua iterum mihi non eripuerit, crebrius ad te uiris sim scribendi de rebus quae hic digna scriptione quotidie occurrunt, hac saltem ratione cum alia non possim, memorem me tibi ostendere conabor. De Hispani ualetudine ex Xeographilis & aliunde intelliges. quam multi tamen ita adflictam & perditam sibi persuadent, ut facile ab eo recuperari non possit, qui antequam in hunc morbum inciderat, plane iam debilitatus fractusque fuisset. Pii autem homines & Catholici sperant ipsum Dei benignitate seruatum iri, ut quod Lusitania deuicta proximum est quod conficiat, ex solemni voto foedereque cum Pontifice

fice & alijs solenni, uires suas oes in reginam Angliæ auertat,
quo periculum suum prospiciens hoc agit etiamnum Principe ut
Gallum & Hisp^m. hostiliter committat. jlle uero dum & eadem
Angla offendendi hois metu otiose spectat cum alijs ad
quos commune periculum in caussa communi pertinet, Victori
as in Hugenotos suas persequitur, & licet Alenconius uere
an simulate: uehementer de pace ipsum urgeat, tamen ante
se eam initurum negat, quam, ibi quas petit Hugonoti opida
restituant. Nihilominus profitetur tantam Hispani potentiam
diutius non esse ferendam, eiq. maturè scilicet metam esse fi-
gendam, ut si uerba eius audias, animumq. inde æstimes,
sine mora eum arma in illum arrepturum putes: Sin facta
& actiones consideres, nihil pene minus credas. Hispani
certe quod regnant & triumphant, quod audent sperantque
maiora omnia, hinc potissimum auctum ferunt, qui si co-
natus eorum in Lusitania impediuisset, quod intelligentium
judicio non magno negotio poterat, aut fratrem in Belgicam
uel in Italiam armasset eo milite quo in regni sui perniciè
abusus est, uel oppressa iam illorum uires essent, uel certè
eorumq. non progressa, ut quæ euerti poterant & contemni, ea
nunc uehementer metuenda ipsi sint. Quibus uero illæ
rationibus aut consilijs ab hac cura ad domesticum bellum
auocatus

auocatus fuerit Hispani ut ajunt quidam nummi loquuntur, qui
tanta copia tam brevi tempore in Galliam effusi sunt. Hispani
nempe non modo fortes sed prudentes et viri, qui quos vi vincere
non possunt, eos aureis his vinculis tam egregie sibi devinciant,
quib. bonam & magnam orbis partem ita constrictam tenent, ut
ej arbitratu etiam suo imperare videantur. Sed haec vobis
non sunt nova. Cui maxime horum obsistere luminibus
cuperent, hos genius ipsorum perpetuumq. studium ita plane ad
quietis & pacis cupiditatem affixos tenet, ut ultra querelas
& vota non progrediantur. Hoc igr orbis christiani statu &
rerum gestarum feliciter adeo gloria commoti, tantaq. potentia
subnixi, consilio deniq. muniti & constantia, quod reliquum
est quin vincere deniq. possint non desperant. Sed fui hic
quam statueram aut debebam longior. Navigia aliq. milite
Hispano & Italico onusta & signa pontificia claves duas,
cum corona triplici praeferentia in Hiberniam ubi iam impul
sa ferantur, quo subsecuturae mox classi, sc. H viam prae
parent Neographus credo tibi significavit. A Turca audio
nescio quasu certis autoribg & Gallum & Anglum in Hisp.
incitari, omniaq. ipsis auxilia illum polliceri, ad eamq. se
classem ingentem adornare. Expectamus certiora constat.
in momenta oia. Certum illud est esse qui Angla
apud

apud Turcam negotia tractet. Hispanicumq. legatum fide
digni aiunt metu huius multo quam ante hac accuratius indu-
cias in annos VIII sollicitare: hominemq. Gallum Constantinop.
ad Reginam Angliae missum nuper hac transiisse magna festi-
natione & silentio: Unde tu coniicies reliqua. In Lusitania
quid geratur aliunde accipies, ut puto citius & rectius.
Albano quidem duce praeter rapinas & direptiones & supplicijs af-
fectos Lusitanos complures nihil dum in eo regno gestum audi-
mus, quod magnopere scriptione dignum sit. Hic quidam
nec illo, nec indigna Lusitanis existimant quod ille cru-
delitate & immanitate tamquam bonis proprijs glorietur. hi prae-
mium libertatis & patriae suae proditae merita ferant. Sed
vivunt & in honore sunt illius proditores: propugnatores
autem supplicia luunt, quae ut alia multa providentiae divinae
relinquenda sunt, cuius occulta iudicia admirari potius quam
intelligere possumus: censura quidem nostrae submittere non
debemus. Vale vir nobilissime & amicis communibus S. P.
Viri amplissimi D. Dudilij de Cometis dissertatio commodum
huc allata typis expressa & distracta publice cum hic forte
Cometa apparuisset. Magno autem habetur in pretio a viris doctis.
Vaticinari tamen ab eodem Cometa inflammati quidam non
desinunt

desinunt, quodq. in signo piscium ille apparuit, magni alicuius piscatoris mortem significare dicunt. Venetijs XVIIII. octob. 1580.
W. Z.

¶ Joannes Crato à Crafftheim III Imppp Romanorum intimus Medicus & Cons.
Abrahamo Bucholzero, Viro & Theologo integerrimo S D.

Aliquoties hoc summus meus Jacobus Monauius mecum per lras egit ut cum saepe quae mea de tuis lucubrationibus sententia sit, ad illum perscripserim, eandem tibi exigua significatione ostenderem. Futurum enim sperabat, ut onus grauissimum scribendi Chronica à te susceptum in hac valetudinis tuae infirmitate & judiciorum peruersitate maiori animo perferres. Ego vero etsi aetate sim nunc ad oia segnior, & ijs curis atq. occupationibus implicatus atq. constrictus, quae me nihil, ut uolo, facere sinunt: tamen cum nudiustertius D Petrus Monauius aulae Imperatoriae Medicus tuas literas mihi legendas daret, e quibus quam praeclaram de me opinionem haberes perspicerem, hac ad te de animi mei sensu depromenda & epistolae, ad quam nihil fere vacui temporis conceditur, inscribenda putauj. Sic autem nunc atq. ex animo statuo, secundum eam sapientiam quam ex diuinis literis consequimur, nullam neq. veriorem neq. iucundiorem atq. uitae humanae utiliorem ea esse, quam historiarum studium

dinum praestat. Nam cum Exemplis magis quam ulla re erudiamur, & quae in vita eveniunt ea ad praecepta atque sententias tamquam Regulas sint revocanda, Consequens est, Cum historiae Sententiarum, quas sapientes, quemadmodum praeclare praecipitur, pueris discendas proponunt; quo viri facti ijs utantur, quasi regularum Exempla sint, rectius atque evidentius illas ad sapientiam veram traducere, & multo felicius in communi vita sapere, magisque Reip. prodesse, qui Exemplo sapiunt. Quantum autem ordo Locis omnibus doctrinae partibus adferat, non necesse est multis verbis ostendere; Eum cum in tuis elaborationibus singulari studio & contentione sequaris, non possum non tibi hunc animum & seculo nostro istam felicitatem gratulari, quod cum a sacris studijs discedis, in historia ordine omne tempus, omnem laborem singulari diligentia consumis. Vellem si nobis res agerentur, huius loci atque ordinis homines hanc imitari industriam, minus certe malorum, minus perturbationum & calamitatum publice & privatim multi sentirent, minus disputationum & distractionum & perniciosissimarum contentionum in Ecclesijs, scholis & politijs esset. Verissime n. atque sapientissime quidam scripsit; Homines rarius in adversos & miserabiles casus incursuros, si historias legerent atque Exempla

eorum, quæ prius acciderunt, erudirentur; Hoc si seculi nostri in-
commodis, in quibus tantum non παλαιὰ erga præceptores optime de
ipsis & universa Ecclesia, meritos, verum προέχουσα χάρις τοῦ Θεοῦ
ἐνδεῖ, & ambitione atque persuasione falsa, occæcata mens eam respuit,
in animum veniret, atque certamina illa tetra & nephanda hæreticorum
de persona & officio Jesu Christi Servatoris & Messiæ nostri vnici,
Ecclesijs Orientalibus, extincta vera luce divina, tenebras horrendas
attulisse, cogitarent, profecto magis Deum quam homines, quod Basilius
vester ἔμφυτον πάθος τῆς ἀπιστίας recte nominat, metuerent,
neque tanto odio & conatu dogmata ignota pijs obtrudenda, ijs quos
evertere conantur, fabricarent, & errores ab erudita antiquitate tot
diuturnis laboribus depulsos ab inferis quasi revocarent. Sed de his
scribere non instituj. illud a te, mi opt. Abrahame peto, cum te
promisso teneri scias, & quam viri boni sit constantiam tueri intelligas,
cumque publici commodj causa tantum laboris iam exantlaris, ut quod
ad perficiendum & absolvendum præclare cœpta reliquum est exhau-
rias: neque te cogitatione difficultatis aut perversitatis seculi nostrj
debilitarj & infringi atque languere industriam tuam patiaris; Est
hoc quidem scribere quam præstare, præsertim ijs quibus valetudo & res
atque officij labor difficilis obstat, facilius; Veruntamen cum sciam te
toto animo providentiam divinam, quæ vna nos in omnibus difficul-
tatibus consolatur & sustentat, intuerj, atque ex ea pendere, iudicio
etiam

etiam posteritatis, si qua futura est, magis quam presentis prauitatis, moueri, in spe sum, te ea quae ad absoluendum exoptatissimum opus a te concinnatum, pertinere uidebuntur, elaboraturum & operam daturum, ut nobiscum, quibus aetas iam est acta, tua communices, nec desiderio quo teneri nos intelligis, oblanguere sinas. Id ut magno animo & pietate tua digno, atque bene merendi de multis studio confirmato facias, & Cratonem singulari atque beneuolentis-sima affectione tibi atque tuis preclaris & omnium bonorum appro-bationem dignis laboribus toto pectore fauere, persuadeas, in majorem modum a te peto. Bene Vale. Pragae e Regia XXI Martij 1581.

Jo. Crato à Craftheim.

¶ Ex literis Huberti Langueti ad D. I Cratonem.

Si viueret Maximilianus Imperator, posset his malis reme-dium aliquod adferre, &, ut existimo, suis ex filijs acquirere ha-rum regionum Imperium, quo ne excidant sunt in periculo Hispa-nj: quod si accidat aequum erit ut id acceptum ferant odio, quo puriorem religionem persequuntur: in qua ne nunc quidem mo-derationem ullam admittere volunt, cum tamen de ea re jam precipue disceptetur, & tantus sit in his prouincijs numerus eorum

qui

qui eam amplectuntur, ut credam vix usquam esse in orbe Christiano frequentiores aut magis florentes Ecclesias. Bonus Archidux Matthias videtur esse inops consilij. Misit ad hunc conventum legatos per quos petijt ut ipsius ratio haberetur & ut debita ex promisso stipendio pecunia ipsi solveretur. Credo esse decretum ut ej annua quinquaginta millia florenorum numerent hae provinciae quamdiu vivet. De debita ipsi pecunia persolvenda quid sit decretum, nondum audivj. Miror ad ipsum non mitti a vobis gravem & prudentem aliquem virum qui in hac rerum mutatione ipsi adsit consilio: Si quid forte committeret quod esset minus decorum aut alienum à dignitate tantae familiae, vos non essetis extra culpam. Quaeritur jam successor Episcopo Leodiensj mortuo. Episcopatus est potentissimus: habet enim sub suo imperio Ducatum, Marchionatum, Comitatum & duas & viginti urbes, Ambiunt eum Archiduci Matthiae Ordines harum provinciarum, & sane princeps Auraicus eius consilij author nihil non facit, ut id perficiat. Bellum apud nos geritur maioribus odijs quam viribus. In Transsalana regione & in Frisia pugnatum est aliquoties per hyemem, sub cuius initium Hispanici plerumque fuerunt superiores: a sesquimense autem Nostri de ipsis ter aut quater victoriam reportarunt Sed fuerunt eiusmodi pugnae, ut in earum cruentissima vix quadringentj

aut

ait quinquaginta ceciderint. Copiæ Hispanicæ quæ superiori aes-
tate suis excursionibus Flandriam & Brabantiam devastave-
runt, jam totos quinq. menses hærent ad Cameracum. Sperant
se posse eos qui sunt in Urbe eo adigere ut cogantur penuria com-
meatus deditionem facere. Dux Andegavensis, qui eius Urbis
suscepit patrocinium, mittit ei copias, ut obsessis subveniat, vehunt
enim secum commeatum, quem in Urbem importent. Angli
superaverunt & maxima ex parte trucidarunt Hispanos & Italos
qui in Hiberniam irruperant, & profitebantur se Ro. pontificis au-
spicijs ibi bellum gerere & ceperunt munitionem quam isti in
occidentali litore insulæ extruxerant. Comes Desmondiæ Hy-
bernus qui se præbuerat ducem ijs qui adversus Reginam rebel
laverant, recepit se cum suorum reliquijs in loca sylvis & paludi-
bus ita impedita, ut Anglicæ copiæ ad ea penetrare non possint.
Capti sunt recens in Anglia Jesuitæ magno numero, qui apud
quosdam è nobilitate delitescebant, & clandestinis suis concionibus
populum adversus Reginam concitabant. Interrogati quare &
cuius mandato hoc facerent, Responderunt se id facere ut verbum
Dei populo annunciarent, & eum ab erroribus, quibus se dementa-
tus jn viam veritatis & ad gremium Ecclæ Catholicæ reduce-
rent

rent: Se vero ut id facerent habere mandatum à Deo & ab ijs qui in ipsos habent imperium. Ex literis interceptis quae ex aula Hispanica ad principem Parmensem scribebantur, constat adversus Anglos conspirationem institui a Pontifice Rom. Rege Hispaniae & alijs quibusdam principibus, & jam coniecti sunt in vincula in Anglia frater Ducis Northfolcij ante aliquot annos supplicio affecti; & quidam alij qui ipsius impulsu nescio quid in perniciem Reginae moliebantur. Audivisti haud dubie plane profligatum esse ab Hispanis illum Antonium qui se regem Lusitaniae nominabat. Fama erat captum fuisse in pugna, sed id non esse verum ex ipsa Hispania iam scribunt. Eundem suspicantur interfectum eum fuisse ab aliquibus qui quia eripuerunt ei gemmas & res alias pretiosas quas secum gestare solebat, noluerunt fateri a se interfectum, ne praeda ab ipsis repeteretur. Fama est hic, sed nullo certo autore, eum fuga delatum esse in Galliam [monogram]. Delphis Batavorum. 1581. 11 Jan.

Ad N. R. F:

× S. Misi nuper & ad te & patrem tuum lrās quibus me placabilem praebui. Ac in spe sum patrem ita meas, ut par est, accepisse. Praeclara enim est illa Antonij ad Cic. scribentis sententia: Honestius & libentius deponimus inimicitias reip. nostrae susceptas, quam contumaciae. Sed ego divinis praeceptis moneor & cum maximo periculo coniunctum puto, meditari ea, neque quod illa iubent

facere

facere. Senectus etiam & morbi multa me monent. Grauiter
me cōladsica afferit, ac etsi ad omnia propemodum sum inuti-
lis, tamen ut dimittar impetrare nequeo. Sermones hominum
quoque vereor, quantum enim vituperationem subirem si hoc tempore
quo in horas Caesaris valetudo commutatur, discedere vellem. De
publicis quod scribam non habeo. Mitto particulam literarum Hu-
berti nostri, quam ad me Delphis Battauorum misit. Scio enim te
huius viri sermone & iudicio delectari. Regem Galliarum letha-
liter aegrotare Princeps scribit, ea re Alenconium a Belgio absti-
nere. Malo ad utrosque fallendos Auriaconij opera uti videtur.
Sed quod in Belgio & Caplum, ad nihilum recasurum multi exis-
timant. Plura scribere non potuam, neque dum quae scripsi relegere.
Bene vale. XXI. Martij 1581. Saluto patrem

Tuus Crato S.

Alia particula ex literis
Hub. Langueti ad C.^m

Exspectatur aduentus Dūs Andegauensis, & nisi mihi mature ad-
ueniat, multa hic fient incommode, & harum gentium beniuolentia
erga eum minuetur. Habet magnum numerum militum in pro-
uincijs galliis quae sunt vicinae ditioni Regis Hispaniae. Et urbs Ca-
meracensis laborat penuria commeatus: nec tamen ei subuenitur.
Credo.

Credo enim pecunia destitui, nec à Rege fratre suppeditari ipsi ea

auxilia, quae se ab eo consequuturum sperauit. Est adhuc in Aquita-

nia, ubi dat operam ut pacem recens factam stabiliat, in qua se pluri-

mum difficultati experitur: nam gentes illae sunt natura feroces & diu-

turnis bellis efferatae, animique earum uarijs hinc inde acceptis & illa-

tis iniurijs sunt ualde exacerbati. In his regionibus bellum lente

administratur. fracti sunt utrinque animi defessi diuturnitate belli &

crebris collationibus pecuniae. Sed omnes id solatij hic habemus, quod

inter turbas bellicas pulchre splendet lux Euangelij, ita ut uix cre-

dam ullas Ecclesias nobis notas posse cum his conferri & praesertim

cum Antwerpientibus. Tumultuentur, quantum uolent, Romanus

Pontifex & eius sectatores: nunquam poterunt pontificios abusus pristinae

dignitati in his regionibus restituere. Scripsi in superioribus meis lris;

Steenwickum prouinciae Transisalanae oppidum per totam hyemem

obsessum fuit à praefectis Regis Hispaniae. Redacti tandem fuerunt

ad tantam inopiam rerum omnium ad uictum necessariarum oppi-

dani ac milites praesidiarij, ut ne unus quidem inter ipsos esset, cui

quicquam superesset panis. Copiae Hispanicae occupauerant & fossa

& aggere munierant omnes aditus ad portas oppidi; ita ut nihil

inuehi in illud posse existimarent. Verum ij qui Statibus mili-

tant, quamuis hostibus [illegible] longe inferiores, XXI die Februarij

curarunt dirui partem muri oppidi, & commissa leuiori pugna

cum

cum hostibus, interea dum pugnatur, per muri ruinas commeatum in oppidum importari, quod ubi resciverunt Hispanici discesserunt ab obsidione, in qua quatuor mensium spatium frustra contriverant. Superioribus diebus metuimus ne bellum oriretur inter Anglos & Scotos; iam enim militem conscripserat Regina Angliae, quem ad fines Scotiae dimiserat. Causa eius tumultus fuerat Captivitas Comitis Mortonij, qui diu Regnum Scotiae administravit, de qua re antea ad te scripsi. Iam ut audio dimissus est miles conscriptus a Regina Angliae, cum Scoti promiserunt, se iure & legibus Regni acturos cum Comite Mortonio, cuius videbatur velle suscipere patrocinium Regina Angliae: eo quod toto tempore quo Scotiae regnum administravit, visus fuerit ipsi addictior. Credo etiam Regem Galliae dedisse operam ut Mortonus hoc incendium mature restinguereturi. Iam mittit in Angliam splendidissimam legationem cuius praeest Cossens Regni Mareschalus & Pibracus Vir doctus & facundus, qui plurimum valet autoritate apud Regem, cui adfuit in itinere polonico. [illegible]

Exc.^mo & Clar.^o V. D.no Doct. Joanni Rungio, Philos. & Medico Praestantiss.^o
D.no & amico honor.

Clariss. atque Exc.^mi V. S. P. Quod iampridem optavi, id

Andr. Duditium

id me consequutum esse valde gaudeo, & magnas tibi gratias ago. Id autem erat, ut in numerum me amicorum tuorum reciperes. Incredibile enim est, mi doctissime Lungi, quam tui similium (qui pauci omnibus temporibus fuerunt) studiosus semper fuerim, quam eorum mihi amicitiam adiungere studuerim. Hoc etiam magis equidem tibi debeo, quod literas meas quas ad te scripturus eram, testificandi amoris in te mei causa, antevertere voluisti, tam eleganti, tam docta epistola. In quam tantas laudes coniecisti, ut sine pudore eas legere non potuerim. agnosco tamen benevolentiam tuam, quae te huc adduxit, ut ea quoque in me esse existimares, quae longe a me abesse doleo. Est quidem in me fateor, amicorum, & praestantium virorum (in quibus te magno tuo merito collocandum censeo) singularis quidam & constantis amor, de eisque praeclare merendi studium immensum. hoc unum fortasse laude dignum sit. Caetera, quae mihi tribuis, vel exigua sunt, & non a me proficiscuntur, sed aliunde manant, vel prope nulla sunt. Doctrina certe minor est, quam vellem, & consuetudo atque amicitia tua, aliorumque qui excellunt in omni disciplinarum genere, postulet. Epistola illa de Cometa, nescio quomodo mihi excidit. non in hoc certe initio data fuit ad Dn. Crat. ut in manus hominum

euenire. amici hoc studio an errore factum est, ut typis descri-
beretur. Verum & ille facti sui poenam tulit, & in me multo-
rum inuidiam concitauit. Nam sententia mea, etiam ab ami-
cissimis hominibus in profanitatis crimen uocata est & acri-
ter oppugnata. quam ego pro uirili mea parte ita tutatus sum,
ut, nisi me animus fallit, & ueritati & pietati consentanea
esse demonstrauerim, ex ipsis philosophiae & theologiae fontibus.
Fieri potest ut eam apologiam non ita multo post emittam.
Etsi, mi Rungi, quid pugnamus amplius, si, ut D. Thad-
daeus & alij ex parallaxibus conuincunt, Cometae supra ☾
apparuerunt? Quod si est, longe cum Arist. nostro a uero
sumus. de quo rectius iudicabis, cum Thad. libellum leges.
quem iam ad uos allatum fuisse opinor. Tu si quid in
hoc genere elaborabis, tanto acumine & doctrina uir, quan-
tum te esse scripta tua ostendunt, non dubito quin ad ipsa
ueritatis ut ita dicam, cubilia ac latebras penetraturus sis.
Pergratum nobis facies, si nos tuarum hac de re contem-
plationum participes feceris. Vale, meq. ama. Vra-
tisl. 16 Maij 1581.

Ex. T. studios. A. Dudith.

V. Cl. D. Jacobo Fabricio S. Theologiæ Doctori, suo decori Dantisci.

S. Si tibi sæpius quam sit necesse, scribere videor, Vir clarissime & mihi in visceribus Jesu Christi carissime frater, velim te id meo erga te amori acceptum ferre. facit autem is, ut cum non ignorem te cum ferali exercitu, multorum optimorum virorum exemplo, luctari: non possim non te hortari & orare, ut pro summo gaudio ducas, cum varias tentationes ἀξιωθέντας κ(αὶ) δοκιμασθέντας tuus Jesus Chris(tus) te adire & superare vult. Scis vocationis tuæ eam esse legem, ut militia quædam sit. Relinquere τοῖς γαστροδούλοις gratiam mundi, τὰ πραθτὰ. stolidum supercilium, ac multa ἀμουσολογίας τερετίσματα. Tuum est veritatem prudenter & constanter profiteri, & multa adversa ferre. Beatus es, cum persecutionem ob veritatem sustines. Innumeros utique gentium συμπαραστάτας, & animadvertentes multa & acerba illis ferenda. Est & increscentium μαρτύριον: ut ad me Serranus olim dicebat, quid quo diutius servum dei exercet, tanto plura tibi virtutis divinæ in nostra infirmitate lucentis documenta, quæ sane animum nobis addere possunt. Ignosce, quod perinde scribo, ac si tibi meo consilio & consolatione sit opus. Scio quis sies. Sed & tu ea exprimis sophismata spiritus tristitiæ, quæ alii docti utrique. Calendis Maii Synodum celebravimus, cui me, repugnante Diotrephe, Senatus interesse voluit: ubi αὐτῷ περὶ ille

ille me adesse audit, plausibili nephreticorum dolorum prolixtu usus, sese abduxit. Duo κατορθώματα utrinq. incoata sunt. Non esse conniuendum ad ἑτεροδιδασκαλίας παντοιοτροπίας (?), ad fabulosas conciones, resperas profanis dicterijs. Nec ferendam vinolentiam, simultates, & alia dehonestamenta ministerij. Dixi quam & de necessitate exercitiorum Catechismi. Caetera antiquum obtinent in Heluetia & Sabaudia. Precor Christum ut te tuosq. oes seruet.

Basileae. 9 Iulij 1581. J Grynaeus tuus.

Nobili & Amplissimo Domino, D Nicolao Redingero: inclytae Reip. Vratislauiensis Duci & Capiti, Domino & patrono colendo.

S.D. Nobiliss. & Ampliss. domine Capitanee, patrone colende. Tantus splendor est uerae Virtutis, & sapientiae ac doctrinae excellentis, ut ignotos etiam & longis locorum interuallis disiitos, ad sui amorem, admirationemq. rapiat. Fateor itaq. me, multos iam annos, audientem praestantis ingenij, doctrinae, dignitatis, eloquentiae, grauitatis & moderationis in omni officio tuae praedicationes honorificas, celebri & consentiente bonorum & eruditorum uoce sonantes, mirifico tui amore accensum & inflammatum fuisse. Vere .n. ita sentio, etsi Vrbs nostra, multos praestantes Viros & alia ornamenta spectatu dignissima habet: tamen nihil pulchrius & admirabilius

ingenio

ingenio, virtute, & Heroica bonitate Nicolaj Redingeri in ea eminere. Quem enim intuentur prudentes ac docti, videre sibi aliquem ex vete ribus illis Heroicis viris videntur, qui propter sapientiam, doctrinam, eloquentiam, scientiam politicam, morum gravitatem atq. elegantiam in Republica primas tenuerunt. qualem Romae Laelium, Servium Sulpitium, aut Vlpianum; Athenis Periclem aut Hyperi den fuisse legimus. Reuerenter autem & officiose oro, ut amanti te, & cum omni obseruantia colenti veniam des, ac quod his literis te interpello, non nova audacia sed clientis tui filio, & Reipublicae vestrae a, lumno, Casparo Poppio imputes, Qui cum paternam erga se benig nitatem & munificentiam tuam grata mente & voce praedicaret, & literis ad M T suis, meas etiam adiungi peteret, reuerenter gratias agere Ma T. volui, quod singulari pietate & constantia patrocinium literarum in ea urbe tueretur, ac, ut inter caeteros benignitatis suae alumnos, deinceps quoq. hunc Christophorum Pop, pium munifice foueret, & authoritate sua, ac vera natura tua beneficentia aliquid ad stipendium illius addi iuberet, reue, renter orare. Vere .n. testor hunc Casparem, amore & bene ficijs tuis dignum esse, & summa cum modestiae & diligentiae in studijs, & omni genere officij laude in hac schola hactenus vi, xisse. ac plane confido, eum paulo post, Deo benedicente, Reip. usui & praesidio fore. Scio autem frugalem esse, & intelligere

beneficio

beneficio publico reuerenter utendum esse. Sed in his temporum dif
ficultatibus, & Imperiorum oneribus precia rerum ubiq. augentur. Scio
autem te intelligentem & amantem doctrinas eodem his turbulentis
temporibus erga literas animo esse, quo Leonem I Imp. fuisse accepimus.
Is enim belli tempore, Eulogio cuidam, homini docto, scholam aperienti,
salarium liberale constituisset: ideoq. à Consiliarijs moneretur, rec-
tius eam pecuniam tali tempore in militum stipendia conferri, Utinam
inquit, ea felicitas meae gubernationi diuinitus contigisset, ut omnia
quae nunc alendis militum stipendijs impendere cogor, in ornanda doctri
narum studia, & prouehendas scholas, & homines ingeniosos, optimis
artibus, quae fontes sunt praecipuorum bonorum & ornamentorum Ec-
clesiae & ciuilis uitae, excolendos collocare possim. Tiberius etiam
Imp. qui annis 110 Leonem secutus est, cum omnia liberalitate
& beneficentia erga pauperes Aerarium exhaurire diceretur: ideoq.
à matre Sophia reprehensus esset: grauissime respondit, Nunquam
defuturam esse pecuniam fisco principis, quamdiu pauperes eleemosy
nas accepturi essent. Deum aeternum custodem principum &
ciuitatum quae uera Dei Ecclesiae templa & studiorum doctrinae
domicilia sunt, toto pectore oro ut M T ad illustrandam ipsius
gloriam, & literarum ac Ecclesiae patrocinium, diutissime incolu
mem & florentem seruet. Datum in Academia urbis Rosa-
rum.

rum .6 Augusti. Anno 1581. Adiunxi epistolas aliquot patriarchae
Constantinopolitanj & aliorum, ex Oriente proximis annis scriptas,
quas spero M.tiam T. non sine voluptate perlustraturam esse.

M. T.

reverenter colens

David Chytraeus.

Doctissimo & Ornatissimo Viro
D. Christiano Francken, amico
suo dilecto. Wratislaviae.

S. Quas ad D Baumgartnerum nostrum dedisti, hasce is mihi le-
gendas communicavit, & placuerunt. Sperabam autem fore, ut etiam
nostrae amicitiae memor ad me scripturus esses, verum ex ijs quae apud
nos hisce diebus increbuerunt, intelligo, si vera sunt, quod absit, frus-
tra me sperasse. Sunt enim hic apud nos inter Mercatores, qui ex eo
loco literas habere se dicunt, quibus scribatur, Iesuitam, qui Norimber-
gae aliquandiu fuerit, ibique docuerit, & in pretio habitus sit, ad Ponti-
ficios rursus & Iesuitas defecisse. Unde constare potest, quem aio
Norimbergae fuerit. Ego etsi haec minime credam, constanterque
adhuc contradicam: agitare tamen apud te potes, mi Christiane,
quam gravem mihi & alijs plagam infligat iste de te sparsus ru-
mor. Quid vero responsurus sum ijs qui mihi haec non sine in-
genti meo dedecore obijcient? Certe nihil mihi, quod existi-
mationi meae, quam hactenus bona fide tutatus sum, magis nocere
possit, nec gravius quicquam nunciari potuisset. Etsi autem
ego

ego rumorem hunc falsum esse omnino confido: tamen illa tua tam familiaris cum Pontificijs conuersatio, quae certe istic nota & suspecta est omnibus, non mihi tantum, sed unum etiam multis magnam de te dubitandi causam praebet. Debebas certe pudori & fidei meae, quam ego pro te interposui, cum tibi literas commendatitias ad amicos darem, parcere, si tuae non uoluisti. Verum non est mihi nunc tecum hac de re expostulandi animus, neque hoc mihi iuris in te sumo. Attamen amicitiae iure ut te moneam licere mihi puto. Quod si igitur fidem & autoritatem tuam apud nos & alios amicos tuos, saluam esse cupis, hortor te ut praeceptum illud sequaris, Boni Viri officium esse non modo innocentiam se & culpa uacuum, sed & ab omni sinistra suspicione alienum praestare. Veniat tibi in mentem, quis soleat esse finis & exitus eorum, quos ambitio & inanis gloriae cupiditas contra conscientiam transuersum agit. Nulla hisce temporibus celebrior est, & de qua passim omnes magis loquantur, quam turpis illa & in aeternum detestanda Simonij apostasia, qui postquam omnes religiones simulatione fefellit, nunc per hanc apostasiam suam, in manifestum delapsus est Atheismum. Is nunquam se satis magnifieri existimauit, & gloriae adeo cupidus fuit ut exsatiare hanc suam auiditatem nulla ratione posset. Solet autem hoc plerumque accidere ijs, qui ultimum sibi finem in ingenij & eruditionis laude ponunt

uiunt, quod & ne tibi usu ueniat, da operam quaeso, & Deus hoc á te malum auertat. Adeo uero iste de te sparsus rumor me perturbauit, & adhuc perturbatum tenet, ut quo praecipue apud te argumento utar nondum mihi constet. Spero enim meliora quam quae uerenda esse uidentur. Neque nunc prolixius tecum agam, sed te quantum possum, & ea qua possum animi mei sincera affectione, quae tibi non potest esse ignota, rogo, moneo atque adhortor, ut fidei, conscientiae, authoritatisque tuae & amicorum existimationis, quae propter te non parum periclitatur, rationem habeas, & ad eum modum te geras, ne sine iusta causa sinistra suspicione labores, tuoque exemplo efficias, ne cui unquam in poste rum fides habeatur. Puto te satis intelligere quid uelim, ideo non libet copiosius & uehementius haec persequi. Deus te conseruet, tibique oculos & mentem auertat, ne uideas & inclines ad Vanitatem huius mundi. Quaeso nobis significa libere & ingenue & aperte de tuo animo. Vale & esto memor eorum quae saepenumero tecum candide & ex intimi mei animi sinceritate, in facie Dei, qui testis & iudex futurus erit omnium istorum colloquentibus sum: quod ubi facies, non facile uerebor, te aliquid homine Christiano, constanti pio & bono indignum esse commissurum. Datae Heribergae. 20 Nouembris. Anno 1581.

T quem nosti

Scribis in tuis ad D Camerarium, Iesuitam istum qui aduersus tua paradoxa duellum fidei scripsit, ubi uulgaribus pontificiorum nobis,

quos

quae non sint magni momenti: Unde colligere possum, non te Religionis veritate conuictum ad Pontificios concedere. Quod si alia causa est, vide ne te fallat animus. Voluisti apud me videri, te in omnibus probe instructum, quibus resisti possit Pontificijs. Hoc nunc reipsa te comprobaturum spero, et ut comprobes moneo. Facies autem hoc omnium rectissime, si quamprimum te isthinc periculo subduxeris.

Clarissimo eruditissimoque Dno Christophoro Herdessiano I. V. Doctori et Reip. Noricae Consiliario, Dno et tanquam patri suo aeternum colendo.

S. Tuas, Vir clarissime, literas accepi, quibus partim meam expostulas de nimia mea cum Pontificijs hic degentibus familiaritate, ex qua et rumor et suspicio mea emanavit ἀποςασίας: partim vero rogas, ut quo sim animo declarare literis velim. Ad utrumque re potius quam verbis respondere cupio. Jam iam enim currum mihi quaero, quo hinc discedere possim. Sed quorsum, inquit, quorsum tandem eundum? Cuperem quidem, si possem extra mundum: adeo nihil in hoc mihi mundo placet. Ex vivo autem mundo ut abeam, brevi fortassis Catholici Christiani me adiuvabunt, vel certe sacra illa Stoicorum anchora: ἡ ϑύρα ἀνοίκται (?). Bene vale vir optime, doctissime, mihique patris loco colende. Vratislaviae 4 Decembris A.° 1581. Amplissimo Domino, et Maecenati meo singulari Hieronymo Baumgartnero

nero & Dn M. Schilhero, reliquisq. amicis ultimam meo nomine salutem.

Tuus usque ad aram, quem nosti.

¶ Ad Nicolaum Rhedin
gerum F Fi

Jucundissimae mihi tuae fuerunt litterae, quibus tam suaviter jocaris, quod veri amoris est proprium. Hic vero tibi referrem aliquid teque imitari conarer, nisi ex pluribus litteris meis tibi iam constaret quod hoc in genere ineptus sim atque ridiculus. Ita quidem optata mihi eveniant omnia, ut hoc serio scribo pluris omnino me tuas facere quam mihi per modestiam tuam apud te commemorare liceat. Teipsum quantopere expetam, quantoque tenear desiderio suavissimae consuetudinis vestrae, adulationis suspicionem reformidans non magis ad te scribere audeo. Plane certe felicem me & beatum iudicarem, si una vobiscum summi illius viri Ruditi vestri ~~consuetudine~~ ~~convers~~ salutare & sermonibus frui possem. Utinam ille, quod tamen facturum ipsum pro bonitate sua non dubito, fructus praestantissimi ingenii, studiorum & doctrinae suae cum Germania nostra communicet aliquando, veramque illi viam ostendat discendi docendique optimas artes atque disciplinas quae ignoratae vel perperam traditae quantum detrimenti adferant reip. vellem exemplis aliorum potius quam domesticis cognitum nobis & perspectum esset. Verum de hac re alias, Deo volente, pluribus. Quae de Polonorum & Suecorum successibus narras ut contra hostem immanissimum & crudelissimum non iniucunda

hoc

hoc tamen acerbitatis habent quod ignaviam nostram nobis non tantum exprobrare, sed graviora quoque omnia comminari videntur. Baronis Fabiani Donauj virtutis laude tam illustrj hoc magis lætor, quo ille vir melior, mej amantior, omniq[ue] fortuna meliori dignior est. felicior autem fuisset, si eandem virtutem patriæ suæ ostendere potuisset, quæ sua bona ignorans quos omni studio alere & fovere deberet cives suos, hos sponte quasi sua abijcere & contemnere videtur, ne quis se: superesit qui saluti & dignitati ipsius undiq[ue] ad exitium laborantis consulere queat. Sed male ominarj & de ijs conqueri desino quæ exacerbari inanibus querelis possunt, corrigi non possunt. De philosopho illo nihil miror, quum tu scribis tanquam canem ad vomitum redijsse. Semper enim cynicum putavi, qui impurissimis quibusq[ue] maxime delectaretur. Diogenem aliquem, vel Diagoram potius qui religiones omnes suaviter rideret, eam vero in speciem proferret, quæ ipsius cupiditatj & ambitioni maxime inserviret. De controversia patriarchæ Aquileiensis cum Venetis exacte mihi non constant omnia. Summam tamen eius hanc esse audio: contendisse illum comites quosdam e familia Savorniana quæ in foroiulio illustris est inprimis & nobilitate veneta ob merita in remp[ublicam] venetam donata olim fuit, clientes suos esse. hos ad Venetos provocasse, quorum vicum in se imperium agnoscerent, sententiamq[ue] ab his contra illum

latam

latam fuisse cum frustra exspectasset, & nescio quib. rebus ostendere cona
tus esset Venetos in hac causa iudices ut vocant, competentes non esse.
Exacerbatum igitur & ab aliis stimulatum ad Pontificem de re tota retu
lisse, eiusq. opem & auxilium implorasse, Venetos hanc rem quasi cum
ignominia sua & evidenti periculo coniunctam aegerrime tulisse, & de
capite hominis deliberasse, parumq. abfuisse, quin in ipsum gravius ali
quid statuerent. Interea hunc à Pontifice vocatum Romam abiisse,
qui Pontifex & ab hoc & ab eius successore designato Iustiniano nobili
Veneto de iure edoctus, quo forum Iulium in ditione & potestate Aquil:
Patriarchae olim pene totum fuisset, Venetis ostenderit causae huius co
gnitionem ad se pertinere, gravissimisq. verbis ut iudicem ipsum sui
agnoscerent postularit. Venetos deprecatos primo ne de possessione
& dominio certo & indubitato eius ditionis, quam iusto bello quaesitam
continuata tot annorum & pene saeculorum aliquot serie tenuissent, con
troversia sibi moveretur. Cum nihil proficerent & pontifex ius sedi
S R nullis armis nulli aut tempore praescribi potuisse exciperet, &
nisi sententiae quam laturus esset parerent dira ipsis omnia ac
fulmen ipsum pontificium minaretur, de constantia sua tamen nihil
remisisse, legatumq. extra ordinem Joannem Superantium amplissi
mis & pluribus legationibus perfunctum ad Pontificem eundem hoc
oblentu designasse, ut illum de toto negocio rectius omnia edoceret,
reipsa hoc egisse ut subitum ab indignatione ipsius impetum decli
na,

narent, & nacti tempus rectius adversus minas eius sibi consulerent. Ad reges quidem Galliae & Hisp. literas misisse, iisque ostendisse, si quid ex hoc ipso negotio turbarum in Italia existeret, aut maius aliquod incommodum in orbem Christianum redundaret, nulla id sua culpa eventurum. sibi huius tranquillitatem, & sed. Romanae dignitatem curae semper fuisse, & fore in posterum. hanc non rem ita ferendi sibi esse aut praeiudicium libertati & dignitati reip. Venetae adferre non debere, cui si a pontifice periculum creetur, ei se more maiorum non defuturos. Ad has literas Gallum humanissime & amantissime respondisse aiunt, ante omnia tamen Venetos monuisse, pontificiae dignitatis quoad possent rationem haberent laudabile exemplum ea in re imitantes maiorum suorum, quod si nihil hac via proficerent, & pontifex contra ius & fas negocium ipsis facesseret, se reip. tot nominibus sibi regnoque Gallico a multis seculis coniunctissimae ad eam causam defendendam opes & potentiam suam omnem deferre, quam causam magno cum praeiudicio omnium principum Chr. reip. coniunctam satis intelligeret. Ad pontificem quoque scripsisse & eum rogasse addunt, publicae tranquillitatis rationem ut habere, nec tam alieno tempore tam evidenti sed. Ap. periculo funesto alicuius incendio occasionem praebere vellet, opinionemque esse literas has conatus eiusdem pontificis non minus retardasse quam morbum gravissimum in quem hic paullo post inciderit, occulte tamen indignationem eius hoc

magis

magis adauxisse, quo literas quasi minas & territationes iniquiori
aio ferat. Hispanum quoque adfirmant quidam in eandem fere sen
tentiam pontifici scripsisse, Venetisq. non incommodum accidisse, quod
idem Hispanus eodem tempore de iurisdictione nescio qua in Sicilia
cum sede Rom. contendens, arbitrioq. pontificis se denique ipse mitio
ris sententiae permittens deceptus turpissime fuisset. Alij diuis
cantu quod aiunt cum hoc quicquid est officij praestitisse Venetus
nulla pontificis offensione existimant, quod illi cum hoc egregie
conueniat. ad literas autem eorum W ita rescripsisse ferunt, ut
in speciem potius multa, usitato inter PP more quam reipsa aliquid
promitteret. Contra nonnulli uel hoc nomine serio ipsum quod W
intercessisse putant, ne ansam his cum Gallo foederis percutiendi
praeberet, cuius hic se cupidissimum iam pridem ostendisset: antequam
sciret Lusitaniam Hispanus occupasset, ut eius regni spem sibi
omnem eriperet. Quicquid sit, tractatio negocij huius iam diu in
termissa Romae dicitur. ad quod expediendum denique legatus quem
dixi, ad pontificem extraordinarius Joannes Superantius his diebus
discedet, simulq. operam dabit ut in locum Iustiniani pontifex non
alium quam Venetum nobilem pro recepta consuetudine substituat. In
terim patriarcha Grimanus exosus patriae & ne ijs ipsis quidem
satis gratus in quorum gratiam hoc quicquid est turbarum conciliauit,
quod

quod se videret satis honeste aut tuto ab iis expedire sese non posse,
Romae haeret. Decrepitus autem senex insania quadam correptus
existimatur, qui cum dubia et ancipiti spe purpurei pilei certas domi
et stabiles (si quid modo in vita humana tale est) tot ut ita di-
cam felicitates suas commutare voluerit, et illud in se admittere, ne
hosti palmae haberetur. Florebat bonis fortunae orbeque, propterque opi-
nionem probitatis et integritatis maioris quam in ordinis ipsius homines
cadere videtur, et splendorem quendam vitae atque magnificentiam, carus
erat omnibus: Senatui vero ita iucundus, ut de tali cive sibi gra-
tulari soleret, qui amoris etiam in illum sui documentum tum il-
lustre dedit, cum eius de haeresi accusati defensionem apud Pium V
magna huius ostentatione suscipere non dubitavit. Sed ita se res habet,
vixque fieri potest, ut idem sacrificulus et salutaris patriae civis sit.
Itaque legibus VV sacris initiati excluduntur quamquam modo, ut sic,
e numero civium, ad honores certe et dignitates civiles nullas ad-
mittuntur, quod Ioannes Casa legatus olim ad Venetos Pontificis
ridicule quidem, sed vere tamen rectissimeque exemplo suo comproba-
vit. Cum enim invitus propinquis urgentibus et cogentibus
quodammodo permisisset sacerdotem se futurum, paucis ante die-
bus quam sacris initiaretur, homines, ni fallor, amicos suos omnes in-
visit, ex iisque rogat, si quid a se vellent, sibi dum licet bonas
esset

esset, imperarent, imperata se facturum libentissime: si differrent actum esse: nemini se amplius ulla re gratificaturum. Cum risu sin-guli eum dixissent, & causam huius rei quaererent, non aliud respon-dit, quam sacrificuli personam se posthac acturum. Alius quidam maximi nominis sacerdos qui a patria ob arcana eius prodita olim proscriptus capitali edicto fuit, ab amicis quibusdam monitus agere consideratius, & palam cum deberet omnia plus quam cupiditati suae & alijs tribueret, quibus contra illam tanto existimationis suae periculo ser-viret: ea lege factum se sacrificulum respondit, ut omnia sibi in omnes patriam etiam ipsam liceant, quibus turque adminiculis ad spem maioris dignitatis nitetur. Sed de his plus satis. De Turcicis rebus quae iam plus quam cetera omnes Venetiis curae sunt quam nihil fere certi ad feratur ex mographi literis intellexisti credo. De Persarum suc-cessibus cum multa iam olim spargantur, effectus tamen insignior nullus apparet hactenus, eorumque vel imbecillitatis vel aliorum impe-dimentorum quae in bello diuturno & gravissimo verisimile est esse plura indies incidere, alii maiora, indicium illud habetur quod cum orbi viribus & cnalibus suis paucas modo arces recuperare nondum potuerint, quas Turca hoc ipso bello eis vel eripuit vel in cervicibus eorum inaedificavit. Contra Turcam aut parum sibi ab illis metuere, aut de pace mox consequenda sibi polliceri, ex eo
colligunt

conijciunt, quod ex novissimis lris XIII Octob. Constantinopoli scrip-
tis intelligunt, legatos ad eandem pacem tractandam designatos à
rege Persarum in via iam esse, & apparatus maritimos tanto stu-
dio à Turcis continuari, quorum illud tamen cum antehac toties
falso sparsum fuerit, certissimum non habetur. Quod si bellum
persicum non impedierit, quod oem fore potentiam Turcae occupare
solet, ingens hinc classis ad conatum integriorem comparata in
annum proximum expectatur, ad hue autem Hispano plerique omi-
nantur, quod sciunt Turcam nisi sero animadvertere nisi His-
panicae potentiae obviam eat, sibi posthac de summa rerum non
periculosum minus quam turpe & ignominiosum cum eo certamen
fore, quem hactenus nimium securo aio prae se nihilo habuisset.
Itaq. non aliam ob caussam aiunt legatum ab eo posteriorem in Gal-
liam missum, quam ut Gallum quasi dormientem excitaret, &
maximis ut sic pollicitationibus in eundem Hispanum incitaret.
qui Gallus etsi cordis magnam in illum indignationem praefert
ob occupatam Lusitaniam: tamen regni sui satis ostendere videtur,
sibi ne illa quidem quae ad salutem, nedum quae ad dignitatem sua
pertinaant curae esse. Nihil n. agit aliud, quam ut eum vitae
cursum persequatur, quem semel ad omne genus voluptatum in-
stituit tanta populorum suorum offensione, ut verendum sit,
ne

ne quorum ipse sudore & sanguine (ut nostri loquuntur) tam suauiter victitat, ij nimia demq. patientia in furorem versa primi ab eo poenas quoius periculo suo expetant. Quemadmodum enim inanium & turpissimorum sumptuum, ita iniquissimarum quoq. & intollerandarum exactionum modum facit nullum. Unde tanta Gallorum offensio, nec iam Hugonottorum, sed eorum qui Cath. religioni summe addicti sunt, ut noua consilia, quibus ipsum in ordinem redigat inire non dubitent. Fide sane dignus mihi narrauit eid. regi exploratum constare fratrem Archiepiscopi Lugdunensis multorum animos iam tentasse, eisq. persuadere conatum esse ne posthac in perniciem eiusdem regis & regni aliquid extraordinarium contribuerent: nec tamen illum animaduertere in hominem audere hactenus, ne unius supplicio innumeros alios iisdem consiliis illi coniunctos in se [illegible]. Alterutrum igr faciendum ipsi esse, ut uel Hugonotico, uel externo in Hisp. bello suos teneat occupatos. hoc uulgo deo expetere quasi unicum sanandis Galliae uulneribus remedium, illud plerosq. detestari tanquam extremam patriae suae perniciem allaturum, paucos quosdam sed potentes Hispanis impensius fauere largitionib. eorum & muneribus captos: qui cum plus caeteris omnib. apud regem possint uerendum esse ne ut antehac semper ita in posterum quoq. consilia ipsorum a Gall. quiete alienissima praeualeant. Ipsorum qq. Regina

matre

matrem quae regem & regnum in potestate sua fere habeat, civilib. bel-
lis quae tam saeviter hactenus victitavit, vix diutius abstenturam, Hu-
genotis praesertim novissima pace in Delphinatum proripere eo adductis q.
textu belli Belgici, ut omnibus fere praesidijs nudati ad omnem illi in-
iuriam longe quam antehac opportuniores sint. His addunt quidam Re-
gem Amillaeo praefecturam Languedociae eripere, eamque patri novi
adfinis sui Ioiensio conferre statuisse: id sine caede & sanguine fieri
non posse cum idem Amillaeus in eum sibi eventum prospiciens cum
Hugenotis eiusdem Languedociae & Delphinatus novis foederibus coniunc-
tus sit, quod ex ingenio Regis & more eius verisimile sit. Fac-
tum etsi minus exploratum creditur. Nihilominus pro Antonio
illo Lusitano apparatus est in Britannia maritimi continuantur
honores ipsi regij ab eodem et regina matre tribuuntur, ad reg-
ni denique recuperationem promittuntur omnia, sed qui huic bene cu-
piunt ij metuunt ne vitam inter tot sicarios & Hisp. stipen-
diarios amittat potius quam eorum ope regnum recipiat, qui suum
ipsi regnum vix aegre conservare possunt. Alenzonius veluti
à rege fratre destitutus & ad summam rei pecuniariae inopiam
redactus in Angliam iterum se abripuerit, ut novis Angler.
non tam consilijs quam nummis instructus in Belgicam redire posset,
scribet Neographus credo. Audimus illum maximis pollici-

tationibus

tationibus à Pontifice tentarj, ut cum Hispano in gratia redeat, si forte abduci à proposito Belgicae occupandae, aut saltem retardarj possit. quam vero in hac fortuna sua constantiam vsiturus sit, tempus declarabit: Ex praeteritis quidem actionibus suis dubium relinquit, rationi ne potius obtemperaturus sit, an ijs qui contra omnem rationem ipsi persuadere volunt ut regna atque imperia non à praesenti occasione & virtute sua, sed ab hostibus suis expectet, quibus eadem eripere conatus fuit. Rex quidem Gall. nuper huc scripsit iterum extrema omnia se tentasse ut ipsum removeret ab omni cura rerum Belg. sed nunc plane desperare aliquid se efficere posse. illi tamen non est novum contrarium ijs quae agit perscribere, ut ijs vulgatis quod vult rectius occultare possit. Vale Vir praestantissime & amicis communibus S. ex me dicito P. Venetijs. 24 Novem. A° 1581

W Z.

## Martino Schillingo

S. falsissimum est, quod vetus, illud: τηλοῦ φίλοι ναίοντες, οὐκ εἰσὶν φίλοι. Neque enim quia absentibus τὰ μικρὰ φιλοσοφήματα: quae Melanchthon ille beatus vocare solet, & τὰ ἐγκύκλια officia praestare non licet: ideo nulla animorum, spirituum, piorum votorum κοινωνία est. Imo saepe fit, ut diuturna & nimia familiaritas pariat fastidium, cum febriculam amicitiae: & hac graviorem morbum, videlicet ἐξουθένωσιν quoque alienorum donorum. Paucis enim datum est, sic temperare affectus, iudicia, eorumque praecones, gestus, dicta & facta,

ut in perpetuo contubernio iudicium literale augeatur. Tibi tamen sic
personam tuenti, illa tibi familiari κράσει humanitatis & gravitatis,
ut nunquam non amabilis & suspiciendus sis iis qb. cum versaris,
valde gratulor συνουσίαν cum nobiliss. & literatiss. hominibus, atque
bene moratis patriae civibus. Mihi enim de amicis Vratislaviensibus
cogitanti, Tu quidem (absit stolida adulatio) Scipionem. Mona
vius Laelium quendam agere, & alij alias personas egregie referre
mihi videntur. Ubi autem sunt ubique locorum, qui optimis molestiam
parere solent (Copiis enim & illis est crucis condimento, ne luxuri
ent animis) non tamen parum mitigatur eorum sensus, spectatae
fidei amicorum praesentia. Deum precor ut vestram συμπνοίαν
servet, & vobis det diu suaviter una vivere ἐν συμφωνίᾳ. Sau
romannus vester, opinor hactenus exhibuit ea humanitatis officia, qb.
opus illis erat. Laetor disputationibus de iure illos sese cum Burghani
sio & alijs exercere. Sebaldus etiam ἱστορίας sectatur, & meos libros
interdum requirit: qui utinam ipsi usui sint. Dedi Sebaldo the
ses, quas distribues prout videbitur. Medicarum tamen exoptas ve
lim dari Doctori Petro Monavio. Non potui illi de Grammatica
Ebraea prospicere. Psalterium Davidis Arabicum, Complutensi cum alijs
linguis excusum Rochefortius mihi utendum dedit. Decrevi .n.
absoluta Habacuci explicatione: Psalmos Davidis, praxin apho
ristice.

ristice indicando, propediem exponere. D. Laurentio, tuo quondam Achati, plurimam salutem precor. Bene in aeternum vale. III Novemb. 1581

Tui observans J. J. Grynaeus.

Clarissimo Viro, atq. amplissimo Ioanni Cratoni à Crafftheim Caesaris Consiliario, & medico intimo, domino & patrono mihi plurimum observando.

Io. Mich. Brutus, Ioanni Cratoni S. D.

Quod felix, faustum, fortunatumq. sit tibi tuisq. omnibus, in quorum me vis numero haberi, Gratulor tibi reditum ad tuos Vratislaviam: cuius urbis desiderium, me ita tenet, ut, prae hac una, non secus, atque ei, qui virginem amat forma excellentem, mihi sordeant omnes, quae maximae & clarissimae habentur: non solum quod optimis legibus institutisq. sancita, quod munita concordia civium, ornata magnificentia aedificiorum, rerum omnium ubertate, & beata copia instructa, sed quod te civem, tuiq. similes alios edat, non solum patriae, sed totius Germaniae clarissima lumina atq. ornamenta. Ergo Eruditiss. Crato, tot hominés doctissimi, atq. humanissimi, in quorum sermone, & convictu est positum exemplar beatae vitae, eadem urbe, vicinia, saepe domo eadem, & lare, ubi Musis sacra fiunt, tamquam in Virtutis delubro: Brutus, ubi sacerdotes Dionysia operantes, praepingues homines, & lauti, è nocturna crapula sacra carmina

eructant, quae meditantem, scribentemque adeo Oratore digna, obtundat inconditis clamoribus, & perpetuo ululatu. Habito enim, ne forte ignores, non in Minervae cella Jovis filiae, sed in Bonae reginae gynae-ceo (paene Bona Dea dixeram, à cuius sacris Viri arcebantur) un-„ de licebat quiescenti, e culcita; discumbenti, e mensa; mundilys ope-„ ram danti; ornanti se, ac mundi muliebris arculas omnes lus-„ tranti, sacerdotem, ex ara, magno boatu Stanislai ἀποθέωσιν ca-„ nentem, aut funebres naenias audire. Quae quam illi suavia fue-„ rint, ignoro; mihi quidem molestissima, cui sunt quotidie devoran-„ da; nisi aures obturatas habeam, non, ut Ulysses olim adversus Sy-„ renum cantus, sed adversus novum concentuum genus, τῶν ὄνων τὰ μουσικὰ ᾄσματα, ut liceat cum voluptate aliqua, grave in-„ commodum haurire. Conclave aliqui cum luculentum, & illustre tum amaenum inprimis, fenestris peramplis, aditum in subjectam urbem, & late patentes campos aperientibus. Ergo gratulor tibi fe-„ licem in patriam reditum, defuncto aulae incommodis: à quibus quando iam respiratio datur, & relaxatio animi, tibi ut diu solida sit, nec tristiore ullo casu interpellata effluat, deum immortalem quaeso, atque rogo. Quaeris quis sit rerum mearum status. Non pla-„ ne quidem, ut volumus (essem enim tecum & cum Duditio, si

tantum

tantum liceret ) sed, ut non admodum tamen secus, quam uelimus: hoc est, ut aeque longe à pessimo, atque ab optimo absit. Unde uero in rebus humanis optimum, ubi quae sunt, natura nec mala, nec bona, fiunt nostro uitio deterrima? Quod quidem video te agere, me multitudini subtraho, à qua me vindicat solitudo: Cuius si quando me tedium cepit, quaero in libris frequentiam, quorum facultas est tanta, quantum si esset otium, perbelle mecum agi uideri posset: raro enim hoc contingit, & cum uix scribendo fessum deficiunt vires. Nam frequentia eorum, qui mei stomachi sint aut hij ita nulla, ut ne meridie quaerenti, incenso funali, quemadmodum olim Diogeni in foro Athenis, ne eorum quidem uestigium quod extet. Nulli hic Ouidij, Oratores nulli; Decem Itali, qui mercaturae non studeant: Sexcentae haereses, quas ex infima plebe usque, sutores veteramentarij, murorum structores, qui fuliginem è vaporarijs euerrunt, institores varij, sartores profitentur, atque adeo, ut nulli cum altero conueniat. Quid, quod hic Bonus horum coryphaeus, qui Christum educit in terras, per mille annorum spacium regnaturum, suis auctorem mollis & delicatae uitae? Ubinam gentium quaeris? Nouam sibi Hierusalem fingunt, sedem imperij, unde tum gentes & populi iura petant. Monstra uero & portenta inquis? Immo is prodigium, atque ostentum, cui non monstra, & portenta uideantur. At haec ipsa tam foeda

ferenda

ferenda prae alijs. Nam addunt ex Luciani Diogene, an Menippo? fore ut tum magni olim reges mercenaria opera victum quaerant; quorum alij totos dies inclusi in fabrica traducant, reconcinantes alij veteres calceos, alij euerrentes foenum; quo eorum sit indignitas maior, atque animi cruciatus, ut servi eos, qui hic exigua stipe victum tolerarunt, principis loco gratiosi, in regia delicijs, et voluptatibus circumfluentes, accumbentes mensis, instructis regio apparatu, ubi multo nitentes auro, et delibuti unguentis, fructum optimum laborum referant, quos hic pannosi et siti squallentes pertulerunt. Namque Arrianorum, quasi ex altera familia, unum nomen, admirabilis opinionum diversitas: ut nulla jam sit pars fori, quae non vocibus horum personet: ita homines, sibi temperare non noverunt, ubi ijs semel sint frena licentiae laxata. Jam de Palaeologo te credo audivisse: qui quidem iam habebat institutam domi typographiam, unde emitteret iusta volumina de non invocando Christo: ut intelligas, quanta cum eo, sit pestis e Moravia sublata. Propediem quidem est futurum ni maturè Deus immortalis occurrat imminenti malo, ut non iam Amurathes armis, sed nostrorum disputationibus, sibi viam ad Europae imperium patefaciat. Sed, ut redeam, unde me hic Graecus evocavit, vide quanti sit mihi facienda solitudo, quae me ab hac fece, et colluvione hominum vindicet. Nam ubi ab his

discedo

discedo, patet mihi locus in mercatorum conventu, nitidorum & lauto-
rum hominum ut sciam quanti sit Venetijs nummus, quanti Lugduni,
Antuerpiae, Londini, in permutatione pecuniae quantum sit detrimenti
in collybo, de fenore, usuris, centesimis versuris, quam quaestuosae
fuerint nundinae, tum de transmarinis mercibus, Syriacis, Indicis
multa, quibus beatae divitiae parentur, saepius exitio quam usui ho-
minibus futurae: qui modicus, frugi, & moderato homini est satis.
non in eo metienti felicitatem, si multum habeat, quod pendat, sed
si habeat, quantum natura postulat, cuius divitiae, sunt usu rerum
necessario definitae. De epistolis curam non abieci, neque eo non
immemor, ut brevi sperem, me τοῦτο καταστροφὴν τ' διαπράξεσθαι.
Atq. nunc habeo in manibus ad te scriptas, quibus recognoscendis,
sentio in me refricari, magna cum voluptate memoriam tuorum
in me meritorum; quorum ut monumenta vigeant diu apud poste-
ros, his ipsis meis ad te litteris consignata & opto inprimis & noli
aequitate confisus spero. Vale. Datum Cracoviae. Kal. Ian. clɔ lxxij

ALIQVOT EPISTOLAE PHI-
LIPPI MELANCHTHONIS.

Venerabili Viro D Joanni Lengero Concionatori Cobur-
gensi, suo amico: aut ornatissimis D. Visi-
tatoribus Ecclesiarum in Franconia

Non ed. S. Cum nesciam quibus in Franconia nostra Ecclesiarum inspectio com-
missa

missa sit, dixi ad te scribendum esse. Vir optime, teq rogo ut hanc meam epistolam Dnis Visitatoribus ostendas, & hoc negocium de quo scribo, eis diligenter commendes. Memini me de eadem re & ante ad te literas dare: sed ea res ad inspectionem tunc reiecta est. Philippus pastor Calensis habuit sacerdotium in Regiomonte & domicilium, & ni fallor, princeps scripsit ad Regiomontanos ne ei eriperetur id sacerdotium. Neq enim solet fieri, neq honestum est eripi his qui sunt in ministerio, si qua aliti habent sacerdotia. Nunc Regiomontani eripuerunt Philippo Sacerdotium & aedes, Adhaec supellectilem quam in aedibus habuit vel eiecerunt, vel corruperunt. Obsecro sic tractandi sunt qui docent Evangelium? Haec gratia Evangelio redditur? Et habuit Philippus difficilia principia in administratione: nec sine illo sacerdotio tollerare sumptus nouae oeconomiae potest. Oro igitur & te, & Dominos Visitatores per Christum, ut Philippo Regiomontanum illud sacerdotium atq aedes conserventur. Nulla est crudelitas magis odio digna, quam quae in Sacerdotes exercetur: Hanc certe non diu est toleraturus Deus. Quare decet vos, quibus Inspectio commissa est, re diligenter & humaniter cognita, tegere miseros sacerdotes adversus iniuriam & adversus Vulgi immanitatem, quam profecto qui alunt sua dissimulatione, non bene consulunt Ecclesiae. Haec scripsi tantum deprecans. Nihil enim sumo mihi iuris in aliena inspectione

tione. Nosti quantis difficultatibus res Philippi impeditæ sint: Nosti etiam inopiam: & est in publica functione. Talium miserijs affici humanum est. Commendo igitur totum negocium tibi summa fide agendum. Bene Vale. 1533. dominica Palmarum Philippus.

Optimo Viro D M Baldassari Düringo, Concionatori Coburgensi: suo amico.

Non ed. — S D. Accepi tuas literas in quibus scripsisti de statu Ecclesiæ in Regiomonte. Gaudeo factum esse aliquanto tranquilliorem: Ac precor Deum ut det vobis concordiam. Scripsi pastori ut rudes non gravet longo examine, accessuros ad cœnam Domini: neque tamen admittat inexploratos. Cum multos absolui more Carolostadiano, & inexploratos admitti, neque est utile. Admonebis igitur hominem. Audio enim eum aliquin esse negligentem in ecclesiasticis officijs, & ægre pati se admoneri. Conare te adhibere medicinam, si quam potes, his vitijs, & hortare utrumque ut leniter doceant ea quæ ad ædificationem faciunt, nempe doctrinam pœnitentiæ, fidei, & bonorum operum: & sine odijs, sine privatis affectibus, sine iracundia, sine cupiditate vindictæ dispensent ministerium Domini. Misera res est, quod pro concione nostri fere omnes ulciscuntur privatos affectus. Vituperantur a nostris adversarij quod serviant, in docendo, ventri: At nostri dum iracundiæ indulgent. Rogo te igitur propter Deum ut quantum potes des operam ut Evangelium modeste doceatur: Vale feliciter. 1529. Philippus Melanchthon.

## Ad EUNDEM.

S. D. Utinam tranquillæ sint istic Eccl(es)iæ: Multa n(am) huc affert fama, quæ me varie afficiunt. Nollem fieri nimis multas novas ordinationes πολιτικῶς: eiusq(ue) rei habeo graves causas. Philippum Ludimagistrum audio non satis probari istic bonis viris: Sane me pænitet commendationis meæ. Itaq(ue) scribe ad eum, admone eum officii mea causa. Nolo te ad illius p(ec)c(a)ta conniuere. Nunc alium tibi commendandum duxi, sed ubi polliceri possum, futurum ut non te pæniteat si quid in eum officii contuleris. Vir est insigni doctrina, facundia, modestia, Ioannes Cellarius, qui diu in Bavaria concionatus est in oppido Bruna: nunc p(ro)p(ter) Ev(angelium) exulat. Nos eius opera hic uti cupiebamus, sed ipse habebat quandam causam, cur in vestra regione esse malit. Audivi causam, ac probo. Oro igitur te, ut si qua istic nova conditio est in Eccl(es)ia docenda: accersas eum ad vos, fortasse opera eius in urbe nostra opus erit. Nullis peregrinis opinionibus infectus est, quod hoc tempore magna laus est. Oro te ut expressam mihi respondeas. Vale. Si quid rescripseris mitte ad ædes meas, etiamsi me hinc abesse audieris. Iterum vale. postrid. domin. Iuu^a^ Cante.

Philippus.

Non ed.

## EIDEM.

S. Oportune accepi tuas l(itte)ras. Nam his proximis diebus ad aulam proficiscar, quo p(ro)p(ter) ecclesiarum inspectionem vocatus sum

Non ed.

Ubi exponam Senatui principis, ea quae ad me scripsisti, ut in tempore nascenti malo remedium adhibeant. Scio quantum sit periculi ab istis stultis & indoctis rixatoribus. Multa sunt indicia, novam seditionem novos tumultus Diabolum per talia organa moliri: Sed defendet nos dominus noster Jesus christus, Deus pacis. Cum ex aula rediero, rescribam tibi, quid decretum sit, & quid consilii habeant. Interea precor Christum ut te gubernet, Ecclesiamque suo sancto spiritu regat & tueatur. Deinde hoc tibi iuxta pauli regulam faciendum esse principio statuo, ut explores spiritum hominis, de quo scribis. Habes autem satis perspicuam notam malae mentis, quod ceremonias vestras damnat. Non dum de Eucharistia dico: De reliquis ritibus loquor, in quibus nihil vitii prorsus est, vel si Zwinglius ipse iudicaturus sit. Furor est non pietas, tales ceremonias quales vos habetis improbare. Proinde ingenti animo contemnas istum Thrasonem, eiusque convitia. Necesse est fortasse, iam istic semel esse aliquem qui vobis maledicat, ut per eum exerceatur fides vestra. Retineas igitur eas ceremonias, ad quas iam adsuevit populus. Cum vocatus est in circumcisionem maneat in circumcisione inquit Paulus: monens nihil necesse esse quotidie novas ordinationes, de cuiusque hominis fanatici sententia facere. Placuit mihi de feriis quod scribis. Neque enim prodest omnes ferias abolere: omnia vetera instituta ~~abolere~~ rogare. Nos ipsi in inspectione Ecclesiarum fere easdem ferias servari iussimus. Interea prudens concionator facile docere poterit, has ferias servari tantum

tantum docendi populi caā. Nam cum vacuus est populus, fre-
quentius audit conciones. De inspectione Ecclesie tue nondum despero.
Nam quia aula tibi infinita negocia: fit ut haec res aliquanto diu-
tius differatur, cum principis senatus alijs occupationibus impeditur.
Et moram aliquam affert his quoq. rebus Cancellarij luctus, qui Uxo-
rem honestissimam foeminam amisit: Cum virum commendabis Deo
precibus tuis. Si convenerimus isthic inspectum statum Ecclesie tue
de omnibus colloqui copiosius poterimus. Tu tamen interea poteris
ad me saepe scribere nec respondere gravabor. De Eucharistia
hoc meum est consilium. Agas cum praefecto urbis seu arcis ut
Thrasonem illum ad se accersat & admoneat, Cum miam non gerit
munus docendi, desinat disputare ac docere in publico. Objiciat ei
quod cum palam erret in damnandis urbis ceremonijs, non debere
cum tantum sibi sumere, ut errare se de maioribus rebus, nempe de
Eucharistia non posse statuat. Aliquando etiam pro concione doceas
tu populum de Eucharistia, ut absterreas aliquos, ne huic assentian-
tur. Neq tamen saepe existimo de talibus controversijs pro concione
disputandum esse. Satis est fieri aliquando per occasionem & modeste.
Sciat populus, corpus Christi praesens esse in synaxi, in Ecclesia
iuxta promissionem & ordinationem divinam. Proderit hoc quoq
docere, quod veteres Ecclesie doctores sic senserint vere adesse corpus
Christi: Nam Hilarius inquit: et caetera huius Epistolae vide in Vo-
lumine alio: fol: 5. die dominica post festum Martini
Philippus Melanchth.

Viro optimo D. Wolfgango Musculo, docenti
Euangelium fideliter in Ecclesia Augustana,
amico carissimo.

Non ed. // S. D. Ut coram mihi consuetudo tua pergrata fuit: nam & eruditione tua delector, & probo fidem ac grauitatem, & adiuuabar consilijs tuis: ita uel quotidie tecum per literas colloqui cupio, Sed multa, ut scis, impediunt huius officij assiduitatem. Nunc magna res incidit, de qua tibi meam uoluntatem significandam esse duxi, non ut aliquid tibi praescriberem, sed quodam simplici & bono studio. Dicendae sunt sententiae de hyaena, hoc est περὶ τοῦ βιβλίου τῶν ψευδῶν διαλλαγῶν, An hyaenam illam recepturi sint nostri? Nihil possum affirmare de uoluntate autoris, sed cum liber aperte sententias Ecclesiarum nostrarum corrumpat & deprauet, & arte ueteres errores confirmet, ac retrahere nostros in Aegyptum conetur: quid aliud suspicari possum, quam a Groppero hanc hyaenam ad decipiendos nostros excogitatam esse. Et habuit illius consilij socios qui persuaderent τῷ τῶν Χάττων στρατηγῷ, posse librum recipi: Hinc illae actiones hic institutae sunt, insidiarum plenae. Ego stolidus adhibitus sum, quem sciebant non libenter aduersari τῷ τῶν Χάττων στρατηγῷ: Sciunt enim illum a me amari: etsi eo fortasse delectus sum, quod me hebetiorem esse uident, quam qui technas illas deprehensurus existimaretur. Oppugnaui quidem, & fui initio minus durus: putabam enim candide rem geri. Nunc postquam quaedam reprehensa defenduntur tamen ab aduersarijs, ad-

huc

huc quidam persuadere nobis conantur, ut hyaenam recipiamus. for-
tassis Senatus vester vos in consilium adhibebit, Ideo misi tibi meam nar-
rationem & sententiam de hyaena: non ut suffragatores quaeram, Volo
enim te tuo iudicio uti, sed quia propter nostram amicitiam mea
consilia libenter tecum communico. Deinde fateor hoc, cupere me tueri
consensum ecclesiarum nostrarum. Hoc autem tibi adfirmo, Lutherum nun-
quam fore approbatorem huius libri, etiamsi Χάττοι καὶ Ἀργεντορα-
τεῖς receperint. Sinent caeteri potius hanc fieri τῶν ὁμοσπόνδων dis-
iunctionem quam hanc hyaenam recipiant. Marchio legationem misit ad
Lutherum. Sciscitati sunt eius sententias de articulis de quibus non
convenit, ac nominatim περὶ τῆς μεταβολῆς τοῦ ἄρτου ἐν τῷ
μυστηρίῳ. Nondum viderat librum Lutherus, sed tamen nostras re-
sponsiones: nam ego has miseram: probare se ~~ostendit~~ respondit. Ego
si quis alius, vel maxime praedicare possum, me in his contentionibus
moderate versatum esse, ac adhibuisse eam moderationem, quam ad ex-
plicationem veritatis aptam esse iudicabam: sed proiicere & corrumpere
res pie & utiliter patefactas non volo. Moveor equidem iis argu-
mentis quae de pace, de bellis civilibus, de interitu studiorum, si
mota fuerint arma, obiiciuntur: sed quid faciam? Hi exitus Deo
commendandi sunt. Mitto tibi Eccianum libellum, in quo ostendit
quid sentiat: & qualis nobis cum hoc genere sycophantico concordia futu-
ra est? Bene vale. 22 Iunij.

Philippus Melanth.

## Sententia Philippi Mel. de Hyana, scripta & proposita Doctoribus Evangelicis in conven,,tu Ratisponensi.

Non ed. inter epistolas //

Duo existimo a nobis requiri, primum ut exponamus acta in Collogo, & quo consilio quaedam a nobis conciliata, quaedam reprehensa quaedam praeterita sint. deinde, ut etiam dicamus nostras sententias de libro. Si de universa actione ut in iudicio reddenda esset ratio, exordia negocij altius repetenda essent: idque necessario exponendum erit alio tempore: nunc ea quae requiritis dicam, & dicam meo loco, & Collegas conredo, ut hanc ipsam historiam recenseant ipsi suo iudicio.

In primo congressu nostro liber nobis propositus est, qui videtur esse forma quaedam Concordiae, & tamen propositus eequis conditionibus, ut mutaremus quae displicerent. Non dissensi a ceteris qui volebant inspici librum, tametsi iam tum insidias metuebam. Lectis sic prioribus pagina, in quibus tametsi non multa videbantur respondenda esse: tamen candorem statim desideravi. Ut pictor, ita autor ille umbris quibusdam nostras sententias nonnihil obscuravit, ut nos perstringeret, & ornavit ea quae poterat in altera parte mediocriter probare. Hoc tali utcunque, & correximus quosdam locos, ut in libro ostendemus.

Ventum est ad locum de Iustificatione, ubi cum liber neque Eckio, neque mihi placeret, coepimus liberius disputare de summa rei: cumque esset acerrimum certamen, & ego viderem honeste abrumpi ac omitti posse totam actionem, exposui meum consilium Collegis, & dixi nos

nos habituros in locis sequentibus controversias quae minus possent con-
ciliari, & posse iam nos in causa plausibiliori liberari multis periculis:
Sed Collegae plus spei habebant quam ego, & putabant multum referre, ut
quoquo modo vel hic locus obtineretur. Et sciebam quosdam iudicaturos
esse, me vel petulantia vel metu abrupisse actionem, si ea quae lar-
giri videbantur adversarij, omnino aspernatus essem: decursum est
ergo tandem ad formulam, de qua postea dicam. Cum ergo
librum semel deposuissemus, sperabam deinceps de ceteris articulis, omisso
libro disputandum esse. Sed illi astute, quia commodum erat, redeunt ad librum.
Legitur locus de Ecclesia, ubi est acerrima obiurgatio eorum qui disce-
dunt ab Ecclesia. Res in genere dicitur, ne contradicere liceret: Sed tela
ex insidijs emissa haerent in nobis: Quaedam tamen apertiora mu-
tata sunt; & ortum est certamen de Synodorum autoritate. Hic
sperabam finem totius actionis fore: Nam & Collegae quia videbant
adversarios non de veritate, sed de autoritate sua dimicare, minus
spei habebant, nec me poenitet dissensisse. Multa sunt .n. absurda
& impia decreta Synodorum: haec confirmare noluissemus, & praeiu-
dicium ad universam posteritatem pertinuisset. Ubi autem non
convenit de hoc articulo: tamen praesidentes iubent nos pergere.
Locus proximus erat de Sacramentis. De ordine concessimus, ut ×
ordinatio ab Episcopis fiat, sed diserte protestati sumus, hoc ita conce-
di, si fieret illa Reformatio Ecclesiarum, de qua nobis pollicentur quidam

plane

plane auream aetatem. Addiderant autem Sacramentis Confirmationem
& Extremam unctionem. Scio hoc non fieri ab eis superstitiose, sed ut nobis
aegre faciant. Dissimulavi tamen, & dixi, me de his ritibus non pugna
turum esse, sed displicebat, quod cum sacramentum definivissent signum
infallibilis gratiae: nunc etiam Confirmationem & Extremam unctionem vo-
carent sacramenta. Dictum est etiam de tollendis abusibus in his
duabus ceremoniis: De Confirmatione convenimus, ut restituatur cate
chismus. Ita hic locus est praeteritus. De conversione panis in
coena Domini, magnam tragoediam excitavit Eckius. Postea sequitur
articulus, quem ipsi vocant, de hierarchico ordine. Dissensi propter multas
causas. Liber est insidiosissime scriptus. Et ut callidus Dux diversis lo-
cis disponit insidiatores, ~~ita~~ seu potius ut de lupis audio qui quasi
diversas stationes occupant: sic liber astute distribuit fraudes. Antea
dixerat Ecclesiam esse coetum bonorum & malorum, Nunc addit: sub uno
pontifice Romano. Addit etiam traditiones necessario servandas esse.
Ergo vult Ecclesiam esse politiam papae. Vult item eos qui traditiones
non servant auulsos esse ab Ecclesia, hoc quid aliud est quam nos horri
biliter damnare? Erant & haec verba in articulo, Episcopos succes-
+ sisse in locum Apostolorum: quo dicto multi errores continentur. Allegatur
Ecclesia ad successionem ordinariam, quasi impossibile sit Episcopos errare,
quia Apostolorum loca teneant, aut quasi hi sint Episcopi qui sic vocan
tur, & necesse sit eos tanquam Ecclesiae capita audiri. Tradebat articulus
item potestatem Episcopis mutandi ceremonias divinitus institutas, ut

Ex

excusarentur mutilatio sacramenti. Dicebat traditionibus humanis fulciri fidem, et eos ritus esse bona opera: id est, cultus. Tantus acervus erat in breui pagella. Habuimus ergo admittendi necessariam causam. Euoluj me ex his laqueis non sine difficultate. Postea reprehensi sunt articuli de Confessione, et satisfactionibus, de innocatione sanctorum, de applicatione missae, de priuatis missis, de usu unius partis cenae domini, de caelibatu presbyterorum, de votis: quosdam articulos praeterij. Item de pictura templorum, de ossibus sanctorum. Haec est summa nostri colloquij, in qua apparet nos usos esse moderatione, etiam maiori quam oportuit, ut aditus fieret ad concordiam. Concessimus articulos in quibus tamen est aliquid obscuritatis, Et deinde aliquos praeterimus, spe concordiae, sed de quibusdam necessario pugnandum fuit. Nec muto meum iudicium de his articulis, quos si qui dicunt esse leues, et condonandos infirmis, ut ipsi loquuntur, non satis considerant magnitudinem rerum, de quibus dictum. Si volumus consuli infirmis: consulatur sine corruptela doctrinae, et sine condemnatione nostrarum Ecclesiarum. Nam si eos in libro articulos reciperemus, aperte Ecclesias nostras damnaremus. Si ipsi sunt Cultus recte docens: nos sceleratj sumus, qui ipsis non paremus.

Quod vero multi dicunt, pacem Germaniae his disputationibus anteferendam esse, Non sum adeo ferreus, ut non mouear cogitatione publicorum malorum, quae secum bella ciuilia trahunt, Et scio quare non solum reliquis Germaniae principibus, sed maxime nostris opus sit pace: Sed necesse est nos omnibus rebus humanis mandatum Dei anteferre.

Si quis me

Si quis me confitetur fuerit coram h. &c. Exitus nostros commendemus Deo, &
precemur ut gubernet principum mentes ad pacem & ad salutaria consilia.
Si quis autem haec quae dico non probat: ego non impedio quo minus dicat ac
faciat quod volet: nec ego initium meae causae cuiusque aliorum turbarj. Non
sunt mei mores. Versor in hac causa sine cupiditate aliqua, & fortasse aliquanto
plus odij & aerumnarum sustineo quam alij multi. Equidem adhibui modera
tionem quam iudicavi utilem esse, & ad veritatem explicandam & ad tran
quillitatem ecclesiarum: Ideo rogo ut ea quae dico existimetis me pro quodam studio
dicere. Nunc quia rogatis ut etiam de libro dicamus, an recipien
dus sit, aut quomodo respondendum sit Imperatori: primum iterum
testor me nihil praescribere alijs: sit suum cuique liberum iudicium,
maxime vobis Gubernatoribus, qui & vestrae & multarum gentium saluti
consulere debetis. De me privatim dicam. Nunquam recipiam eos
articulos libri quos reprehendimus: quia sunt pleni errorum ac
fraudum: ac iudico a me multo lenius taxatos esse quam magnitudo
causarum postulabat. Non video autem quid liber allaturus sit
momenti ad publicam concordiam, nisi totus recipiatur: Nam hi ipsi
articuli in libro si publicabuntur, accendent nova & ingentia certamina.
Deinde a vobis quaedam conscripta super concordes, de quibus tamen diximus
quid videretur etsi non pugnaverim ut verba scriberentur. Non
concedendum erit, ut confirmatio & unctio dicantur infallibilia signa gra-
tiae: est absurditas hos ritus aequare baptismo aut coenae domini, quasi
similem promissionem habeant. In loco de libertate voluntatis
nos

nos addimus annotationem repudiatam ab Eckio, quae tamen nisi re-
cepta & explicata fuerit, tota res evertetur. Postremo in Con-
ciliatis multa sunt obscura, quaedam et contumeliosa adversus nos: Ideo non
dubium est quin multi ex nostris eos sint repudiaturi. In loco de Iusti-
ficatione scio quid alij reprehenderint, Sed ego alia desidero. Nusquam aper-
te dicit articulus, Renatum non satisfacere legi & non posse in hac vita
satisfacere. Item reliquum esse peccatum in sanctis & quomodo placeat inchoata
obedientia. Item, qualis sit meritum, quod vocant, de condigno. Haec
necesse est addi, ut dicta cum de fide tum de operibus recte intelligantur.
In articulo de Ecclesia damnantur si qui discesserunt a malis. nec addit
discrimen, Ubi discedere, ubi non discedere liceat? Ibi etiam dicitur, Vin-
culo dilectionis unitatem Ecclesiae conservari, Et postea in sequentibus arti-
culis interpretantur hoc vinculum: obedientiam in traditionibus. Si hoc
sensu articulum recipiemus, nos ipsos condemnabimus. In articulo
de poenitentia ad Mortificationem contorquere Confessionem & satisfactione
castigatoriam. Cum postea de confessione & satisfactione nostras sententias op-
posuerimus, necesse erit hanc partem demi, Et per se absurdum est,
fingere partes esse mortificationis Confessionem & satisfactionem, cum mortificatio
sit opus spirituale: Confessio & Satisfactio sint opera traditionum humanarum.
Scimus autem magnum inter haec discrimen esse. Eodem loco ut fu-
cose ornentur satisfactiones, citatur Paulus 2 Cor. 7. Ubi in alio sensu
legitur nomen satisfactionis in quadam versione. De Sacramentis rec-
te dicunt et nos, non modo per ea significari gratiam, sed et sanctificari

homines

hoies. Sed hic expresse apud ipsos usitatum errorem taxari oportuit, quod
in adultis etiam putant ex opere operato gratiam adferre. Cum ergo
in articulis qui dicuntur conciliati, restent quaedam emendanda et explicanda: non
possum comprobare librum, nisi his locis emendatis et explicatis. Quaedam
etiam ita sunt inepta in descriptionibus, ut ridicula videantur: quae omitto.
Nec video quid ambigua profutura sint ad concordiam. Ac fatebantur
ipsi D. Julius et D. Gropperus opus esse longiore explicatione. Optarim certe
illos articulos illustratos proponi Ecclesiae. Optarim initium fieri restituendarum
Ecclesiarum. Et si meae de his ipsis articulis explicationes sunt methodicae
et moderatae, apparet in multis Ecclesiis prodesse voluisse: Errore meam
voluntatem in his conciliationibus separandi posse non arbitror: Sed si
non volent explicatiora proponi aliis, nec patiuntur aboleri manifestos abusus,
et simili asperitate eos defendunt ut hactenus defenderunt: quid proderit
de hoc libro pacisci? Intueamur etiam iudicia eorum qui gubernant
nostras Ecclesias: hi si hos articulos non comprobabunt, vel quia ambigua
vitant, vel quia alicubi laedi nostras Ecclesias sentiunt: Ego certe con-
sensum nostrorum probabilem tuendum nobis censeo. Et cum confessionem
Ecclesiarum nostrarum probem, et ex animo amplexus sim: ab ea nequaquam
discedam. Dixi meam sententiam: Et precor Deum patrem li-
beratoris nostri Iesu Christi, ut mentes nostras spiritu sancto regat, ut
salutaria Ecclesiae et reip. statuatis. Credo tamen opus esse Imperatori
diserte exponi, quid probetis aut reprehendatis.

Phil. Mel.

Viro optimo, & eruditione egregia instructo D Wolf
gango Musculo: docenti Euangelium in Ecclesia Au..
gustana: amico Carissimo.

S. D. Non relinquam vos orphanos, inquit liberator noster Emanuel, = non ed.
filius Dei aeternus: Hunc oremus ut nos gubernet, Ac spero eumdem ad..
futurum nobis. Post eas deliberationes, quas antea scripsi Dux Bauariae
Guilhelmus dixit atrocem sententiam, Nullam moderationem ullius rei ad
mittet: librum etiam damnat totum. Eccius Theologus scripsit ad Se..
natum principum, sibi nec placere, nec placuisse unquam insultum illum li..
brum: nam hic ullitius uocatur. Vident igitur hi, qui moderationem expec
tabant, se falli, & nostrorum iam consensus, Dei beneficio, firmior est. Nos
exhibuimus responsum de libro modeste & grauiter scriptum. Cardinalis
Contarenus tanquam comica persona introducitur. Is iubet hic iam omitti
deliberationes de controuersiis ecclesiasticis & permittere synodum. Deliberatur
igitur iam de pace. Deus gubernet has deliberationes. Bene vale. 18 Iuly.
Nuncius interpellat. Salutem opto vobis omnibus, & D Geryoni

Philippus

Egregia doctrina & virtute praedito, D
Wolgango Musculo &c.

S. D. Quod faustum felixque sit, instat ἡ καλασεαφὴ conuentus. forma = non edita
decreti de pace est mediocris. Nostri pauca quaedam mitigari postularunt,
quae spero impetrabilia esse. De libro silentium est, ac, Dei beneficio,
depulsa est caligo quae nobis sollicitudinem adferebat περὶ ἀδιαφόρων: de
ea re

ea re sit ἀκυρωτέα. Vidi praefationem & ordinem libri, in quo Italus quis-
piam complexus est collogquium Wormatiense, & librum Imperatorium ac nos-
tros articulos: haec cupit Bibliopola apud vos excudi. Caetera oia praeter
praefationem sunt historica. Maxime autem cupio extare ipsam historiam, sed
Collogquium Wormacense, & librum, & quos articulos. Ideo si Senatus
permittit, non tamen dehortator. Nec moneor praefatione quam scio continere
declamationem, quae in genere loquitur de iis qui spargunt rumores falsos.
facile patior totam farraginem edi, Nam & nos, mox ubi domum redie-
rimus, edemus oia quae a nobis exhibita sunt, & fortassis adiiciam
historicam narrationem, in qua tamen eam modestiam adhibebimus, ut
voluntatem Caroli Imp. & aliorum qui tranquillam esse Germaniam
volunt, praedicaturi simus. Mitti tibi amici carmen de quodam Sy-
cophanta qui vilipendunt τῶν ἀξίων ἰσθέων ἄνδρων. Bene
Vale. die Jacobi. Ratisponae. Philippus Mel.

Scriptum Papistarum nostris de Sacramento Corporis
Chri. VI Maii oblatum.

I. Convenit de reali & corporali praesentia corporis & sanguinis christi
in Eucharistia, cum improbatione Berengarii

II Convenit quod omnipotente verbo christi fiat divina plane &
augustissima transmutatio panis & vini.

III Convenit quod ad exprimendam hanc mirificam transformationem
vocabulum transsubstantiationis non sit inconveniens aut improprium.

IIII Convenit quod posthac praedicari debeat, quod sub speciebus panis & vini
ministretur

ministretur & exhibeatur verum corpus, & verus sanguis Christi.

IIIII Convenit quod ubi verba Christi deprompta sunt, iam esse & dici corpus Christi & interim etiam panem, sed non communem, verum supernaturalem & supersubstantialem.

VI. Item, cum semper consecretur Eucharistia in usum sumptionis, convenit quod Eucharistia semel consecrata etiam servetur, & maneat Eucharistia, & corpus Christi donec sumatur.

VII. Item convenit quod cum in Eucharistia sit verum corpus & verus sanguis Christi, in Eucharistia quoque Christum ipsum esse adorandum.

Caeterum cum ministerium istud transmutationis plane divinum sit, quod credi potest, pervestigari non potest, Et supra quod doctores, ne dum veteres sed & recentiores iubeant abstinere a scrutatione, per quem modum fiat transsubstantiatio: videretur medium conciliationis esse quod disputatio de proprio intellectu verbi transsubstantiationis, seu modo eius usque in finem colloquii differatur, & quod ad populum de modo mutationis, seu conversionis aut transsubstantiationis non disputetur, sed simpliciter doceatur post consecrationem adesse verum corpus Domini & sanguinem, prout superius dictum est. I

ΑΝΤΙΓΡΑΦΙΑ
δια τοῦ μυοσ

I Convenit de caena Domini, quod corpus & sanguis Christi vere adsint & distribuantur vescentibus. Et improbentur secus docentes.

II

Rv.

II Conuenit quod nullo verbo Christi fiat imaginaria illa & superstitiose conficta panis & vini transmutatio.

III. Conuenit quod, ut nulla sit in pane & vino substantiae transmutatio: ita & transsubstantionis vocabulum dictio sit sine re, Et quoniam in Coena Domini corporalis illa panis & vini conditio in spiritualem conditionem confertur, conuenientius sit transconditionationis quam transsubstantionis vocabulum.

IIII Conuenit, quod posthac non debeat praedicari, quod sub speciebus panis & vini, sed quod cum pane & vino ministretur & exhibeatur verum corpus, & verus sanguis Christi

V. Conuenit, quod etiam postquam verba coenae deprompta sunt, panis substantia in coena maneat nec supernaturalis nec supersubstantialis, sed vere ut erat antea naturalis, Et quod corpus & sanguis Christi in coena adsint non propter verba ministri, sed propter institutionem Christi.

VI. Conuenit quod cum Christus iusserit edere & bibere in sui rememorationem, Eucharistico sacramentum extra usum hunc & institutum Christi, non sit sacramentum corporis & sanguinis Christi, sed humani cordis figmentum, & quod nec includi debeat nec seruari

VII. Conuenit, quod licet in coena Domini cum pane & vino administrentur corpus & sanguis Christi: non tamen adorandus sit Christus in pane & vino: sed sursum elevanda sint corda fidelium ad Deum: sicut nec Spiritus Sanctus in baptismate adorandus est licet credamus baptisma esse lavacrum regenerationis per praesentiam & operationem Spiritus Sancti diuinum & augustum.

Cum igitur imaginaria illa panis & vini transsubstantio nihil sit aliud

aliud quam inane figmentum et christianae sinceritatis ludibrium, quod nec cre-
di potest nec debet, cum sit extra verbi Christi sensum: iudicamus disputa-
tionem hanc de modo transsubstantionis nomini Christiano dedecorosam
et supra modum noxiam, non asserendam, sed prorsus spernendam et am-
putandam: Et populum Christi docendum, quod verbis Christi firmiter cre-
dens in cena sibi non dubitet cum pane et vino tamquam symbolis
gratiae, verum Christi corporis et sanguinem, et cum illis indubitatam
novi et aeterni testamenti gratiam exhiberi, admonendumque esse, ut
domini mortem recolens, Redemptori Christo laudis sacrificium
fideli et grata mente offerat. W. Musculus

## Clarissimo Viro, D Leonardo Fuchsio Doctori Medicinae, amico suo.

S P D. Paulo ante revixi a morte, et tamen adhuc morbi et do-
lorum reliquias mecum circumfero, quas quidem quia levare hoc con-
gressu Ioachimus conatus est, maximam ei gratiam habeo. Ac fuit
mihi pergratum quod te una adduxit, ne deesset medicus. Legens enim
epistolam tuam imaginem humanissimi animi et ipsum mente intue-
bar, et quasi coram tecum colloqui videbar. Multae enim erant in epistola
illustres significationes tuarum virtutum. Quod enim ostendis Ioachi-
mi tui valetudinem tibi magnae curae esse, facis ut decet ami-
cum et virum amantem reip. Nam ubi tanta est omnium

gubernan-

gubernationum dissipatio, ut generi humano interitum minetur: tamē cum Deus promiserit se aliquam ecclesiolam servaturum esse, optandum est ut diu vivant superstites aliqui boni & docti viri, qui studia Juventutis regant. Plurimum autem prodesse hac in re huic aetati Joachimi ingenium, industriam, fidem, diligentiam & virtutem videmus. Quare ut Deus eum servet oremus, & hortemur ipsum ut valetudinem tueri studeat. Est, ut vides, homo francus, hoc est, ingenuus & candidus, & interdum amicorum causa nonnihil peccat, Sed tamen ea est gravitate ut modum adhibeat. Sumus. n. Peripathetici qui mediocritates laudamus; Illam tuam ἀκριβῆ δίαιταν relinquamus Stoicis: quam te quoque optarim nonnihil relaxare, quod aetas & κρᾶσις siccior jam habet opus aliquā rigatione. Sed non sumo mihi tantum ut dixisti, meum esse tibi posse praecepta dare. Monere possum, quod est amici. Alteram epistolae tuae partem, in qua de errato anatomico scribis, & operā mihi tuam in emendatione defers, non tam ad me quam ad publica studia pertinere iudico: etsi privatim etiam candore tuo delector quod tam tam amanter admones. Sed gratius est mihi officium tuum propter publicam utilitatem. Congessi enim sylvulam illam, in qua vides mediocrem esse varietatem, ut quasi quibusdam illecebris invitarem Scholasticos ad veram philosophiam. Sed haec turbulenta tempora parum mihi concedunt ocij ad illa dulciora studia colenda aliquo ornanda: Ideo & erratorum veniam peto & ab ijs qui prodesse & prodesse aliquid hanc sylvulam Scholasticis iudicant, magnopere

peto

peto ut eam emendent & ornent: praecipue vero te rogo, ut hoc vel amicitiae nostrae vel ipsis studijs tribuas, ut conturam vel ipse edas vel mihi mittas. Cupio enim in ipso libello extare monumentum nostrae amicitiae: & plus autoritatis habebit libellus apud scholasticos, si tuo iudicio quaedam mutata esse intelligent: Me vero privatim magno beneficio tibi devinxeris. Bene Vale. Wormaciae. 14 Decemb. 1540

Leonardo Fuchsio Doctori medicinae amico suo — Phil. Mel.

~~EIDEM.~~

S. D. Et propter ipsam rerum naturam, & propter posteritatem gaudeo, crescere tuos hortos, longe amaeniores & utiliores Hesperidum hortis. Cuius enim non laetetur rerum naturam fieri notiorem? cuius consideratio mentes ad virtutes & ad philosophiam flectit, & multa vitae praesidia ostendit. Erudient autem & posteritatem hi tui horti, qui plantarum nomenclaturas & figuras optima fide tradis. Quare gratiam tibi Respublica debet, & passim boni & prudentes hunc tuum honestissimum laborem laudant. Etsi autem optarim eum candorem esse ingeniorum, ut & bene meritis honos haberetur, & lapsus sine livore & sine maledictis emendarentur: tamen vetus est illud οὐχ οἷόν τε καλὰ ἔργα ἀπόλαυσιν. Vidi libellos contra te editos, & ingemui. Ut puellae flosculos in hortis decerpunt, & sine odijs certant inter se, ut quaelibet suae coronae thoros venustissime distinguat & ornet: ita vos in collatione herbarum facere decuit. Ego diu iam, etsi multi rabiose adversus me

Scripserunt

N. est edita

scripserunt, tamen respondi nemini. De re dixi quantum uel necesse
fuit, uel potius in iis locis ubi explicatio instituta fuit, sine mentione
ullius Antagonistae. Et hac philosophia perpetuo utar, ac iudicium
sapientibus relinquam. Te quoque adhortor, ut cum iudiciis multorum
intelligentium opus tuum probetur, non moueare, si qui Stoici pagel-
lam unam aut alteram taxant, nec cum eis certes uerborum contu-
meliis. Valerium Cordum, Cordi filium, ingeniosissimum iuuenem
et in inquisitione totius naturae sagacissimum amisimus. Nam Romae
scribunt mense Octobri mortuum esse. Is de tuo opere saepe honorifice
loquebatur. Mortem eius uerioribus lacrymis deploramus quam Bionis
interitum deplorat Theocritus. De Cordo .n. uerius illa dici possunt: νῦν
ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα, καὶ πλέον αἶ αἶ. Multas
naturae partes adhuc ignotas, si uixisset, eruditis monstrasset. Tu
nequaquam te in Italiam attrahi sinas, ne quidem si ut ad Artaxer-
xem Hippocrates uocabatur, te inuitarent. Joachimus Lipsiae feliciter
instaurauit Academiam θεοῦ βοηθοῦντος. Cum autem difficile
sit patrifamilias saepe mutare sedem, non arbitror nunc quidem
ad uos rediturum esse: Sed de suo consilio scribat ipse. Bene et
feliciter vale. die natali filii Dei: qui dies cum annum ordia-
tur, ex animo Ecclesiae Dei et eius hospitiis et tibi ac tuae domesticae
Ecclesiae annum tranquillum sanctum ac felicem opto. A° 1545: in fine 44

Phil. Mel.

EIDEM

edita S. D. Etsi hanc nostram militiam tempora requirunt: tamen
illud

illud philosophicum otium, in quo doctrinam vitae salutarem, tu, Ioachi-
mus & similes boni & docti inquirunt & illustrant, non solum beatius
sed etiam honestius & vitae utilius esse censeo. Nos enim, etsi dimica-
tio fortasse necessaria est, tamen quia dissimillimae sunt in negociis
voluntates, nostrae ἐν τῷ χειμῶνι: parum loci rectis consiliis esse
videmus. Vos tranquilli tanquam apes in alveolis vestris mella
conficitis, & summa vitae ornamenta vestra assiduitate tuemini.
Quod cum ita sit, & tibi & reip. gratulor ocium tuum. Nam &
caetera quae edidisti lego avidissime, & expectamus ea quae habes
in manibus, eaque non solum plurimum ad medicanda corpora, sed
etiam ad accendenda honesta studia, profutura esse statuo. De
methodo missa gratias ago, quam in hoc itinere evolvam. De-
creveram ante reditum meum Thermas a te laudatas petere, cu-
randae dexterae causa, sed domum rapior non solum iniustis sed
etiam insulsis imperiis aulicis. Sed nos philosophos meminisse
illam non tam regis quam philosophi vocem apud Euripidem convenit
Τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας φέρειν χρεών. Videro
autem tandem, ut me ab hac κενταύρων συμμαχία avellam:
plus fortasse in schola profuturus, quam in barbaricis horum consiliis
ut nihil dicam durius. Deum oremus ut ipse Ecclesiam & honesta
studia gubernet & tueatur, ut ipse petere & sperare nos iubet. Ideo
qualiscunque erit καταστροφὴ Conventus: spero Deum Ecclesias ser-
vaturum esse. Bene vale. 12 Iulij. Ratisponae. A° 1541

Philippus.

## EIDEM.

S.D. Meministi veterem disputationem: Oportere Medicum philosophum esse, hoc est, non solum in curationibus sagacem, sed etiam in doctrina communicanda liberalem. Nam id officium vel precipuum est Philosophi. Ego vero etiam prius quam te vidi: et hanc tibi Philosophi laudem tribuebam, et nomen tuum amabam. Legeram enim lucubrationem tuam in Hippocratem, in qua nota comparent animi ingenui et amantis veritatem. Quare quod nos in his studijs non gravatim adiuvas, et rem tua professione dignam facis, et mihi officium praestas iucundissimum. Valde mihi optarim ocium dari ad retexendam illam totam telam περὶ τῆς ψυχῆς. Legi his diebus Eccij scriptum contra Osiandrum, in quo Eccius etsi satis Thrasonice ostentat φιλοσοφούμενα περὶ τῶν ἐμβρύων: tamen ea satis inscite tractat. Cum igitur cogitarem quantum referat adolescentibus haec elementa recte tradi: vehementer cepi optare ut extet libellus meus perpolitus. Nam ibi res easdem attigi, et ut puto cum quadam dexteritate exposui. Sed tamen [illegible] et [illegible] aliquid addent. Ideo magnopere oro et te et Joachimum ut in ea re me adiuvetis. De Commentis scripsi ad Joachimum. Bene et feliciter vale. Oro Deum patrem Domini nostri Iesu Christi liberatorem auctorem rerum omnium, ut reip. et tibi det annum tranquillum, faustum et felicem. Wormaciae. die natali Christi 1541

Philipp.

## EIDEM.

ed. S.D. Lysippum Apelles excitavit, et vicissim Apellem Lysippus, ut ait

Synesius

Syneris, significans & commoveri ingenia artificum, & augeri industri-
am collatis exemplis artium inter se cognatarum. Nec vero vicinior est
plastice pictorum arti, quam doctrina Medicorum his philosophiae elementis
de quibus in commentario de anima disserui: facis igitur amanter, quod
tuae artis specimen, ut ita dicam, mihi proponis, in quod intuens, ut
Lysippus in Apellis tabellam, quaedam in meo marmore diligentius
sculpam. Etsi enim volens alicubi fugi subtiliorem inquisitionem,
& contentus fui maxime carptim inspectionibus: tamen errores serere
non volebam. Quare me non exiguo munere donatum abs te esse sta-
tuo, postquam contextum accepi tuarum, ac gratiam tibi habeo, daboque ope-
ram ut extet significatio tum gratitudinis meae, tum vero amicitiae.
Profecto pluris facio veram descriptionem quamvis minutae particulae
opificij humani, quam omnes pontificum & tyrannorum delicias. Quae
enim pars in homine non est plena miraculorum? cui loco in homine
non impressit Deus vestigia illustria, ut nos de Architecto admoneant?
Sed o deplorandam imbecillitatem nostram! quae mentes nunc qui-
dem velut carceri inclusas abstrahit a conspectu Dej & rerum divi-
narum, & impellit ad quaerendas voluptates homine indignas. Cum
autem huic morbo repugnare diligentia debeamus, & Deus velit huius
cultu minus a Prometheo esse homines doctos potissimum Theologos: quam
deplorandi sunt plerique nostri Cyclopes quam Theologi, qui hoc genus
studiorum aspiciendae naturae contemnunt, nec alia bona constantiora

aut

uident, aut quaerenda putant, q(uod) ea quae expetunt ἐν ἐπιθυμίαις λυσσῶ-
σι, καὶ ὁρμῶσι ἀτάκτως κατὰ τοὺς φερομένους. Sed nos Deum
oremus, ut bonorum studia adiuvet & provehat. De conventu & caeteris
negotiis ea quae habebam ad Joachimum scripsi. Imperatorem Carolum
aiunt permisisse ad ditionem palatinorum vicinam Treviris, ac
nunc impediri iter adversa eius valetudine. Audio postquam edidit
Normacianum illud edictum, subinde conflictatum esse morbis. Ac
profecto doleo principem, quem natura videtur non ad saevitiam
sed ad benignitatem duci, improborum artificiis, cum nominis liceat
immutari. Narrant Monachum ei noluisse impertire absolutionem,
ut vocant, cum de editione edicti cunctabundus deliberaret. Sed
saepe cohorresco repetens animo, omnium temporum historias, ac
praestantissimorum principum μεταβολάς considerans, quae nos
de infirmitate humanae naturae & de insidiis Diaboli admonent.
Quanta virtus fuit Saulis, Salomonis, Agesilai, Philippi, & multorum
aliorum, qui tandem alii aliis vitiis implicati & tanquam furiis agi-
tati pristinas naturas exuerunt. Oremus igr Deum ut Caesarem
suum & pia studia tueatur. Bene vale. Wormaciae. 12 Januar.
1541

Philippus M.

Egregia virtute, doctrina & prudentia praeditis
D. Georgio Normanno & Clementi Regio
Secretario: amicis suis cum observantia
colendis.

Non ed.

S. D. Magnae mihi voluptati fuit epistola vestra, non solum propter pri-
vatam amicitiam nostram, sed multo magis propter commemorationem
de inclyti regis pietate & virtute. Nam cum passim toto orbe terrarum ja-
ceant Ecclesiae squallentes vetusta caligine & incultae, ac Pontifices multis
locis conentur inusitata saevitia opprimere lucem Evangelij rursus emer-
gentem: profecto optandum est aliquos pios & constantes reges & principes
opem ferre Ecclesijs & conservare puram Evangelij doctrinam. Ac vero Christia-
norum hoc munus est gubernatorum. Nam cum haec politica societas divi-
nitus sit instituta, ut in ea luceat Dei notitia: maxime convenit po-
litias & regna praebere hospitium Ecclesijs. Id fieri in vetustissimo reg-
no Sueciae magnopere gaudeo, quia cum semper fuerit sedes fortis-
simorum virorum, optandum est ibi recte tradi religionis doctrinam,
ut gentis fortitudo, & caeterae virtutes gloriae Dei serviant, & divina lu-
ce regantur. Quod vero refutatis calumnias sparsas contra
Regem, non solum probo officium vestrum: sed et testimonio assentior.
Inter caetera humanae infirmitatis καὶ ἀταξίας exempla, vere &
hoc malum potest numerari, quod cum vicinitas deberet esse vincu-
lum amicitiae, tamen plerumque vicinae gentes inter se dissident. Quam
perniciosa certamina fuerunt harum vicinarum civitatum in ea gente
quae summam humanitatis laudem habuit, Atticae, Spartanae & Theba-
nae. Ideo non mirum est, incidere dissidia inter has arctoas natio-
nes, magis rigidiores. Hi gentium mores deplorandi a nobis sunt &

respondendi

reprehendendj. Nec nolim ulla in parte accendere aut fovere odium. Quare si qui de vobis secus loquuntur doleo, & opto ut vicini utrinque cogitent, quantum bonum sit bonus vicinus, & ut sit talis mutuis officiis perficiendum est. Deinde consensus de vera religione etiam coniungere animos, & mitigare dissidia debebat. Ita olim cum diu inter se dimicassent Ungari & Germani: postea societate religionis bella sedata sunt. Tanta est infirmitas generis humani, ut ubique toto orbe terrarum sint quaedam inter vicinos iniusta certamina: Sed hi impetus frenandi sunt, primum religione, deinde quadam aequitate & constantia gubernatorum. Hanc concionem non in hac epistola nunc primum scribo: Saepe etiam in medio senatu inter nostros recitavi, quos hortatus sum ut privatas offensiones mutua aequitate abolerent, & extra hunc senatum alias esse hostes sentiones cogitarent: adversus quos vicinorum concordia aut coniunctio opus sit. Mihi Danorum aut Suecorum ~~amicitiae~~ discordiae non sunt notae: Ideo totam hanc orationem, de communi hominum vita, non de vestris tantum rebus scriptam esse putetis. Saepe ingenti dolore afficior, cum video in his nostris regionibus quam infirmae amicitiae sint vicinorum, aut eorum qui multis naturae, legum, & religionum vinculis coniuncti sunt. Nos igitur privati homines oremus Deum ut gubernet, & coniungat, ac consociet bonorum principum voluntates, & sicubi est occasio, hortemur omnes ad eas amicitias colendas quae sunt utiles, primum ad verae religionis defensionem, deinde ad patriae tranquillitatem. Hoc sentio, & toto pectore Deum oro, ~~ut~~ ne me finiat dissidiis, praesertim inter membra corporis Christi,

in,

inflammatorem esse sinat. De fero etiam omnia officia primum Inclyto Regi Suecico. deinde & ceteris vestrae gentis hominibus. Nec naturam meam, nec mores ignoratis. Scitis me non delectari dissidijs. Deinde functio scholastica cum praecipue seruiat Ecclesiae, pariter complecti omes gentes debet. Bene valete. die 23 Iulij. Ratisbonae 1541

Philippus Mel.

Inclyto & Serenissimo Regi & Domino, Domino Gustauo Regi Suecorum, Gothorum, Wandalorum domino suo clementissimo

= Non edita /

S D. Inclyte Rex: Veniam mihi dabit R M V, quod ad eas literas quas circa brumam ad me misit, non respondi. Aberam .n. in Conuentu Wormaciensj, in quo scilicet explicatio controuersiarum ecclesiasticarum inchoata est, ut Imperator & ceteri principes in conuentu sequenti magicarum fontes cognoscere possent, & collatis vtrimq. sententijs eligere veriores. Erant auspicia eius congressus satis felicia: sed interrupta disputatione in Patriam discedimus domum vertentes, cum iam terra vbiq. altissimis niuibus tecta esset. Ex his vix semel elicerat, mox procul ad Danubij ripam proficiscimur, quo iam Imperator Carolus principes conuocauerat & deliberationem primam omnium de religione instituit. fortassis autem aduersarij nostri animaduerterant non prodesse sibi disputationis formam Wormaciae inchoatam, quae causam nostram illustratura & in conspectu posituri erat: ideo rursus quaesitae sunt latebrae. Ipsi sumus

pauci

pauci quidam, non de nostra confessione, sed de alio quodam libro colloqui,
qui etsi moderationes quasdam contentionum proponere videbatur: tamen ita
insidiose & captiose scriptus erat, ut tecte doctrinam nostrarum ecclesiarum
labefactaret. Cum igitur non solum itineribus & occupationibus, sed etiam
novis curis impeditus fuerim, quo minus responderem R M V, rogo
ut meum silentium boni consulat. Historiam vero huius conventus
magna ex parte ex his paginis, quas simul mitto, cognoscet: quam
cum leget, videbit adversarios nostros non velle ecclesijs vera ratione
consulere. Eo magis optandum est, ut boni gubernatores ceteri, ac praesertim
qui puram Evangelij doctrinam intelligunt, pias ecclesias recte constituant, ac
curent, ut in his luceat Evangelium filij Dei. Hoc sacrificium Deus
tum ab omnibus, tum vero praecipue a Regibus flagitat, & amplissimis
praemijs compensat, sicut inquit: Glorificantes me glorificabo. Quare
gratulor R M V hunc animum, quod curam Ecclesiarum ornandarum
& propagandi Evangelij suscepit, ac precor Deum, ut haec honestissima
consilia, salutaria tot gentibus adiuvet ac provehat. Pro poculo misso
gratias ago R M V. Etsi autem nondum mea officia tanta fuere,
erga R M V, ut tam magnifico munere compensanda fuerint:
tamen gaudeo Regiam M V declarare suam benevolentiam erga scho-
lasticum ordinem, qui cum multorum ingenia ad pietatem & ceterarum
virtutum officia formet: profecto benignitate Regum & principum com-
plectendus est. Tabellarius R M Vae hic in conventu & loco periculoso
eximiam

eximiam fidem & prudentiam prestitit: id cum comperissem non po-
tui facere, quin eum R M V commendarem. Bene valeat Regia
Maiestas vestra. Ratisbonae 23 Iulij. Ao 1541.

R V M
addictissimus Phil. Mel.

Illustrissimo Principi: Philippo
Palatino &c.

S D. Illustrissime princeps: Vere scriptum est in iure civili, Nulla
virtus ita fulget in principe, ut vera pietas. Promittit autem Deus
se ad futurum piae voluntati & daturum praemia pro studio agnoscendae
& ornandae religionis, sicut scriptum est. Glorificantes me glorificabo. Hac
cogitatione & spe sustentet se Celsitudo vestra. Quod vero petiuit mit-
ti plures paginas Actorum: sciat C V nos brevi omnia in unum libe
(*Edita.*)
collecta edituros esse. Nam describi nunc non possunt. Cum igitur
fuerint excusa, mittam C V integrum exemplum, in quo omnia, quae
digna sunt lectione, de conventu habebit. Interim mitto C V
quaedam de reformatione ecclesiarum, quae iussi exhibuimus: quae & prodessent
ad salutem animarum, & publicam tranquillitatem, & ad bonam disciplinam
ac politiam. Spero hanc lectionem C V iucundam fore. Deus pater
D N. I C gubernet & servet C V. ex Ratisbona. 24 Iulij

Phil. Mel.

Reverendo patri: egregia virtute & pietate praedito
D Abbati in Heilsbron. S amico.

S D. Homerus narrat Ulyssis socios mactasse boves solis, & car- (*Non ed.*)
nes

carnes boum tostas horribiliter mugiisse, ut prodigio monerentur Sacri-
legi quantum sceleris sit diripere bona ad sacros usus destinata, ac postea
autores facti oẽs naufragio periisse. Non obscura est exempli significatio.
Quomodo bonis Ecclesiarum multis iam seculis Episcopi & nunc Centaurj
abutantur non est obscurum: Sed poenae etiam in conspectu sunt. Laudan-
da est igitur pietas tua q̃d de tuis facultatibus iuuas Scholasticorum
studia, qui Ecclesiis usui futuri sunt. Nec dubito mitigaturum deum
esse poenas publicas propter suam Ecclesiam. Parcet igitur illis, qui fo-
uent Ecclesiae studia: sicut in excidio Hierosolymae pepercit iis qui Hiere-
miae seruierant: autiro Aethiopi & scribae non pepercit. Est autem
hic adolescens francus Nicolaus admodum bono & modesto ingenio
praeditus, latine bene loquitur, ac philosophiae elementa & doctrinam
christianam recte didicit. Magnum autem specimen & honestae men-
tis quod orbatus parentibus patrimonium suum studiis literarum
impendit: Quare aequum est ornissim enim ab Ecclia, cui usui esse
poterit, iuuari. Valde igitur te oro ut eum non solum in Collegium
tuum recipias, sed etiam exerceri cures & aliquando ad ecclesiam ali-
quam docendam proueħas: Spero mores eius placidos & voluptati
Senibus, & exemplo iunioribus fore, et eruditio prodesse scholasticis
quos alis poterit. Bene vale. 13 Octobr. A° 1541.

Philippus.

Clarissimo & optimo Viro D Hieronymo
Baumgartnero, Senatori Norimbergensi
amico suo.

Si aut

S D. Si aut ingenium Valerij Cordi, aut honestissimos mores, aut eruditio
nem in hac communi nostra philosophia, aut diligentiam in inquisitione planta
rum ignorares, longiore mihi oratione opus esse arbitrarer, Sed quia scio
te non solum sapientem, sed etiam dextrum & candidum censorem esse ingeni
orum & aliorum studiorum, ero brevior. Intelligo authoritate publica istic, et
tua oratione Cordo mandatum esse, ut compositiones medicamentorum ad usum
nostrorum myropoliorum conscribat. Etsi difficile opus est: tamen quia stu
dium suum vobis probare cupiebat, operam suam vobis promisit. Saepe mi
hi, mi Hieronyme, in mentem venit Pindari, qui quod Athenas supra Graeciae
civitates reliquas laudasset, à Thebanis suis mulctatus est. Sed fuit hoc
humanitatis Atticae, quod Athenienses mulctam eam solverunt. Nec vero
bellicis rebus, robore, opibus, sed doctrina & honestarum artium studijs an
tecellebant Athenae. Haec iudicavit Pindarus maiora esse ornamenta, quam
res ceteras, quibus aliae civitates florebant. Etsi autem in hac senecta
mundi, et imperiorum confusione, nullae sunt similes politiae Graecis illis:
tamen hoc res ostendit, nunc quidem nullam urbem esse Germaniae, in qua
plus sit honestarum artium, quam in vestra: Ideo eam anteferre caeteris
soleo, & opto ut possessionem huius laudis, quam tenuit iam aliquot saeculis,
diu retineat. Tibi vero aliquid debet patria, qui curas, ut Ecclesiae quoque
ornentur, & ut in civitate literae colantur. Nunc igitur literatum hominem
tibi commendo, teque rogo ut Senatui non solum praedices opus, quod misit
Cordus, sed etiam egregias eius virtutes. Non enim dubito quin delectent
boni viri, etiam ignari literarum, virtutis laude. Adiunxit autem Cor
dus ad doctrinam optimos mores & singularem in omni officio diligentiam.

Quantum

Ss.

edita

Quantum autem artis sit in medico opere, etsi rarus nunc [illegible] in judicijs candor: tamen sperat vestros medicos probaturos esse has descriptiones, nec dubitat se bonis & eruditis satisfacturum esse. Quare te etiam atque etiam rogo ut librum Senatui offeras, & perficias ut intelligat Cordus & voluntatem & studium gratificandi vobis: & hunc laborem Senatui vestro probari. Id officium tum arti & doctrinae, tum vero ipsi Cordo tribues, qui profecto propter virtutem dignus est, quem boni viri complectantur & adiuvent. Bene vale.

P M

Egregia pietate & doctrina praeditis pastoribus
Ecclesiarum in conventu Neocomensi, fratribus
in Christo dilectis.

S D. Postquam Deus pater liberatoris nostri Iesu Christi lucem sui Evangelij Ecclesijs nostris reddidit: decet animos nostros ad ea certamina paratos esse, quae doctrinae coelestis praedicationem sequi solent. Videtis enim pontificum & hypocritarum conspirationes adversus vos, qui cum habeant adiunctos principes, inflammant eos ad delendas nostras ecclesias. Quare post Diocletiani tempora nulla maior saevitia in Ecclesiam grassata est, quam quae nunc exercetur. Sed scitis haec certamina de postrema aetate praedici apud Danielem, qui ait futurum ut docti ruant in gladio. Sed tamen consolationem addit. Promittit non fore irritos labores nostros, inquiens: Docti in populo docebunt plurimos. Feramus igitur constanti animo & pericula & has aerumnas, quibus propter Evangelium conflictamur, cum sciamus & hoc doctrinae genus quod profitemur, vere esse consensum Ecclesiae Catholicae Christi, & Deo gratissimum cultum esse huius doctrinae propagationem. At Farellus vir egregia doctrina & pietate praeditus

Sl[illegible]

utrumq. nobis praedicarit & doctrinae purae consensum in ecclesiis vestris, &
vestram diligentiam & constantiam: Quare magnam ex eius oratione vo-
luptatem cepimus, & ex animo precamur, ut filius Dei, Iesus Christus qui ascen-
dit ad patrem & dona dat hominibus: etiam vos & vestras ecclesias cumulet caelestibus
donis, luce Evangelii, fide, constantia, concordia, mutua dilectione, & omnibus
officiis quae ornant Ecclesiam Christi. Sed non solum adversus hostes ex-
ternos opus est animi robore: sed etiam vigilantia & gravitate adver-
sus domesticas offensiones. Cum autem ut apud vos, ita et alibi sint
quidam immorigeri vel inter pastores vel in populo, oramus propter Christum
magistratus pios, ut adiuvando pastorum aliquorum iudicio coerceatis eos, qui
sunt obnoxii manifestis criminibus. Ac optandum esset certa Ecclesiae iu-
dicia constitui, delectis iudicibus ex pastoribus, & viris gravioribus e po-
pulo, sicut in quibusdam nostris ecclesiis iudicia constituere cepimus. Ac his
opus est tum propter alia scandala, tum vero maxime propter controversias divor-
tiorum & poenas adulteriorum. In his negociis profecto opus est singulari
diligentia & gravitate gubernatorum. Iniuste laudant Hypocritae canones
pontificios & iudicia Episcopalia, ut vocabantur, de negociis coniugiorum. Hinc
enim multa vitia orta & confirmata sunt. Nam adulteria raro punie-
bantur, aut redimebantur pecunia multa, Et quia non discernebantur
iusta divortia ab iniustis, connivebatur ad iniustas distractiones coniugum.
Talia cum ad regulam Evangelii revocanda sint, rogamus ut Magistratus
diligentissime hortemini, ut vobiscum curam suscipiant tales causas
cognoscendi. Haec etiamsi subito feliciter fieri non possunt: tamen

paulatim

paulatim gradus faciendus est ad ornandas ecclesias & quanti muniendas
tali disciplina. Optaremus enim institui morem ante synaxin audiendi
& erudiendi eos qui ad coenam Dnj accedunt. Hic mos multiplices utili-
tates habet. Nam rudiores cum interrogati respondere coguntur, melius
erudiri possunt. Est autem, ut scitis, doctrina fidei & remiss. pecc. no
ita in conspectu humanae menti, ut sine doctoribus intelligatur. Doctrina
de moribus minus est obscura. Sed in illo familiari colloquio doceri
mentes praesertim consternatae possunt de proprio Christi beneficio, de re-
missione peccatorum, & quanti faciat Dnus hunc cultum, cum agentes
poenitentiam vere sese consolantur fide & fiducia Christi qui pro nobis
victima factus est. Hanc vocem etsi saepe multi audiunt: tamen
non intelligunt homines ferrei, qui non vere agunt poenitentiam. Quare
colloquium illud erit utilis κατηχησις piarum mentium. Ac de his rebus
omnibus copiosius exponet vobis nostram sententiam Farellus. De
conventu non multa possumus scribere. Adversarij non hoc agunt, ut
Ecclesijs pie consulant & emendent doctrinam vitiosam, & impios cultus:
Sed ut confirment potius speciosa aliqua conciliatione. Nos sumus auditi
summus. Ipsi hactenus inter se deliberarunt, & quia aliqui pij eis admixti
fuerunt, trium principum Electorum legati testati sunt se probare doctrinam
Ecclesiarum nostrarum, videlicet legati Palatini Electoris & Marchionis Electoris
& Ducis Juliacensis. Multa tentarunt adversarij ut hos ad se retra-
herent: Sed legati quos diximus, constantes in sententia dicta manserunt.
Dum igitur cum illis litigant, nobiscum nondum congressi sunt. Dnus
gubernet

gubernet nos, et eripiat ex insidijs adversariorum. Non n. sentimus Concordiam oppressione Veritatis constituendam esse, sed potius omnia pericula adeunda, quam prodamus Evangelij Veritatem. Vos autem cohortamini Civitates vestras ut nos & causam publicam vobis cum Deo commendent. Ceterum divinitus regitur, & conservabitur, etiamsi regum & principum conventus ei parum consulant: Sed tamen hic comperimus admixtos fuisse malis aliquot pios. Orate igr ut Dns pios confirmet propter Evangelij sui gloriam. Bene valete. Wormaciae. die Stephani 1541

Concionatores Ecclesiarum puram Evangelij doctrinam profitentium, qui nunc sunt Wormatiae in Conventu.

Clarissimo Viro, Melchiori Wolmaro Doctoris Iuris: amico S. Tubingae.

non edita.

SD. Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ inquit poëta. Indidit scilicet natura minutis animantibus mutuum sui generis amorem: quo magis mirum est homines qui ad civilem societatem conditi sunt, tanta odiorum acerbitate inter se pugnare [colere]. Atque utinam docti saltem vocem naturae exaudirent, quae nos ad mutuam benevolentiam hortatur. Ego quidem ex animo gaudeo, si quando amicitias eruditorum praedicari audio, quae ut res testatur, plurimum etiam reip. conducunt. Magnam igr voluptatem cepi ex Ioachimi & Ludowici sermone, qui & benevolentiam erga se tuam, & singularem humanitatem

humanitatem in omni officio praedicabant. Eodem tempore exhibuit mihi Brentius legendas tuas literas in quibus scribis de beneficio collato in juvenem Saxonicum, ac significationem addes benevolentiae erga me tuae non obscuram. Quare ad te scribendum esse duxi, ut tibi gratias agerem, et si qua esset occasio vicissim declarandae meae erga te voluntatis, persisterem omni studio ut intelligeres amicitiam tuam a me magnifieri. Sed te humanitate praeditum tanta statuo non tantum fructus causa, sed magis propter virtutem, amicitiam colere. Quare satisfacturum me tibi esse spero animi gratitudine et mutua benevolentia, etsi remuneri officia non potero. Illud opto ut adolescens studeat tuum beneficium virtute et industria tueri. Historiam conventus, quo adhuc perbrevis est, narrabit Ioachimus. Mare, inquit graecus poeta, saevum est: sed longe saevior res est sophistica. Rixamur cum hominibus, qui nullum faciunt finem calumniandi. Deus det placidam naturam στολαρ. Bene Vale. Wormaciae. 15 Decemb. 1540

Philippus Mel.

Illustri Viro, et praestanti sapientia et virtute praedito D Guilielmo Bellaio, Domino à Langei: Taurinensis provinciae Gubernatori suo patrono.

edita } S D. Ut semper ex animo concordiam publicam Ecclesiae mediocribus conditionibus optavi: ita ad conventum quadam cum spe profectus fui, quod scilicet cum audivissem adfuturum eum virum, qui nunc quidem princeps est consilii Imperatoris Caroli. Sperabam enim adfuturos plures, quorum sapientia et autoritas impetus utriusque partis cohiberi et moderari possit

posset. Sed postquam aduenimus tantum altercatio instituitur, sine arbi-
tris, sine ulla diiudicatione, cum haec nostra certamina aliquanto longiore
tempore durauerint quam Troiana obsidio. Accedit ad hoc quod absunt alio-
rum Regum legati, qui quia neutri parti uidentur addicti sed aequitatis
opinionem, facilius flectere utriusque partis animos potuissent. Nec profecto
ulla ratione alia consuli Ecclesijs potuit, nisi quadam moderatione adhi-
bita. Dissipare Ecclesias et in uastitatem redigere arma potuerunt: tran-
quillitatem ueram et animorum concordiam restituere non poterunt.
Ac sciebam te expetitum esse a nostris ad hanc grauissimam delibe-
rationem, uoluit Nestorem qui exortum inter Homericos duces certa-
men diremit, aut Vlyssem qui exercitum tumultuantem sedat. Sed
quoniam res longe aliter hic instituta est quam sperabam: angustia de exi-
tu non ualde obscura sunt, quem utinam Dominus gubernet. His me
conflictantem curis ac sollicitudinibus conuenit hic filius tuae sororis
adolescens, ut multi graues Viri praedicant, ante annos animumque
gerens curamque uirilem: cuius suauitate ualde sum delectatus, Eique
gratiam habeo quod me amplexus est, cum propter alias tum ob hanc
quod eius amicitiam mihi apud te quoque profuturam esse confido.
Etsi autem uel fortuna uel causa qua uideor coniunctus (etsi quid
probem satis ostendo) mihi aditum ad potentum amicitiam intercluⁿ
dit: tamen quia scio te et tuos colere, et quadam credi animi con-
stantia Veritatem tum in omni uita, tum uero in illa principe
Virtute, uidelicet in Religione amare: petiui ab hoc tuo propin-
quo

quo, ut me tibi diligenter commendaret. Narravi etiam hoc anno editas esse Xenophontis historias, quibus addidi praefationem tibi inscriptam. Admonuit enim me Xenophon ipse de tuis virtutibus, qui ad excellentem doctrinam adiunxit usum militarem, & Agesilai consilijs interfuit, qui prae caeteris regibus omnibus virtute, fortuna & gloria antecelluit. Itaque cum similitudine illa delectarer, teque magis amarem: nomen tuum nomen in vestibulo operis adscripsi. Sperabam etiam fore ut avidius expeteretur liber propter tui nominis celebrationem. Quare boni consules illam inscriptionem. Quod autem ibi publice petivi: idem nunc quoque oro, ut propter literas, propter Ecclesiae salutem, propter incolumitatem tot gentium hortator sis, ut de controversijs ecclesiae non dimicetur impijs armis, sed potius, ut decet magnos reges, quaerantur moderata consilia. Bene Vale. Wormaciae in Conventu. die 7 Decemb. 1540

Philippus Mel.

## Clarissimo & optimo Viro, D Urbano Rhegio, Doctori Theologiae &c.

Non ed. S.D. Cum iudicem [literarum] te ad ea certamina quae de dogmatibus in hoc congressu expectantur unum omnium maxime idoneum esse: magnopere optavi ut huc venires. Nec dubito, quin si qua spes esset constituendae concordiae, hoc iter summo studio et alieno tempore tuo suscepturus fueris. Sed aut prorsus nulla erit eruditorum collocutio. nam adhuc omnia sunt incerta, aut erit nimis odiosa altercatio a qua ego quoque & natura & voluntate abhorreo. Accedunt agmina

sycophanticam, Sorbonici, Hispanici & Italici quidam Monachi. Hi
erunt tanquam triarii: Nam Eccius, Mensingerus & similes principium
pugnae facient. An tu hos arbitraris futuros pacis angelos, & veri-
tati caelesti cessuros? Praeter hos sunt quidam qui volunt videri
pacificatores, qui simulant se nobis quaedam largituros esse. De his
nescio quid scribam: Nolo enim studia quorundam mediocria vitu-
perare, Sed in his aliqui Scioli persuadere nobis conantur totam dis-
sensionem tantum esse λογομαχίαν. His Pyrrhoneis aliquanto ve-
hementius succenseo quam inimicis. Derident enim utramque partem.
Ac respondi quibusdam ita, ut famam moderationis iam amise-
rim. Haec cum ita sint, quae spes potest esse iustae deliberationis?
Quare tuam cunctationem non reprehendo: Ac precor deum pa-
trem liberatoris nostri Iesu Christi, ut te & honestissimam matro-
nam coniugem tuam servet, & nuptiis filiae faveat, & faciat ut
connubium sit faustum, felix, tranquillum & fecundum. Arbitror
legatum nostrum de Conventu copiosius scribere ad principem: quam-
quam adhuc quidem historia perbrevis est. Disputationes publicae non-
dum sunt inchoatae, Itaque cum esset ocium nos privatim ali-
quoties convenimus, ac ordine de praecipuis controversiis amanter col-
locuti sumus. Dei beneficio, summus consensus est eruditorum qui
adsunt, Itaque diligenter nostras sententias contulimus, ut me quoque
didicisse nonnulla ex aliorum explicationibus libenter fatear.

Es

Quis autem ordo? qua ratio publicorum congressuum futura sit, nondum uideo. Nam Granuelanus adhuc expectatur, Is erit uelut ὁ ἐμβαλλομένος. Marchici habent pia mandata. Audio & Coloniensis & Palatini voluntatem laudari. Tu castis & pijs precibus nos adiuuato. Ego mea consilia non seiungam a caeteris viris optimis qui adsunt, & si qua mea opera utentur, Deo iuuante, fidem praestabo. Sum hortator ut nos dextre, proprie & perspicue & modeste doctrinam proponamus, nec sinamus eam nobis extorqueri. Hoc ad officium nostrum pertinet. Quid principes facturi sint, cogitare desij: ταχα γὰρ προαιρέσεις τινῶν οὐκ ἐστὶ βέβαιαι· ἀλλὰ ἐτόλμησέ τις, ὥσπερ ἀλέκτωρ δοῦλον κλινοπάλης, ut de Alcibide dicitur. Ingentem ex ea re dolorem capio. Bene vale. Wormaciae. die Elizabethae. Anno 1540.

Phil. Mel.

# Vito Theodoro Norimbergensi.

Edita } S.D. Spero iam conualescere honestissimam coniugem tuam & dulcissimos liberos: Deumque oro, ut familiam tuam seruet. De genere morbi praesertim absens non sumo mihi iudicium: Et habetis medicos peritos. Sed siue est malacis affectus, ut ego potius existimo, siue stomachi, medicina aliquid opis adferre potest. Mea coniunx laborat quali imbecillitate, ut uereor immedicabili, quo si eripietur filiabus, praesertim cum & ego diu superstes esse non possim, prospicio illas matre orbatas miseras fore. Sed haec, mi Vite, quoties cogito, agnosco impressa uestigia serpentis omnibus vitae partibus: qui quidem cum sit hostis filij Dei, praecipue in ipsius Ecclesiam grassatur. Sed sustinendum

missum esse filium Dei, ut caput serpentis contereret. Ideoque Ecclesia
infirma est, ut conspici potentia filii Dei possit dimicantis pro Ecclesia
qui cum velit nos a se petere et expectare auxilium, hac nos con-
solatione sustentemus. Deinde cogitabis et illud, jam te vere mari-
tum esse, cum aegrotanti coniugi servis. Saepe ex animo indignor:
Scio enim me esse ὀξύχολον, quod etiamsi vitiosum esse Stoici putant,
tamen fateor. Vere igitur irascor quibusdam μισογύναις, qui sin-
gulare sapientiae genus esse putant despicere foeminas, et vituperare
coniugia. Sit sane sua sexui foeminino infirmitas, ut sunt in
viris etiam vitia, sed hic intueri nos convenit Dei voluntatem, qui
societatem maris et foeminae instituit. Huic pareamus et cogitemus
debere nos adhiberi curam alterius sexus. Amemus igitur, ornemus,
et tegamus eum sexum, etiamsi antecellimus robore. Idque non de-
spiciendis foeminis, sed iuvandis declaremus. Haec virtus dig-
na est viro intelligente iura societatis divinitus institutae. Et
quamquam haec officia multi duri negligunt: tamen Deus prospicit foe-
minis. Ut aviculae connubiorum et procreationis causa nidificant:
sic non virorum sed mulierum et puerorum causa conditae sunt
et munitae urbes, et suscipitur tam multiplex labor earum re-
gendarum et defendendarum. Quoties igitur domum, quoties
moenia aspicis: cogitabis, cum haec condita sint propter puerperas
et matres: has quoque praecipue amandas et complectendas esse.
Quod si Deus mirabili consilio tuae puerperae tantum addidit

adminiculorum

adminiculorum: Huic .n. serviunt imperia, magistratus, opifices, tecta,
moenia, arces: non pigeat te quoque suscipere aliquam partem commu
nium officiorum. Postremo cum imago sit Coniugium amoris filij Dej
erga Ecclesiam: admoneat te domestica consuetudo, filio Dej Ecclesiam languen
tem & parturientem sic curae esse, ut tibi haec tua prospera curae est.
Haec quamquam scio tibi satis meditata esse, tamen quia eram otiosus
collegi, quod hoc genus sermonum tali tempore non solet ingratum esse.
Nec dubito quin hae cogitationes & studium tuendae coniugis & amo
rem augeant, & leniant tedium domesticarum difficultatum. Saepe
iam apud animum meum institui ideam historiolae, in qua
Heroidum exempla congererem Italis, quae magnas ~~animo~~ aerumnas
singulari pietate & robore animi tulerunt. De eo argumento
me domestici casus admonuerunt. Nam filiae meae virtus nonnul
lam mihi levationem attulit acerbissimi doloris, quem ex eius cala
mitate accepi. Et quidem ipsa me aliquando iussit fortiori animo esse,
quia decrevisset in his miserijs Deo parere, qui utinam & illi & tibi
& nobis opem ferat adversus hostem Diabolum & det nostra ἀλεξι
φάρμακα contra venenatos morsus illius serpentis. Si possem
illam Heroidum historiam pertexere: sperarem gratam & utilem
lectionem multis fore. Hic annus eripuit reip. multos claros
viros, Budaeum, Eobanum & plerosque alios. Exspectas haud dubie
quid de Conventu scribam. ἵππευον ἱππεύομεν ἐδάη καὶ ἀίδιος ἀεὶ
δεῖν: Deliberant iam totos octo dies de ordine disputationis
Eytes

Equites & nescio qui Canonici alieni a nostris studijs. Horum inep-
tias recensere piget. Bene vale, & rescribe. Wormaciae. 27 No-
vembris. Anno 1540. Philippus Mel.

## Illustri & Generoso Comiti, Dno Ludowico, Comiti in Stolberg & Konigstain &c.

S. D. Illustris & generose Comes: Etsi conventus nondum suppeditat mihi argumentum ad te scribendi: tamen de privato officio, deque meo studio erga D. T. libenter scripsi. Semper enim amavi ingenium D. T. & nunc in gubernatione reip. perspectam moderationem animi & virtutem magis amo. Bonus gubernator imago Dei est, ut vere dicitur: Sed pauci hoc decus tueri student, Ideo Deum oro ut D. T. regat & servet. Spero quoque vestrorum similium studia profutura esse ad ornandam Ecclesiam Christi. Historia conventus adhuc perbrevis est: Nam publica disputatio de doctrina nondum est inchoata. Adversarij quotidie conveniunt, condunt articulos, & conditos rursus mutant, denique telam retexunt, ut de Penelope dicitur. quod eo fit, quia difficile est fucos idoneos falsis opinionibus, quas ornare cupiunt reperire. Si vocabimur ad publicum congressum, dabimus operam ut moderate causam agamus. Nam & nos ex animo Concordiam publicam optamus, quae facile constitui posset, si adversarij quaedam manifesta vitia in Ecclesijs emendari paterentur. Sed

quatenus

edita.

hactenus omnia moderata consilia respuerunt: Nec nos doctrinam accusationem Ecclesiae: etsi praesidia humana nulla habemus: abiecti vivi sumus. Oro igitur Deum, ut consilia et exitum gubernet, et flectat animos potentum ad illustrandam Dei gloriam. Bene et f[eliciter] valeat D[ominatio] T[ua]. Wormaciae. 7 Decemb. 1540.

Phil. Mel

Egregia virtute praedito, Nicolao Bromio, patritio Francofordiensi, amico suo.

Non ed. // S. D. Precor Deum patrem liberatoris nostri Iesu Christi, conditorem naturae rerum, et autorem huius societatis hominum, et dulcissimae ac sanctissimae coniunctionis coniugum, ut faveat tuo coniugio, ac faciat, ut sit fructuosum, felix, tranquillum et fecundum. Cumque ipse optime intelligas qualis animi moderatio huic generi vitae conveniat, et ingenio sis, ut semper iudicavi, non aspero, non moroso praeditus, spero te diligentia et comitate tua perfecturum esse ut haec nova vivendi ratio tibi sit iucunda et suavis. Etiam ad eam multum conducet si animo intuebere voluntatem Dei de hoc vitae genere, et multiplices consolationes divinitus propositas, ut in hac varietate nova // cum tota haec mortalis vita obnoxia est, erigant animos et gubernent. Vult enim Deus intelligi sua beneficia, et ex communibus difficultatibus arte excerpi bona, ut eis fruamur, ac grati Deum celebremus. Laetare igitur, cum adolescentula coniuge. Et ut est nativa et non simulata sed vera et ardens στοργὴ inter corvum et cornicem: ita iubet complexum coniugum plenum esse veri amoris, et plenum mutuae

suavitatis

suavitatis. Mirabili bonitate Deus hanc vitam varijs voluptatibus conspersit, ut autorem cognoscamus, nosq. vere ei curae esse statuamus: ac praecipue coniugio hanc suavitatem Deus addidit, ut societatem huma-nam & amemus ardentius, & maiori studio colamus. Paulus etiam ad-didit hunc coniugum amorem imaginem esse ardentissimi amoris filij Dei erga Ecclesiam, quem quidem & nos imitari debemus. Ideoq interdum intuens coniugem simul cogitabis hac te consuetudine admoneri, ut si-mili amore Ecclesiam complectaris. Ac profecto prophani & duri sunt qui ita fruuntur hac suavitate, ut obliviscantur Ecclesiae, nec aliquando co-gitent domesticum amorem imaginem esse debere amoris erga Ecclesiam. Conferes igitur aliquid studij in patria ad iuvandam Ecclesiam, hoc est, ad literarum & doctrinae defensionem, praesertim cum haec tota societas vitae ideo instituta sit, ut in ea luceat notitia Dei, quae quidem ma-xime in familijs & inter coniuges celebrari debet. Quod cum fit, tota consuetudo est dulcior, & adest Deus opitulator, leniens incom-moda, sicut scriptum est de pio marito: Hauriet voluptatem a Domino. De conventu nondum habeo qd scribam: quia hactenus non sunt inchoatae disputationes. Expectatur Granvelus, quem sperat fore pacificatorem. Bene vale. in Veteri Vangionum urbe Worde-matia. 16 Novemb. 1540. Ph. M.

Ad D Petrum Paulum Vergerium
Episcopum.

edita

Mitto

edita /

S D. Reverendissime Domine, Mitto exemplum Confessionis & Apologiae. Etsi autem alia quaedam fortassis monumenta nostrorum accuratius scripta sunt: tamen & hic libellus testatur nos non discedere a vero Consensu Catholicae Ecclesiae Christi. Ego vero etiam dehiscere terram mihi prius optarim, quam velim pugnare cum isto augusto coetu Ecclesiae, in quo filius Dei regnat. Non potest autem negari plurimum fuisse tenebrarum & errorum in doctrina Monachorum. Quare res ipsa flagitavit emendationem. Et nunc, utinam pontifices quaererent idoneas concordiae vias, quibus certe nostrae voluntates non sunt defuturae. Idque velim Te tali prudentia, eruditione & virtute virum aliis exponere, nec ineptorum calumnias reformidare. Bene vale. Wormaciae

Ph. M.

Reverendo D Friderico Abbati
ad S Egidium. Norimbergae.

edita /

SD. Ex D Osiandro intellexi, te non solum gravi morbo conflictari, sed etiam accedere inusitatos pavores, & ai [illegible] & laetitiam. Cepi igitur hoc magis vicem tuam dolere, quia similitudo huius periculi me de meo morbo admonuit, qui me proxima aestate subito oppresserat, cum nulla corporis aegritudine laborantem soli dolores animi horribiliter prostratum paene extinxissent. Proinde etsi sciebam non deesse tibi aliorum consolationes: tamen & ego aliquid ad te scribendum esse duxi, quia, ut in veteri versu dicitur, Aegrotanti magis grata esse solet aegroti oratio. Video Ecclesiam Christi jam renascentem concilii non usitatis aut levibus, sed miris & ingentibus

ingentibus periculis & terroribus: Ideo nos quoque preparemus animos ad noua & aspera certamina, priuata & publica. Furit Diabolus, seu quia rursus illucescere Euangelium dolet, seu quia sit non procul abesse diem iudicij, in quo filius Dei Tyrannum uinctum in noua & aeterna supplicia abijciet. Hunc ille Tyrannus diem praesagiens iam furit, & dissipare prius omnia conatur, ut aegre faciat victori filio Dei. Sed tamen Dux noster filius Dei non defuturus est nobis in hac postrema dimicatione. Excitemus igitur animos, & illam nouam vocem Ecclesiae cum classicum audiamus: Exuberat gratia supra delictum. Nec peccata nostra, nec mundi iniustitiam, nec diaboli potentiam anteferamus victimae pro nobis mactatae, quae est filius Dei. Ornent aduersarij nostri quantum uelint, ritus suos: tamen quia obscurant gloriam filij Dei: necessariam causam habemus, cum aduersemur. Diabolus ipse exaggeret quantum uolet, nostra crimina: tamen non pluris sunt facienda quam victima, et pontifex Christus assidue pro nobis interpellans patrem. Etsi autem dura militia est, & experiri haec animorum certamina difficile est: tamen haec exercitia piorum erudiunt & confirmant. Absit a nobis odium quod habent Epicurei, quales sunt aduersarij Ecclesiae. Nec dubitemus filium Dei per haec infirma organa tamen illustres triumphos acturum esse, represso Diabolo. His me cogitationibus ipse sustento: has oppono igneis Diaboli telis. Scriberem autem prolixius, nisi scirem Ecclesiae doctrinam, quae e fons

verae

vocem consolationis, ut Chrs inquit, saliens in vitam aeternam, tibi bene notam & meditatam esse. Oro autem Deum patrem liberatoris nostri Iesu Christi, conditorem rerum omnium, & patrem consolationis, ut te confirmet & servet. Bene vale. 27 Novemb. 1540 Wormaciae

P. M.

Reverendo domino, D. Ioanni Abbati in Heilsprun: eruditione & pietate excellenti, domino s. cum observantia colendo.

ed.

S. D. Reverende Domine, Utinam exemplo tuo plures revocarent collegia Monachorum ad veterem formam, & abiectis superstitionibus vera studia doctrinae & pietatis restituerent: Ea res multis modis prodesset Ecclesiae. Ibi enim erudiri pauperes scholastici possent, deligendi postea ad gubernandas ecclesias, Et exemplum ipsum ornaret nostram causam. Nunc ut alibi superstitiones impediunt studia, ita alibi occupantur haec praedia a Centauris, Ecclesia defraudatur. Atque utinam saltem aliqui graecum versum meminissent, in quo dicitur, elabi in iudicio is qui multa furatus est & pauca iudicibus dedit. Fortassis & his ignosci posset, si quandam occupantes partem deciderent ad usus Ecclesiasticos. Sed horum rapacitas impediri posset si tuum exemplum alii imitarentur. Etsi autem iudico tibi habendam esse sumptuum rationem, nec magnam turbam in una domo ali posse: tamen te rogo ut hunc iuvenem Ulricum Piscatorem Norlingensem rursus in tuam domum recipias. Studio cum ante quoque ibi fuisse, Nunc exul & egens a parentibus quaerit hos

filium

pilium aliud. Scis Ecclesiam in hoc mundo exulare ac nusquam habere certam sedem. Decet igitur membra communi calamitate affici: Quare te valde oro propter Christum, ut hunc recipias. Si etiam meae lucubrationes aliquid videntur prodesse Ecclesiae, rogo ut propter meam commendationem libenter ei hoc beneficium tribuas. Ego in his publicis periculis saepe cogito praecipuam hanc causam esse, cur Deus pacem nobis tribuerit, quia nostrae politiae sunt veluti nidus pauperum Sacerdotum et scholasticorum. Ut igitur parienti Halcyoni mare fit placidum in media bruma: Ita Deus propter hos hospites a nostris politijs arcet bella. Praestemus igitur hoc officium eo liberalius, et a Deo praemia publica et privata expectemus. Haec scripsi ad te familiariter fretus tua pietate, Teque rogo ut hanc epistolam boni consulas. Bene vale. 2 octobr. 1540 Wormaciae.

P. M.

D. Hieronimo Baumgartnero, Senatori Norimbergensis reipubl.

edita

S. D. Deus pater liberatoris nostri Iesu Christi, et naturae universae Conditor servet te incolumem Ecclesiae suae, Ac spero eundem reliquias aliquas in civitatibus bene moratis Deum servaturum esse, ne penitus extinguatur scintilla doctrinae Coelestis, quam ut cinis adhuc, ut Ioannes inquit, ἐν σκοτίᾳ λάμπει. Hac spe meam notam ad Ecclesiae preces adiungo, ut Deus te et similes viros bonos servet. Non saepe Ecclesia

nova

uera habuit regum studia, pontificum & principum: Nam hi habent alios occupatos uel ambitione uel alijs cupiditatibus. Priuatae familiae magis coluerunt Eccliam, & conseruarunt eam, ut, Eliam nemo regum in Sarepta aut Synagoga excipiebat, sed inops uidua: & mansit in ea familia uerum religionis studium. Nam uiduae filius dicitur fuisse Jonas. Erant non solum priuati sed etiam exules, Abraham, Isaac, Iacob. Ita spero Deum nunc in tantis orbis tumultibus conseruaturum Ecclesiae reliquias. Proinde te adhortor, ut aequiore animo, & aliqua cum spe perferas labores & curas quas sustines in iuuandis rebus bonis, nec deterreare scandalis. Conuentus historia adhuc quodam perbreuis est. Deliberatur de ordine disputationis. Meministi dictum Aristotelis, beatas fore resp. si de artibus artifices iudicarent: Nobis uero dati sunt praesides Eccles & Canonici quodam alieni a nostris studijs, & hi habent choragos, ut sit in comedijs, quosdam ut uocat Aeschines ταῖς τέχναις τοῦ ἀσω- ... Deus adsit nobis. Bene uale. Wormaciae. 28 Nouemb. 1540.

Clarissimo Viro, D Caspare Vollando, D suis amico & affini carissimo.

Non ed. — S. Vere elegia est quam misisti, hoc est iusta & grauis querela de ecclesijs quae quidem non obscure declarant animi tui pietatem: Itaque ad confirmandum animum tuum aliquid otius rescribendum esse duxi. Si conuentus quaeri aliqua remedia publicorum dissidiorum, quali uita uiuimus isto beneficio. Sed mi Vollande, Ecclesia semper magis priuatorum studijs

studijs propagata et conservata est, quam regum deliberationibus qui plerumque religiones inflectunt ad suas utilitates: Et promisit Deus se defensurum esse Ecclesiam ne funditus intereat. Hac spe potius nos sustentemus in his periculis quam consultationum promissis: Nec frangamur animis, nec ab officio abducamur. Nostros liberos, nostros cives suo quisque loco hortetur, ut filium Dei audiant, sicut inquit pater caelestis: Hunc audite: et studeant συναγωνίζεσθαι τῷ εὐαγγελίῳ. Sic hic spectator esses deliberationum, quae ab Adversarijs habentur, quam detestareris sophisticam [illegible]. Cudunt, recudunt articulos, ut suos errores fuco aliquo tueantur utcunque: excusent. Sed de his actionibus scribam aliquando post plura. Bene vale. die 14 Decemb. 1540

P M.

## Jacobo Mycillo.

Non ed.

S. D. Etsi nondum hic inchoatae sunt publicae disputationes: tamen non vacavit mihi historiolam vitae Eobani colligere. Nam initia consultationum et παρασκευαὶ nonnihil habent occupationum. Etsi autem exempla epicediorum in quibus proprie funera poetarum deplorantur, extant, ut apud Theocritum, Ovidium, Statium: tamen existimo argumentum aptissimum esse laudationisque recitare vitae personam quae aliquam ex parte extat in ipsius scripta ad posteritatem. Et colligemus aliquid. Ac dicendum puto de ingenio, de studijs latinis et graecis, de facultate scribendi versus et solutam, de relictis

monumentis

monumentis, deinde de moribus honestissimis. Vixit maritus, abhorrens à turpitudine, candidus, rectus, tenax fidej, alieng à maledicentia: ideo nulla extant eius maledica poëmata. Pietas erga Deum. Magnum & hoc est, quod praecipue amauit pias materias, ut septentrionalis Heroides ipsius &c. Inchoauit & fastos, in quibus noluit complecti Christianam historiam. Sed plura colligam in Syluula, quam mittam. De epigrammatis, & περὶ μεταμορφώσεων alias scribam. B V.

Clarissimo Viro, & excellenti Virtute, Doctrina & sapientia praestanti D Ludouico Fachs Doctori Iuris, Consuli Urbis Lipsiae, patrono suo cum obseruantia colendo.

Nun. od. S D. Magnam cepi voluptatem ex oratione Viri clarissimi D Camicianj, qui mihi non solum voluntatem exposuit gubernatorum reip. vestrae de ornanda atq. augenda Academia: Sed etiam tuum in ea re singulare studium commemorauit. Quid est notabilius quam ut hi qui sedent ad gubernacula, scholarum conseruandarum curam suscipiant? Te vero inprimis gaudeo huius honestissimj atque utilissimi consilij Celaris autorem esse. Nam cum te propter ingenij & Virtutis praestantiam semper & amauerim & colendum duxerim: gratulor tibi hunc animum incensum honestissima cupiditate iuuandae patriae, Et quia consilio, fide & diligentia excellis: spero te hanc curam non abiecturum esse: Ac Deum precor ut tuos conatus adiuuet

adiuuet. Adderem autem longiorem cohortationem, nisi teipsum vi-
dere scirem quam sit necessarium hac parte opitulari reip. et Ecclesijs,
et quam pauci in tota Germania tum scholas studeant. Ac alios aliae cu-
piditates impediunt. Nonnulli ita flagrant odio renouatae doctrinae Eccle-
siasticae, ut simul cum hac deleri omnes literas cupiant, qui et in patria
crudeles sunt, et fortassis nulla reuerentia religionis afficiuntur. Hoc
magis pugnandum est tibi et tui similibus bonis viris et sapientibus
ut posteritati consulatur. Etsi autem consilio abundas ipse, et Aca-
demia vestra senatum habet Iurisconsultorum et Medicorum longe ante-
cellentem caeteris Germaniae Academijs: tamen quia D. Camicianus
voluit, ut meam tibi opinionem de primis adolescentiae studijs et
professoribus Theologiae significarem, gessi morem amico, teque rogo
ut si ineptus videor, studium tamen meum et voluntatem boni consu-
las. Quantum fuerit ornamentum regionum vicinarum omnium
Academia vestra, quae multos dedit reip. bonos gubernatores longo
tempore, non ignoras. Danda est igitur opera ut hoc ingens decus
tueamini, et ut haec nostra consilia Deus adiuuet, ut vastitas in
ecclesijs, et barbaries in rep. prohibeatur, toto pectore precor. Bene et
feliciter vale. Wormaciae. 5 Nouemb. 1540. P M

Egregia pietate et doctrina praedito D. Ioanni Hesso
doctori Theologiae, docenti Evangelium in Ecclesia Vratis-
lauiensi: amico suo carissimo.

Quanta

ed. S D. Quanta sit fragilitas rerum humanarum, quotidie multi & graves casus admonent homines. Amisimus Metzleri filium, optimae spei puerum, sed admodum imbecilli corpore, ut vultus ostendebat. Invaserat enim morbus Ictericus: Medici adhibiti sine periculo eum aegrotare indicarunt, sed sequuta colica & Epilepsia ita afflixit corpus, ut paulo post adolescens extinctus sit. Scio te & multos bonos viros in magno luctu fore. Mihi quoque magnum dolorem adfert hic casus. Nam & propter memoriam patris, & propter ipsius adolescentis ingenium diligebam adolescentem, Magister studiose audiebat, ac feliciter promovebat. Sed oportet nos morem gerere voluntati Dei: Et non dubito eum ad meliorem vitam traductum esse, quia ex eo numero est, de quibus Christus inquit: Non est voluntas patris ut pereat unus de parvulis istis. Hanc consolationem duco vobis tuendam & magnifaciendam esse. Et adolescens admodum erat amans pietatis & doctrinae christianae. Commendo vobis matrem, ut eam consolemini. De te accersendo Lipsiam habitae sunt deliberationes, Quaeso significes mihi voluntatem tuam. Viteberga. 1539. die Visitationis Mariae. Philippus Mel.

Clarissimo & optimo Viro D Ambrosio Moibano, Doctori Theologiae, pastori Ecclesiae Vratislaviensis: amico carissimo

ed. S D. Tuam concionem ad Episcopum Vratislaviensem legi, quia

mihi quidem cogitanti de solitudine ecclesiarum utrumque lacrymas movit.
Scio ubique in Germania, praesertim in ditionibus Episcoporum multas esse
ecclesias sine pastoribus. Eichstetenses, cum ea de re apud Cardinalem
Contarenum quererentur, respondit Cardinalis, se ex Italia missurum
Italos sacerdotes, quos praeficeret. Rident nos, mi Ambrosi,
et seditiosos ac ἀλλοτρίας patriae et ecclesiae nocentes. Ideo desino eos
concionari. Donec Deus mihi vitam concedet, doctrinam piam, ut
potero explicabo, ut scholis serviam: Ab his Episcopis non expecto
emendationem rerum. Metuunt pontificis Romani fulmina, Metuunt
reges, Metuunt nobilitatem; Denique omnia metuunt praeter Deum.
Scio quid mihi acciderit tentanti quorundam voluntates. Quare
nostrum officium faciamus, et Deum precemur ut ecclesias nostras
servet ac defendat adversus Turcarum arma, et det pios
pastores, et gubernet iuventutis studia. Illos Canonicos sinamus
frui suis opibus et ἐντεῦθεν τοῖς νόμοις τῆς προσόδοις των
ἐκκλησιῶν. Bene Vale. 4 Decemb. 1541

P. M.

Clarissimo et optimo Viro, D. Joanni Hesso
doctori Theologiae sincerissimo et amico caris.

S. D. Etsi vident Reges et principes Turcicum tyrannum iam
grassantem in Pannoniis, Germaniam etiam appetere: tamen nunquam
magis inter se discordes fuerunt. Conventus Norinbergensis
nihil

nihil adhuc quidem, nisi acerrima certamina habuit, de Geldria, de Brunswi
censi, & de talibus domesticis negocijs. Communis status Europae postponitur re-
bus priuatis. Nec suis nec Ecclesiae periculis principes afficiuntur. Impendent
igitur fatales poenae, quas ut Deus mitiget oremus: & animos nros confirme
mus ne propter haec pericula abijciamus studium ecclesiarum docendarum & fo-
uendarum. Certum enim est Deum Ecclesiae reliquias conseruaturum esse,
etiamsi imperia nauie dissipabuntur. Hac de re aliquid dixi in Paulina
oratiuncula, quam tibi mitto, pro illa prima, quam tibi ante annos duos
& viginti inscripsi. Simul autem tibi commendo Cratonem, qui & predicat
tua beneficia cum magna gratitudine, & orat ut nunc sibi viaticum
aliunde conficias apud eos, quorum scis voluntates erga studiosos propen-
siores esse. Offert operam suam reip. vel apud nos vel alibi. Et si
potuit diutius nobiscum esse, inueniet conditionem honestam: Nam & lite-
ris & solida doctrina praeclare instructus est & mores sunt honestissimi
Rogo igitur ut eius egestati opem feras cuiuis hoc difficili tempore: nec
uolet omni vobis esse dedecori, ubi iam a vobis abierit ex his difficul
talibus emerserit. Magnopere oro, ut si ego videor mediocriter de
uire studijs, mea causa etiam iuuari Cratonem cures. Tuus
Codex Nazanzeni est pomas Camerarium, ut opinor: Nam Basilea
habent similem, & ut audio locupletiorem. Perspexi totum & quamquam
monumentum est dignum bibliothecis propter contextum de Trinitate: tamen
praeter eam causam non multa continet didascalica. Bene &
feliciter vale. die aequinoctij Verni A° 154

Ph. M.

Clarissimo & optimo Viro, D Joanni Hesso, Doctori Theologiae, pastori Ecclesiae Vratislaviensis: amico carissimo.

S D. Deum aeternum patrem liberatoris nostri, Iesu christi, qui vere est autor vitae, oro ex animo, ut tuam virtutem defendat, teque servet incolumem grassante lue in vestris regionibus, eoque beneficio glorificet suum nomen, ac declaret se suos milites protegere. Nunc lues & in Turingia grassari coepit. Labascit orbis terrarum, & impendet fatalis aliqua mutatio. Nec dubito te, quamquam urbis moestitia satis exercet animum tuum, tamen circumferre oculos nunc in pannonias, nunc in hanc Germanicae oram. Oremus Deum, ut & Turcicam barbariem reprimat, & sedatis Germanicis simultatibus Ecclesias suas servet & ornet: ac spero placidam καταστροφὴν. Quamquam: etsi heri literas accepi, in quibus scribitur, Quosdam pulso Brunsvicensi tyranno, iam se parare ut eum restituant in patriam. Sed in speciem eos haec moliri arbitror, ut sunt θρασύδειλοι. Si quid movere sint excitabunt magnum motum. Deus nostris adsit. Bene Vale die Augustini. Ao 1542. P M

ed.

EIDEM.

S D. Etsi vincis me assiduitate scribendi: tamen amore studioque mutuo paria tecum semper me facturum scito. Quare te rogo ut boni consulas, quod interdum non respondeo literis tuis, idque condones occupationibus his, in quibus versari me non ignoras. Tu interim gratissimum mihi feceris, si quam saepissime de iis statibus rebus saepissime mihi scripseris.

ed.

Communis

Conventus nunc agitur principum nostrorum, in quo deliberatur de synodo, quo etiamsi non esset futura: tamen nostris prospiciendum est ne impa rati opprimamur. Adsunt Lutherus, D Osiander & plurimi alij ex Civi tatibus Concionatores. Adhuc initia sunt conventus, Ideo de rebus ipsis nondum scribo: de quibus post καταστροφὴν aliquid a me expectabis. Bene Vale. D Andream Sarmatam Virum optimum & egregia hu manitate ac doctrina praeditum tibi Commendo. P M.

Clarissimo Viro, & doctrina & virtute egre- gia praedito, D Matthiae Aucto, Medicinae doctori: amico suo.

Non ed. S. D. Scio te Virum excellenti eruditione & sapientia praeditum stu diose colligere omnia quae in his publicis aerumnis ad leniendam animi moestitiam, & in caelesti doctrina & in philosophia tradita sunt. Vetus versiculus mihi saepe venit in mentem, qui Graecis bellum Pelo ponnesiacum & pestem denunciavit: ἥξει δωριακὸς πόλεμος καὶ λοιμὸς ἅμ᾽ αὐτῷ. Pene similia nunc videmus: ἥξει Ταρταρικὸς πόλεμος καὶ λοιμὸς ἅμ᾽ αὐτῷ: Sed nos, quidem, qui scimus Ecclesiam Dej mansuram esse, etiamsi magnis mutationibus convellatur orbis terrarum, frangi animis non oportet. Non enim constituet Turcica barbaries τὴν ἐσχάτην μοναρχίαν. Quare sicubi possumus liberalium conservemus, ne posteritati desint semina doctrinae. Commendo igitur tibi hunc adolescentem Henkelium, qui ait se tibi a patruo commen datum. Est ingenio bono & ad literas idoneus, ac usui futurus reip.

Cum

eum aetate praecesserit: Rogo igitur te etiam atque etiam ut eum adiuves. Moneare et Henkelij memoria, et cogitatione aerumnarum patriae addes calcaris. Dissuasi ei iter in patriam, sed ut apud Virgilium Aeneas inquit; Vincit iter durum pietas. Ita adolescens desiderio parentum affectus tanto ut retineri noluerit, sed tamon tuo consilio eum uti iussi. Bene vale. D Moibano scripsi de Caesare Carolo ~~θαυμαστα~~.

20 Januarij. P M.

Clarissimo et optimo Viro D Joanni Hesso pastori Ecclesiae Vratislaviensis, Doctori Theologiae Verae et Christianae, amico suo.

S D. Exhibebit vobis Magister Joannes, civis vester, brevem quidem, sed tamen veram historiam nostri congressus in urbe Vangionum cum Eccio. Ubi edetur disputatio leges resipsas. Utinam potuissemus pergere, ac de caeteris materijs disserere. Nam haec prima controversia de peccato in venalis adhuc tennior est. Sed hic congressus fuit eis προοίμιον tale, ut non videant tuvens admissurj disputationem publicam. De conventu Ratisponenti adhuc incerta res est. Nam et de loco ambigitur: aliqui Noribergam alij Wormaciam ante Principes Ratisponae, Et Imperatorem Carolum adversa valetudine hactenus detinuit Spirae et Edelberga. Deus gubernet et servet Ecclesiam filij sui, Domini nostri Jesu Christi, qui pro nobis victima factus est. Minantur Ecclesiae hinc tyranni addicti Impijs Pontificibus, illinc Turcica barbaries

barbaries, Et exercent nos aliae aerumnae. Plane imago est temporis
Macabaeorum: Ideo oremus Deum ut nobis adsit. De rebus Turcicis &
Pannonicis quaeso aliquid significato. Bene vale. die meo natali 1541
16 febr. Saluta meis verbis amanter D. Ambrosium Steibanum. Mitto
tibi sententias tres proxime disputatas, in quibus e Wormatiensi causa
Ph. M.

## Abscheydt von Wormbs.

Nach dem der keyserliche Commissarius, der herr Granvell zu
Wormbs ankommen: hatt doctor Eck die zwelff stimmen seyner
theils zusammen erfordert, vielaicht darumb, das er besorget,
etliche würden nicht seyner meynung seyn. Haben etlich tage von
dreyen artikeln unter sich gehandelt, Von der erbsunde, Ob man
durch glauben vor Gott gerecht unnd selig werde, Ob die wercke
seligkeit verdienen. Endlich hatt Eck drey artikel auff seyne
meinung gestellet. Diese sind von dreyen Fürsten gesandten auff
Ihrem theil nicht angenommen, nemblich von beyden Churfürsten
Pfaltz unnd Brandeburg, unnd Gülich etc. Als aber drey stimme
bey Ihrer meynung verworffen sein, haben die viel handelung mit
denselben versucht, die wiederumb zu sich zubringen: welchs aber nit
geschehen. Daneben hatt man viel räncke gesucht das gespräche
gantz zuverhindern, doch ist es entlich angefangen, unnd also stadlich
das wir hoffen, es werde Ihnen ernst, unnd sind zwene verord-
net worden zu reden, Doctor Eck unnd Philippus. Diese haben
von der Erbsund, unnd ob sunde in den heiligen blaybe, drey
tage

tage disputirt, vnnd hatt entlich Doctor Eck zugelassen dz die
böse neigung so in den heyligen bleybt, wie vntugend oder Vitium
sey, dz wider Gottes gebott ist, wie den wir halten. Aber dz
wort Sünde hatt er allein wollen verstehen incluso reati, dz ist von
vergeben Sünden. Nun streitten wir nicht vm dem wortt, dagegen
auch dz solche Sünde den heyligen vergeben werde. Sondern das
streitten wir, dz es etwas wider Gottes gebott sey, vnnd dz der
Mensch gottes gebott in diesem leben nit genung thun kan etc.
Als nun solche reden zu beyden theilen geschehen sein: hatt Gran-
vell morgens früh die Stände erfordert, vnnd eyne Keyserliche
Schrifft an Jhn lesen lassen, darin der Keyser geschriben, Gran-
vell soll sich eylendt zu Jhm verfugen, vnnd soll mit des bey-
den theils gesandten reden, dz die sich gen Regenspurg verfugen
wollen, da die angefangene handlung bequemer moge volzogen
werden. Noch verlesung dieser schrift hatt Granvell ange-
zeygt, wie er alsbald abreysen werde, vnnd soll also die
handlung zu wormbs vffgehoben werden. Hatt sich erbotten bey
Kay. Mt. etc. Teutscher nation frid vnnd ehre zu befürdern: da-
rauff Jhm die Stände gedanckt, vnd angezeigt haben, die wollen
Jhren herren von der gantzen handlung, vnnd von Kay. Mt. schrifft
bericht thun. Also ist man von wormbs widerumb weg-
gezogen. Gott gebe weytter genade vnnd friede etc.

## Ad Ill.mum principem, Guilhelmum, Ducem Brunswicensem.

edita

Illustris & inclyte princeps, Memini Cordum mihi praedicare ante annos decem cum caeteras egregias virtutes C V, tum vero etiam honestum de literis & doctrina iudicium, qui quidem affirmabat C V, tunc in duriore fortuna coepisse lectione historiarum & aliorum monumentorum lenire eius temporis molestias. Gratulabar tunc eam virtutem C V. Est enim magni animi non succumbere dolori, non petere levationem ab obscoenis voluptatibus, ut fecerunt Dionisius Syculus, Antonius Triumvir & alij: sed potius moderate ferre suam fortunam, & quaerere ex literis consolationem, cum deceat moderatos, & prospicere exitus honestos, ut David Themistocles, & recens Rex Neapolitanus Alfonsus, qui cum discerent ex literis quantum decus sit animi constantia atque aequabilitas, non solum res adversas fortiter tulerunt, sed etiam moderationem animi prodesse sibi ad quaerendos exitus praeclaros senserunt. Laudabam igitur consilium C V, ac mecum ipse veteres duces Guelphos repetebam animo, à quibus orta est laudatissima familia vestra, quorum virtuti respondere posteros gaudebam. Cum autem mihi M Johannes Tiderstad vir doctus & mecum veteri amicitia coniunctus commemoraret C V eo tempore etiam literis mandasse quasdam honestas consolationes: non potui facere, quin C V ad ea scripta edenda adhortarer. Etsi enim multa extant eodem argumento à doctis composita: tamen plus momenti habent autoritate principis, qui haec non in otio, sed

inter

inter ipsas fortunæ procellas didicit. Circumferuntur quedam Alfon-
si sententiæ plenæ eruditionis: has quis non legit libentius quam aliorum
vulgarium scriptorum magna volumina? Faciet igitur utiliter CV si suas
lucubrationes publicabit, Eritque perpetuum CV extare testimonium, ex
quo appareat Ceteris, quanta moderatione res asperas tulerit. Et pro-
derit exemplum Ceteris non modo ad colendas literas, sed multo magis ad aman-
dam Constantiam ac æquabilitatem animi in fortuna duriore. Nec gravā-
tim adiuvabo editionem, si in ea re CV uti mea opera volet. Cæ-
terum gratulor CV, quod ex prioribus ærumnis eluctata jam ad gu-
bernationem reip: rediit: in qua oro ut authoritatem suam Conferat
ad communem Germaniæ pacem. Multum autem, Credo hoc tempore
Cum Spiræ Conventus putatur esse futurus, in quo de communi tranquil-
litate deliberandum est, spero profuturas sententias eorum principum, qui
sunt moderatiores, & malunt saluti patriæ Consulere quam privatis ira-
cundiis obsequi. bene valeat CV. 15 Maij 1540.

P. M.

Inclyto & Serenissimo Regi, Domino Henrico
Octavo, Regi Angliæ & franciæ, Domino
Hiberniæ: principi clementissimo

Inclyte & Serenissime Rex: Ingens decus est Regiæ Maiest: tuæ, quod his
difficilimis temporibus unus inter reges & intelligis & foves studia li-
terarum & veræ philosophiæ. quæ cum sit ornamentum vitæ humanæ
præcipuum, maxime tuendum est a sapientib. & magnis gubernatorib.
reip.

Non ed.
Non est nel.
il ne la faut pas
transcrire.

V u.

reip., Itaq. haec diligentia magnam peperit laudem multis summis regibq, Alexandro, Ptolemaeo, Augusto, M Antonino, quibus principibus virtute & sapientia praestantibus annumerari etiam R M T admodum gloriosum est. Porro inter philosophiae partes plena eruditionis est illa quae luminum & speculorum varietatem inquirit, quam vocatur Optica; Et mens humana quid est nisi speculum in quo lucet imago divinitatis. Amanda & igr doctrina speculorum: in qua cum excellat hic artifex Michaël, civis hic sicuti in Misnia: constituit adire R M T, qd eam amare ingeniorum monumenta intellexit. Cum autem de sua fide & probitate testimonium à me flagitaret, ut aditus ei praeberetur ad R M T, dedi ei hanc eplam, ac affirmo virum probum & honestum esse, & non solum propter artem in qua excellit, sed etiam propter optimos mores dignum benevolentia bonorum. Me de ratione luminum in philosophia multa docuit. Ostendet autem R M T mirifica quaedam opera digna consideratione ingeniosorum. Quod si hoc specimen R M T probabit, ut non dubito, pollicetur se maiora opera huius generis effecturum esse. Oro igr R T M per dignitatem philosophiae, & tuum erga ipsam amorem, ut non gravatim admittat hunc Michaëlem ad ostendenda sua opera, cum sit artifex excellens, & vir bonus ac honestus. Bene ac feliciter valeat R M T. Datae Lipsiae. 20 feb. 1540.

## Ad Baronem quendam Bohemum.

Non ed. Non est Mel.

Illustrissime & generose Domine: Etsi sum ignotus Magnificentiae tuae: tamen praedicatione ~~virtutum~~ laudum tuarum adductus ad te scribendi consuxi.

Nam cum intelligam te ad decus generis & reliqua ornamenta fortunae
addidisse non vulgarem literarum scientiam, iudicavi tibi non ingratam fore
epistolam scriptam de hominis studiosi fortuna, confugientis ad te tanquam ad patro-
num literarum in illis regionibus clarissimum. Narrat mihi hic Michael exi-
miam esse liberalitatem tuam erga studiosos, cum autem docuerit hactenus
in Bohemia adolescentem natum in familia Bruder: & cupiat esse in aula
magis studiosa, rogavit me ut se tibi commendarem. Est autem ingenio
acri praeditus, & instructus eruditione eximia in latina lingua & graeca.
Quanquam autem industriam eius probo: tamen eum pluris facio propter verae
religionis amorem, & fortitudinem animi. Abest a patria propter literas &
veram religionem. Ac praecipue favet vestrae professioni quam videt am-
plecti piorum Ecclesiae sententiam. Propter hanc tantam causam cum multas
difficultates perferat, satis illustre specimen praebet verae pietatis &
constantiae. Audio autem te amplecti veram religionem, & Bohemica
natio constantiam inprimis ornat: Quare tibi hominem literatum
& religionis causa peregrinantem, & fortissimo animo magnas difficultates
perferentem diligenter commendo, teque rogo ut ei locum aliquem inter tuos
ministros [illegible]. Poterit enim filiorum studiis prodesse. Te scio ingenij
acumen, eruditionem, claritatem, fidem & pietatem probaturum esse. Has
causas apud te tali doctrina & virtute praeditum valituras esse existimo.
Peterem ut propter me etiam eum complecterere, si tibi essem notior. Sed
tamen si meos labores existimas non omnino inutiles esse Ecclesiae, rogo
ut

rogo, ut etiam mea causa libentius eum adiuves. Bene vale. M Maio 1540

Joanni Islebio

S D. Quod suspicatus es te in odio esse apud nostros, confessio meas. Affirmare enim non solum de me possum, sed etiam de Lutheri voluntate, qui toties de te & coniuge tua honestissima & liberis amantissime loquutus est. Sed est illius quaedam Achillea vehementia in causis quas agit, quam non tu solus expertus es. Itaque cum non dubitarem tibi placatum fore, etiamsi impetus illi initio fuissent acres; semper fui hortator ut accusationem omitteres, ac nunc ut abiicias hortor. Scripsi ad Illustrissimum principem Marchionem Electorem, quid mihi ad eius literas responderit D Lutherus, & ostendi epistolam meam scriptam, quam ita mitti iussit. Deliberabis igitur quid faciendum putes. Ego quidem iudico te prudenter facturum, si te ex hac contentione evolvas, quod quomodo fieri possit, arbitror in epistola ad principem significavi. Fortassis de mea fide atque animo dubitas: Sed vere affirmare possum, me fideli animo haec scribere: & iudico hoc consilium non inhonestum fore. In Tragaedia inquit ille de Hercule, Paulisper obsequendo iratum viceris. Hoc consilium nec impium nec inutile tibi esse duxi. Et scis me non rudem esse similium plagarum, in quibus dissimulandis censui publicae tranquillitatis habendam esse rationem. Haec scripsi amicissimo animo, & scio tibi bene velle alios: Ideo facilius te expedies ex hoc negotio. Bene vale

Cal. octobr.

Dem Erbarn, Vesten und fürnemen H. Hans Heinrich Herwart, Burger zu Augsburg, meinem gonstigen herrn.

Gottes genade durch seynen eingebornen Son, Jesum Christum vnsern
Heyland zuvorn: Erbaren, Weysen, fürnehmen vnnd gonstigen Herr.
Wiewoll Ich in dieser betrübten Zeytt von wegen des schrecklichen Kriegs
E W nicht gern mit meynen schriften bemühet habe. So hat mich
doch der wolgelarte Magister Joannes Crato, meyn gutter freundt
zu diesem schreyben vermocht, der in hoffnung, es wurde E W
angenehm seyn. Bitt also E W wolle daran kein vngunstig
mißfallen haben. Nu ist gedachter Magister Crato E W selbst
bekandt, dz er meynes Zeugnus nit bedorff, vnnd befindett
E W selbst, dz er mit gaben ingenij vnnd loblichen Künsten woll
geschmuckt ist. Gleichwoll damit E W des besser wissen, dz er
von wegen seyner thugendt vnnd studien in diesen vniversitey
vnnd Landen woll geachtet ist: hab Ich E W freundtlich be-
richten wollen, dz er viel Jhar in beyden vniversiteten Leypzigk
vnnd Wittenberg in sprachen vnnd gantzer philosophia also woll
studirt hatt, dz er vielen andern wollgelarten fürgezogen wor-
den. Hatt auch andere nützliche exercitien, vnnd ist etliche Jhar
bey dem Ehrwirdigen Herrn Doctor Martino Luthero am tisch
gewesen, vnnd hatt mit dem Ehrlichen hochgelarten Herrn Joa-
chimo Camerario, vnnd mit mir besondere gemeinschafft gehabt.
Vnnd die weil er in philosophia vnnd Mathematica ein solche
vbung hatt: hatt er eynen gutten weg zu der loblichen kunst, dz
Medicin, darinnen er auch einen gutten anfang vnd verstandt
hatt

hat: Darumb hoff Ich E. W. wolthat werde an Jhm sehr woll
vnd nützlich bewahrt sein, vnnd ist ein solcher Man der zugleich
tugend liebet, Gott recht erkennet, vnd in Medicina recht gelart ist.
Warlich seyne schöne zier, vnnd nützliche person in disem schwachen
leben. Darumb bitt Ich E. W. wollten, wie die angefangen,
benanttem Magistro Cratoni günstige hülff thun, das wirdt Gott
gefellig sein, vnnd wie zuhoffen, vielen menschen nützlich, welchen
er durch seyne kunst, mit der zeyt, das leben erhalten wirdt.
Vnnd wiewoll in disem schrecklichen krieg die Studia von vielen
wenigk geachtet werden, so weiss doch E. W. d[as] man Studia
artis Medicae allzeitt bedarff. So hoff Ich Gott werde disem
krieg ein genedig ende geben, damit seyne erkandtnuss nicht
auff erden verlesche. Vnnd ob gleich straffen durch das mensch-
liche geschlecht zu iederzeytt gehen: so wirdt doch Gott diesen
kirchen, da er recht angeruffen wirdt, die straffe lindern.
Derselbige almechtige Gott, wolle E. W., vnnd die herren,
vnnd die löbliche Christliche Stadtt Augspurg allzeytt
genediglich bewaren. Datum 12 Octob. Anno 1546

E. W. williger Philippus Melanth.

Egregia doctrina & pietate praeditis D. Joanni
Weinlaub, Consiliario Illustriss. principis Mar
chionis Electoris etc. & D. Jacobo Concionatori, in
spectoribus Ecclesiae Marchiacae, amicis suis.

S. Ut Ecclesia in mundo exulat, ita doctores Ecclesiae non sine magnis difficultatibus peregrinantur, qui cum ingentem thesaurum, videlicet Evangelium filij Dei secum circumferant, maxime decet omnes expetere talium hospitum contubernium, Et quam grata Deo sit pietas eorum qui Sacerdotes verae doctrinae interpretes hospitio excipiunt, monet historia Sareptanae viduae. Nam Deus propter Evangelium conservat genus humanum, politias & sanctorum naturam, & impertit vitae commoda. Testamur autem hunc honestum virum Conradum Cordatum Austriacum, Doctorem Theologiae in Ecclesiastica doctrina bene eruditum esse, & Ecclesiam pure docere, & pijs moribus & singulari constantia fidei praeditum esse. Hanc .n. declaravit non solum in tolerandis communibus ministerij laboribus, in quibus summam diligentiam praestitit, sed etiam in alijs durioribus aerumnis. Nam in Pannonia, cum in quadam certa, modesta, pia & legitima vocatione iustitiae Evangelium doceret, tyrannici Episcopi eum in carcerem incluserunt, non aliam ob causam, nisi quia verum doctrinam & Ecclesiae necessariam proposuerat, Cumque spoliato fortunis omnibus minarentur necem nisi desisceret ab Ecclesia, diu retentus est in carcere, Sed tandem quia innocentia eius omnibus nota erat, dimissus rediit ad scholam ubi magna sedulitate non solum docentes audivit, sed etiam alijs ipse doctrinam Ecclesiasticam tradidit, Deinde praestitus Ecclesijs fideliter eas gubernavit & acerrime defendit doctrinae puritatem adversus omnes fanaticas opiniones. Hoc ei testimonium eruditionis & pietatis bona

conscientia

bona conscientia impertimus, Ac libenter eum retinuissemus, si apud nos mansisset. Sed quia vocatus ad docendum Evangelium pie sentit etiam alijs Ecclesijs serviendum esse, non sumus adversati optimae eius voluntati. Quid enim optabilius est quam ut Deus tales ministros plures ad Evangelij messem vocet & excitet? Cum autem inspectio Ecclesiarum in Marchia vobis mandata sit: dedimus ei has literas ad vos fideles ecclesiarum Christi, ut doctrinam eius & mores nobis probari sciretis. Hortamur autem & vos & alios qui Evangelium filij Dei amant, ut hunc hospitem propter aetatem, eruditionem, pietatem & Evangelij professionem venerandum amanter excipiatis & adiuvetis. Speramus enim Ecclesijs Christi labores eius profuturos esse. Porro tales hospites eo maiore benevolentia excipere & tueri nos decet, quia ipsorum causa Deus nostras ecclesias adversus tyrannos defendit, ne penitus extinguatur lux Evangelij, ac ut familiae ipsorum aliquos habeant nidos. Quare commendamus vobis hunc D. Cordatum, Doctorem Theologiae, ac precamur Deum patrem liberatoris nostri Iesu Christi, ut Ecclesias vestras restituat ac gubernet. Bene valete. 12 octobr. 1540.

D. Joanni Weinlauben.

Non ed. // S. D. Non dubito, quin ita sentias virtutis & humanitatis causa colendas ac tuendas esse amicitias. Quare cum haberemus tuam erga me benevolentiam plane singularem, non diffido tuae constantiae. Ego vicissim ut te propter egregias ingenij tui dotes semper amavi: ita nunc vero sentem in rep. magna cum dexteritate, & dirigentem hunc cursum ad gloriam Dei ornandam, ut debeo, facio plurimi. Scribo igitur ad te

te saepius & candore tuo & nostra amicitia fretus, teque rogo ut meas
literas boni consulas. Dedi autem hanc epistolam Magistro Theobaldo Argen
tinensi, qui in Academia Francofurdiensi, ut audio, graece docebit. Non
opinor aliquid in aula politiorum esse, sed humani animi est expe
tere benevolentiam bonorum: Ideo tibi commendari voluit, ut de meo tes
timonio ipsum familiarius complecterere. Est autem bonis & piis moribus
praeditus, & ea quae profitetur satis idonea doctrina potest. Nova Germa
nica scribere non libet, Externa tutius est narrare. In Anglia
Cromwellus, cuius summa fuit apud Regem autoritas, laqueo strangu
latus, dissectus, & crematus est: & molitur Rex alia quaedam indig
nissima, quae brevi audietis. In Italia aliquot oppida propter famem &
arefactos fontes, ac flumina desiccata aestu, deserta sunt. Venetiis periisse
circiter quindecim millia inquilinorum propter famem. Deus pater D N
Iesu Christi misereatur Germaniae. Bene Vale. 16 Augusti Ph.

EIDEM.

S. Non auderem toties ad vos de vestra rep. scribere: nisi existima- Non ed.
rem me vobis bene notum esse, ac sperarem vos pro vestra pruden
tia boni consulere meas literas. Profecto non moveor ambitione, ut
studeam me ingerere: Interdum amicis morem gero, interdum etiam
amore reip. moveor. Caspar Vuiderstet cupit redire ad Acade-
miam & orat sibi committi lectionem Institutionum in Academia
francofurdensi. Valet ingenio & facundia, Laboris patiens est
& amans

& amans studiorum, ac honestus & constans in susceptis causis: Ideo vos etiam atq. etiam oro ut eum Ill^mo principi commendetis & adiuvetis. Schola haud dubie cito frequentior erit, si habebit lectorem Institutionum non ignavum. De Scotto gratias vobis ago ingentes. Meam filiam cupio vobis esse commendatissimam. Respicite quaeso ipsius aetatem & meas aerumnas. Valete. die 8 Ianuarij. Anno 1550. Philippus.

## Friderico Mecum.

Non ed. // S.D. O gratam & dulcem vocem sp(irit)us sancti, cum inquit, Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, In die mala liberabit eum D(omi)nus. Quare quod ingenti meo dolore tu quoq. afficiebaris, meq. aegrotantem sermonibus confirmabas, habeo tibi gratiam, ac Deum precor, ut vicissim te & tuos consoletur ac servet. Tu quidam, quantum te amem, facile perspexisti, cum videres in tanto meo maerore me tamen recreari tua consuetudine. Id signum est non fucosae benevolentiae. Cum autem non tam privati quam publici periculi causa tantis laboribus conflictatus sim: rogo te, ut causam ipsam Deo commendes, & filio eius, nostro liberatori Christo. Hic, Dei beneficio, adhuc tranquillitas est: Sed vicina incendia augent metum apud nos quoq. Nam ante biduum Magdeburgae conflagrarunt aliquot domus. De Carolo Imp^re nihil audimus, nisi quod podagra laborare d(icitu)r. Utinam hae compedes teneant eum ne obtemperet furijs, quae eum hortantur ad bellum in Germania movendum. De Nerone Anglico nihil libet scribere. Deus hanc Echidnam perdat. In Italia aliquot

oppida propter famem & arefactos fontes deserta sunt. Et spero & opto fore ut brevi illucescat dies ille laetissimus, quo filius Dei se ostendet mundo, & mortuis reddet vitam, & Ecclesiam suam ornabit coelesti gloria. Bene vale. 28 Augusti Anno 1540. P. M.

## Ad Christophorum Hegen. dorfinum &c.

S. D. Reversus ex conventu literas tuas accepi, in quibus nobiscum & de munere gubernandae Ecclesiae Luneburgensis, & de titulo Doctoris Theologici deliberas. Gaudeo autem te velut Ambrosium ex foro & ex iudicum subsellijs ad Ecclesiae gubernationem accersitum esse. Neque enim ullum Deo gratius officium est, nullum honestius munus quam in hac specula diligenter tueri doctrinam coelestem. Quare & D. Lutherus & ego magnopere te hortamur, ut morem geras Ecclesiae tuae quae tibi τὴν ἐπισκοπὴν commendare cupit. Sed oportet te animum habere munitum adversus cachinnos Epicureorum qui mirabuntur, te relicta arte quaestuosa tanquam ab equis, ut aiunt, ad asinos transire. His iudicijs oppones versiculum psalmi: Elegi magis inter infimos esse in domo Dei, quam in palatijs impiorum. Habes de priore parte sententiam perspicuam utriusque nostrum. De altera parte, videlicet de gradu, nos quidem arbitramur, nihil opus esse accessione novi tituli, cum antea ornatus sis eodem titulo, etsi in alia professione. Eiusrum opus est sumptus facere praesertim

patremfam:

= Non ed.

patremfamilias, in re non magni momenti? Nam ad gradus reliquos, post primam lauream adhuc mediocri pecunia opus est, & iter, & conuiuium multa absumunt, ut ad totum negocium conficiendum, opus sit fere aureis centum. Deliberabis igitur, An tantos sumptus faciendos esse putes. Sed si omnino tui ciues, fortassis exempli causa, postulant ut is qui prefuturus est Ecclesijs, etiam titulum habeat Theologici Doctoris, non deerit eis nostrum officium, Ac precipue te libenter hoc testimonio nostri iudicij ornabimus. cum extent tue lucubrationes, ex quibus & de tua uoluntate erga Ecclesiam, & de eruditione iudicari potest. Socium promotionis hoc tempore nullum indicare possumus: Quare deliberabis, an aliud tempus expectare uelis, aut sine socio hos sumptus facere! Totam hanc rem tuo arbitrio permittimus. Caeterum quod ad nos attinet, & Ecclesie uestre, & tibi libenter gratificabimur. Erit autem tui officij, suscepta Ecclesie gubernatione, etiam scholas & rem literariam tueri. Vidimus autem scripta Juuentutis uestre luculenta, Et hic quidam ex uestris scholasticis egregium specimen eruditionis sue nobis prebuerunt. Apparet igitur preceptores diligenter & bona fide suum officium facere. Sed intelligimus hypodidascalos admodum exiguas mercedes habere: Ideo te uehementer rogamus, ut & totam scholam commendes Senatui, & quantum potes autoritate tua perficias, ut mediocria & iusta stipendia eis constituantur. Horre ad rem transferent aliqd ex reditibus Sacerdotiorum aut monasterij. Scis enim scholas

esse

esse seminaria & Ecclesiarum & aliorum civilium ornamentorum. Etsi autem illiterati harum rerum magnitudinem non satis intelligunt: tamen nostri officij est quantum possumus excitare voluntates hominum, ad harum rerum pulcerrimarum conservationem: Idque vere est pugnare pro aris, ut olim dicebatur. Bene vale. prima May. 1540

Ph. Mel.

Clarissimo viro, & egregia virtute et eruditione predito D Casparo Crucigero, Doctori Theologiae. ἀδελφῷ φιλτάτῳ:

edita

S D. Accessit mihi ad ceteras molestias quas hic non mediocres perfero hoc incommodum, quod nullas à vobis literas accepi de schola & rebus domesticis, ac mihi potest scit Paulus Eberus. Nam Echtius lipsicus negociator frequentes mittit tabellarios: per hos viritim ad vos scripsissem saepius, si quid literarum à vobis accepissem. De Ecclesijs in ditione Episcopi Coloniensis & bona spes est & initia sunt mediocria. Nunc adest Hedio & Episcopus ipse cum aliquot praecipuis comitibus, & alijs consiliarijs. Consumpsit in relegendo scripto ordinationis ecclesiarum dies quinque continuos. Disputavit graviter de multis rebus, & doctrinam Ecclesiae recte intelligit, ac constanter amplectitur. Nunc librum legent Canonici summi templi Coloniae. Conventus in proximam septimanam indictus est. De nobilitate & civitate non dubitant quin principis sententiam secuturi sint. De Collegio summo, etsi cavetur dignitati & opibus, tamen

qd

quod futurum sit dubito. Mihi princeps permisit ut domum redeam, et statui iter ingredi 18 Iulij. Sed nobilitas contendit, ut paucos dies ipsis tribuam in conventu, ut respondere Gruppericis orationibus possint. Nondum promisi: Nam expecto literas ex Smalcaldia, Sed, Deo dante, etiamsi paucis diebus retinebor: tamen breui vobiscum ero. De bello coram. Galli agros late vastant in finibus, ut exercitibus Caesaris desit frumentum. Ita simul miseram plebeculam necant, et alio avertere bellum conantur, non iuvarent Iuliacensem, Is nunc fere toto semestri unum quoddam oppidum suum circumsidet. Sed haec coram. De Moshami Decani Pataviensis morte non dubito quin audiveritis. Tam multis horrendis exemplis moneamur ut in timore Dei obediamus Evangelio nec calumniemur res recte traditas, ut satis audacter faciebat Moshamus. Academia Coloniensis ad Senatum contra me et Bucerum exhibuit venenatissimum scriptum: Et respondimus satis plane. Bene Vale. Bonnae die 12. Iulij. Salutem opto Reverendo domino pastori Ecclesiae nostrae. Phil. Mel.

## Ad D. Jacobum Milichium.

Non edita

SD. Etsi constitueram intra triduum iter ingredi, die natali filiae meae Magdalenae: tamen huic scholastico Wesaliensi ad vos eunti lras dedi, ut novus hospes habeat quasi πρόξενον, ad quem accedere: Commendavi igitur eum Paulo. Aliquoties ad Crucigerum et Paulum scripsi, quos certe decuit in hoc ocij genere reddere ἀποκρίσεις. Tibi remittam, quem

suo

suo satis officiosum esse. Sed ad te nihil scripseram in hac peregrinatione.
Nullam ab ullo ex Academia literam accepi, toto hoc tempore, quo absum:
qd qz mihi sit molestum facile iudicari pt ab iis qb. animus meus notus e.
Circumfero curas de schola absens non minores qz de ceteris rebus quae
maxime angunt animum meum. Nam in Academia est non solum
huius mea privatae vitae portus, sed plane totius reip. fastigium. Cete
ra sunt deploranda. Ruunt .n. imperia, fatalibus causis. Galli stoli-
dissime tumultuantur, tantum faciunt vastitates in finibus latissime,
ut adduci exercitus possint, & ut alio motum belli avertant. Sed haec
coram. Gunterus audiens cum Cortinno tuus, vir doctrina & can-
dore eximio praeditus, saepe de te honorifice & amanter loquitur, ac
plane mihi promittit se aliquando ad nos excursurum esse. Bene
vale. 12 Iulij. Ph. Mel

Non procul à Parma Carolus Imperator pontificem Romanum in
Colloquium admisit, sed ea pactione, nullam prorsus ut mentionem
faceret de pace aut induciis inter ipsum & Gallum faciendis. At
pontifex hanc ob causam susceperat tam longinquum iter ex urbe ad
Alpes fecerat. Consumpsit igitur biduum in vacello. Sed
has fabulas habere vos opinor. I

Ad M Paulum Eberum

S D. Prorsus hic nauticam vitam vivimus: Nam hospitium est
in ipsa ripa Rheni, in statione navium, Unde perpetuus foetor sen-
tinae

tina nobis admodum molestus est. In hospitio, ut in navi, mensa, lectus
focus omnia sunt unius scalmus. Vina cruda, Coquendi ratio ut in
Westvalis: Non enim existimes similem esse huius Galliae mundiciem, ut
est Rhenani tractus superioris. Nunc etiam expectatur Caesaris exercitus,
qui per haec loca discursurus putatur. Ex vicinia audimus ploratus plebis,
Videmus fugas virginum adulterarum. Quo igitur animo hic me vivere pu-
tas? Et accedunt curae de schola, et de rebus domesticis, de quibus miror
te ne quidem literam toto hoc tempore quo absum scripsisse. Iam etiam
ὀνειροπολῶ conventum Spirensem, quem Carolus Imperator indixit. Bone
Deus, de quibus nugis tumultuantur inter se summi orbis principes? Et
hoc ipsum bellum ex quam futili causa ortum est! Nos igitur nostrum
officium sedulo agamus, et agnoscamus hos tumultus esse poenas fatales
mundi, et interim literas Ecclesiis servare studeamus. Mihi crede, inter
tot curas non minus angor de Academia quam de ulla re alia. Et cum
vobis mea haec solicitudo nota sit, succenseo vestrae negligentiae, qui
nihil literarum misistis. Mitto vobis libellum hic editum, quem dabis
Crucigero, nisi ante vidit exemplum. Nam Ioachimo et D. Ionae misi per
quendam Equitem Misnum, qui mihi a D. Iona literas attulerat. Si
rediit Franciscus Hispanus dicas ei ut omnino retineat Phrisium illum
quem novit, donec rediero. Nam hic collocabimus eum in conditione
certa et praeclara functione. Sin autem abest Hispanus, tum Frisium
illum inquirito: nomen non memini, sed est doctor Theologiae vir
doctus et ingeniosus. fortassis iam titulum dissimulat. Sed ex

aliis

aliis frisiis percunctare, num adsit, & iube eum expectare istic meum reditum. Vale. Bonnae. 13 Iulij 1543. P M.

## Philippo Melanchthoni filio.

S D. Etsi publicis curis satis multis exerceor: tamen etiam domesticas circumfero, quas quidem lenire mihi tua diligentia & obsequio debebas, praesertim cum scias qua benignitate te educaverimus & foverimus. Praecipio igitur tibi ut tuos mores timore Dei regas, Et primum Deo aeterno iudicii, Deinde & honestorum hominum iudiciis approbare eos studeas. Eaque in re, mea causa etiam diligentiam & sollicitudinem maiorem praestes. Matri pie obtemperato, cui tua aetas & virtus iam praesidio esse debebat. Salutem dicito meo nomine M Mattheo Francho. Bene vale. die 9 Maij Anno MDXLIII Bonnae ad Rhenum Philippus Melanthon. — Non ed.

## Clarissimo et optimo Viro D. Martino Lutero, doctori Theologiae, instauratori purae doctrinae Evangelij, patri s. cariss°.

S D. Postquam veni Bonnam, intellexi Episcopum dedisse mandatum ut forma doctrinae & rituum proponenda Ecclesiis conscribatur, & quidem ad exemplum Noribergensis formae. At iussus sum inchoatum opus inspicere. Id hoc triduo feci. Episcopus vult pure tradi doctrinam & tolli ritus publicos pugnantes cum doctrina. Sed adversari non desinunt Canonici, etsi in his quoque sunt qui violentiam aliorum impediunt. Feruntur minati quidam ferociores se excussuros esse Episcopum: quare Landgravius ad Collegium scripsit, ac palam ad- — ed.

firmat

adfirmat, Se & caeteros foederatos suscepturos esse defensionem Episcopi, si opus sit. Sed reliquae civitates &c. Quae sequuntur invenies pag 271 primi tomi Eplarum Peuceri, primae editionis. Et ad finem eplae tamen postscripta adijci debent ista. Jam hac hora audivimus Wesaliae in hoc paschate abolitas esse privatas missas, & institutam administrationem Caenae Dnj, iuxta Eglm: & aulicos ob hanc causam Senatuj minarj. Scribam de hac re ad Dominum Dolsium, Et si indebitur profuturum, agemus ut scribat ad illum Episcopus Coloniensis. Iterum vale. 9 Maij.

## BABTISTAE EGNATIO

## S D.

Ed. Etsi in his Europae tumultibus, & fatali regnorum perturbatione nec honos est literis, praesertim in hac nostra natione horridiore, nec colere studia doctrinae quantum optamus possumus: tamen quia multis veris causis movemur, ut speremus mansuras esse aliquas resp^cas: non desino meo loco nostram juventutem hortarj, ne frangatur animis in hac tanta temporum maestitia, sed ut quantulamcunque literarum & dnae professionem retinere conetur. Ut autem Pericles apud Thucydidem Athenas nominat τῆς Ἑλλάδος παίδευσιν: ita multo verius Italia sola multis seculis unicum domicilium est omnium doctrinarum, & omnium gentium in universa Europa Magistra. Quare maxime probo honestissimam cupiditatem adolescentium nostrorum, qui doctos homines apud vos audire, & in patriam ex vestris fontibus quasi rivulos eruditionis deducere cupiunt. Cum autem te sciamus non solum doctrina, sed etiam humanitate in illa omnium

sapientissima & humanissima natione excellere: Teq. propter eruditionem
& aetatem, velut Nestorem venerantur omnes, qui literas mediocriter didicimus:
maxime cupiebat hic Mattheus Irenaeus natus in nostra Francia tibi
commendari. Si quid igitur testimonio meo tribuis, magnopere te oro, ut propter
meas literas in primo congressu eum amanter excipias: Postea n. ubi
nosse eum coeperis, pro tua humanitate ultro eum propter optimos mores &
cognitionem multarum bonarum artium complecteris. Etsi n. ICtorum
doctrinae se dedidit, ut aditum ad Remp. habeat: tamen antea se illo
doctrinarum orbe quem philosophia continet, praeclare instruxit, & ad hoc
decus pulcerrimum, morum moderationem, candorem & fidem semper
adiunxit: Nec tam propter Iurisconsultorum disputationes quam propter
tuos Socraticos sermones Italiam appetivit, quos sibi ad omnem vitam
recte agendam profuturos sperat. Curae ei sciscitanti interdum ali-
quid de literis, aut de aliis honestis rebus ne desis et atque et rogo.
De mea erga te observantia locuples testis erit hic Mattheus. Amavi
nomen tuum ante annos triginta pene adhuc puer, cum tuae annota-
tiones primum in lucem prodiissent: Postea te magis veneratus sum
quo magis intelligere tuas virtutes coepi. Et scis ex iudicio ortam ~~esse~~
observantiam non extingui: Curare me quoque tibi vehementer com-
mendo. Bene & feliciter vale. Mense Augusto. 1543

Philippus Melanchthon.

Egregia virtute et eruditione prædito Hieronimo Schreiber Noribergensi, hospiti Viri clarissimi D Doctoris Echtij amico suo χάις συμφιλοσόφω.

Non ed. S D. Et opto ex animo ut medicatio morbi sit felix, & scire cupio quo modo procedat. Cum autem facile per amicos ad nos l[itte]ras mittere possis, magnopere abs te peto ut scribas & de tua valetudine, & doctorum q[ui] ad te accedunt studijs & officijs. Noviomagum iam Coloniæ esse audio, qui cum versetur in Mathematum doctrina magna cum laude: velim te amicitiam cum eo contrahere: Ideoq. ad eum de te quoq. scripsi. Colamus nostrum ordinem, & amicitias literatorum utcunq. foveamus: quas semper iudicavi etiam ad remp. pertinere. Clarissimo Viro d Echtio salutem reverenter opto. Iussi equum tuum vendi, cum habebimus emptorem. Fit enim in ocio contumacior, cum alioqui sit ignavissimus, pene ut nunc Centaurj & contumaces sunt & ignavi. Curemus igi[tur] tu[us] equum philosophicum, id est, strenuum & placidum ac tractabilem. Sed satis est philosophatum de equis & Centauris. Bene vale & rescribe. 14 Maij.

Philippus.

EIDEM.

Non ed. S D. Grata mihi fuit ep[isto]la tua, quam Medico tradidisti: Nec vero minus grata Medicj oratio fuit, qui mihi de tua valetudine sciscitanti narravit te liberatum esse scabie, ac profuisse thermas ad eluendas sanguinis sordes, & ad [...]tendam & fovendam vim epatis. Hæc ita esse opto, ac Deum æternum patrem Domini nostri Iesu Christi oro, ut & ingenium

nium tuum regat, et corpori tuo vires suppeditet, ut servire reip. possis καὶ συναγωνίζεσθαι τῇ ἐκκλησίᾳ. Scio autem quantum referat iusti temporis tribuere huic curationi: quare te adhortor, ut non propères, sed considerata corporis ἕξει prudenter statuas, quamdiu thermis utendum sit. Nam ego nunc diutius opinione mea retineor, eo quod princeps Coloniensis propter Ducem Iuliacensem ad Landgravium subito profectus est. Tentantur pacificationes, ut metuo, οὔπω ἀποτελοῦντος ἐπιφαινομένου, ut nos Astrologi loquimur. etsi optarim Iuliacensem ex his difficultatibus feliciter eluctatum esse. Est enim iuvenis bono & modesto ingenio praeditus, ut nuper animadverti in congressu principum: & quorum scelere implicitus sit bello non obscurum est: Hi nunc ocio si sunt spectatores, & fortasse Germanorum stultitiam rident. Nec tamen hostes procedere audio. Omnino mira in utraque parte ignavia est. De Caesaris Caroli adventu iterum silentium est. Nondum autem venisse in Italiam, & expectationem incertam esse dicitur. Sed fortasse francofordiae audiemus aliquid certi. Nam hic nemo haec curat: nec ullae ad me vel ex Aulica, vel e Saxonia literae mittuntur. Nunquam in tali solitudine fui. Unas accepi literas quae narrant Polonos post regias nuptias missuros auxilia Pannoniis, & plane confidere Budam se recepturos esse: Hactenus enim nondum novae copiae turcicae advenerant. Bene vale & rescribe. die XI Iunij

Philippus

EIDEM.

Non editu[m] S D. Scio te ea eruditione & prudentia praeditum esse, ut consideres quantum temporis tribuendum sit his metallicis aquis: sed tamen commonitionem tuam miror. Habes nunc istic D Guntherum & amicum & συμβουλον, cum quo de tua valetudine deliberare potes: idq. ut facias te adhortor. Meministi vetus illud: πρῶτον ὑγιαίνειν. Peto etiam ut si differtur tuus adventus significes mihi, quomodo valeas. Cornelius Sittardus valde petivit, ut cum redieris Coloniam, ad se venias, idq. te facturum esse promisi. Academia Coloniensis teterrimum scriptum Germanicum Senatui exhibuit contra me & D Bucerum: nam utrumq. nominat. Respondimus plane & perspicue, sed latina edemus δευτέρα. Carolum in Italia esse certum: & conventus ab eo indictus est, ut Spirae mense Novembri Germaniae principes conveniant. Gallicus rex cum duobus filijs accessit ad Noricos, & extremam Brabantiae oram populatur. In ditione Lucelburgensi, quia Caroli copias existimat per ea loca iter facturas esse in Galliam, agros prorsus vastat & villas omnes incendit. Sic prorsus rem gerit Gallus ut videatur sibi accersere fatale exitium, ut vaticinia praedicunt. Turcicus Tyrannus in Pannoniam venit & jam Viennenses cives locupletiores patriam relinquunt. Valde a te peto ut mihi crebrissime scribas, nisi mox adfuturus es. Bene vale καὶ ἔρρωσο: quod graecis molias. Nam & robustum esse significat. die 3 Iulij Philippus

EIDEM

Non ed. S D. Fabellam de inscriptione numismatis Saxonici inde ortam puto

puto

puto. Vetus est imperij Romani ius, ut in interregno duo sint Vica-
rij, Palatinus & Saxo. propter hoc ἀξίωμα fridericus cum tali inscrip-
tione: Vicarius Romani Imperij: numisma procuderat viuo Maximilia-
no, ac mihi Peutingerus senex Augustanus narrabat Maximilianum
ea inscriptione non nihil offensum fuisse, Et quidem tunc narrabat Jussi
centi collum sudore perfusum fuisse, quod dicebat illi familiare fuisse
in subitis commotionibus. Habet autem nostra aula hunc inep-
tum morem, ut titulos maiorum putet ambitiose tuendos esse: Ideo
& noster Dux cudi nomismata fortasse cum ea inscriptione curauit.
Longolius habet eius generis nomisma, in quo opinor eam esse inscrip-
tionem. fortassis haec res praebuit occasionem uel dicacib. uel maledi-
cis. Vellem certe has ineptias uitari, & principem ab ijs quorum
valet autoritas admoneri. Arbitror principem de Maximiliani offen-
sione nunquam audiuisse: & putat usurpari posse quod ius publicum conce-
dit. Est .n. ut scis ἀκριβοδίκαιος. Sed nostra philosophia non subti-
litate Jurisconsultorum, sed alia quadam humaniore ratione haec me-
titur. Caeterum quod fingunt scripsisse se Ducem Saxoniae Romanum
Imperatorem haud dubie commentitium est, & coargui facile men-
dacium potest, quia aiunt in altero latere Carolum adscriptum esse:
Sed has nugas omitto. Librum Alfonsi uidi, & legi, mi Hieroni-
me. Si quis illis sycophantijs & deliramentis aduersariorum delectatur,
non impedio

non impedio quo minus fruatur. Ego utilem doctrinam complexus sum in meis Locis, in Romanis, in Daniele. Hi libri satis respondent adversariis: nec volo singulis hostibus peculiares refutationes opponere. Gerimus a bellum cum Centimanis, ut vides, & subinde ex sanguine priorum Sophistarum novi nascuntur, ut de Gigantibus poëtae scribunt. Scis me methodicam scribendi & disserendi rationem elegisse, ut res bono ordine & perspicue explicarentur ad posteritatis utilitatem. Et de meis scriptis iudicium bonis permitto, Et deum oro ut studiosis & Ecclesiae prosint. Profecto aliud nihil in his laboribus spectavi, nec dimico de laude ingenii: Nec tamen me ita ipse despicio ut vel Alphonsum illum vel Agrensem qui Coloniae iam scripsit levius peccare Sacerdotem cum centum scortis polluitur quam si uxorem ducat, mihi anteferam. Scio praedicari Alphonsum & non miror eum placere hostibus nostris: Illud miror quosdam qui nobis volunt videri amici, delectari talium librorum laudibus: qua re malevolentiam suam significant. Hodie legati venient Coloniam missi a nostris: Horum nomina apud D Decanum explorabis & mihi scribes. Velim etiam te significare, si quid tamen audivisti, quo se facta προχειρίσματα περὶ βιβλίου πελβερίνο παρὰ ἀρχιεπισκόπου ποίου τοὺς εὐσεβεῖς ἐν τάξει ἀρχιερατικῇ. Bene Vale.

Salutem opto Illustri Comiti Stolbergio, & D Richwinio, D Echtio & D Cornelio. 21 Julii.

Philippus.

Clarissimo et doctissimo Viro, Lucae Gaurico verae philosophiae Antistiti. dno suo.

5

S. Clariss. et doctiss. vir. Cum Hieronimus Schreiber Norimbergen- = Non od.
sis philosophiae studijs se totum addixerit, ac praecipue doctrinam de sy-
derum motibus & uiribus amet: flagrat ingenti cupiditate tui uidendi,
& quantum conceditur audiendi. Legit olim accensos amore harum
artium ex Graecia in Aegyptum nauigasse Eudoxum, Platonem, Euripi-
dem, & ut Plato affirmat etiam Socratem. His exemplis & ipse mouet(ur)
praesertim ut in Italia, quae multis iam seculis sola est sapientiae & doc-
trinarum domicilium, doctissimos homines adeat, & eorum eruditione ex-
colatur. Hanc eius voluntatem non solum non languefaciendam putaui
sed potius incitandam: Itaq. cum te nosset ex monumentis tuis erudi-
tissimis, multa & saepe de tuis sapientissimis sermonibus, deq. huma-
nitate tua digna philosopho narrans: Venit igitur in spem, te si
quid aliquando sciscitaturus esset, non grauatim responsurum esse. Quare
petenti literas ad te dedi, teq. propter philosophiam oro, ut hunc Hieroni-
mum à natura ad virtutem & decus incitatum, & expetentem non vm-
bram philosophiae, sed veras & utiles artes complectare. Etsi .n. nunc
in his tantis orbis terrarum tumultibus haec studia non sunt in honore:
tamen virtutis causa colenda esse censet; & tu qui fatidica mente
praeditus nosti quae sint quae fuerint & quae futura trahantur, prae-
dixisti aliquanto post tranquilliora Europae tempora. Hac spe adoles-
centiam ad has disciplinas & hortari soleo, & te arbitror libenter adiuua-
re ingeniosorum studia, ut ad posteritatem doctrinarum possessio trans-
mittat(ur).

mittatur. Ea est autem virtus in Hieronimo, ut pollicear tibi gratissimum fore, et operam omnem ingenij vim et industriam ad utilitatem publicam et conservandas honestas artes collocaturum esse. Bene Vale.

Phil. Mel.

## IOANNI CÆSARIO S. D.

(edita.) Ut post praelium, ita post conventus exitum haec civilia certamina melius narrari possunt. Cum igitur finem conventus adhuc expectemus, nondum de eo satis plane scribere possum, sed narrabo historiam quae praecessit, quam scio tibi iucundam lectu fore. Mihi certe spectanti fuit iucundissima. Priusquam Princeps publicavit librum instaurationis Ecclesiae, legere et penitus cognoscere ipse eum voluit. Pertinebat haec diligentia ad eius officium et laude digna est: sed multo magis miratus sum eius in auscultando attentionem et aviditatem, et in expendendis locis obscurioribus et horridioribus prudentiam et in disputando acuitatem. Tribuit quinque diebus matutinas horas quinas huic auscultationi, adhibitis Coadiutore Comite Stolbergio, Husmano, Gropero, Bucero et me. Attentissime audivit legi totum opus. Crebro cum occurrit locus in quo aliquid desideravit, re disputata accurate dixit quid sibi videretur, et auditis aliorum sententijs vel mutari vel illustrari eam partem iussit: quaedam ipse iudicio suo recte emendavit. Multas controversias dogmatum ita dextre diiudicavit, ut animadverterem res tantas ei diu cogitatas esse, et integram Ecclesiae doctrinam recte ab eo intelligi. Scio parvos hac

iudicij

iudicij dexteritate praeditos esse, quae quidem ingenij vim significat, et curam atque intentionem animi, quam nemo adhibet, nisi qui vere Deum colere et invocari cupit. Erat situs liber coelestis doctrinae ad manum, iuxta Lutheri versionem recens editam Witebergae: ibi saepe testimonia citata ipse requirebat, ut fontes consideraret. Haec saepe commemoravi alijs, et hodie recitavi duobus gravissimis Comitibus, Manderscheid, et Novagui lino, cum D. Bucerum et me ad quandam deliberationem convocassent. Cum igitur iudicem Principem pia voluntate et bono consilio hanc instaurationem Ecclesiarum moliri: et virtutem ipsius laudandam esse censeo, et Deum orandum ut pia consilia adiuvet: Cumque te idem iudicare et optare arbitror, hanc tibi narrationem gratam fore speravi. Nunc de conventu pauca adijciam. Brevissimae deliberationes fuissent, nisi rem extrahere Gropperus studeret. Comites, Ordo equestris, legati civitatum censuerunt recipiendam esse formam Ecclesiarum instaurandarum: Sed legati Collegij Coloniensis refragantur. Etsi enim doctrinae genus non improbent: tamen expectari collegij consensum volunt, nectunt moras, negant rem tantam subito constituendam esse. Adsunt viri optimi, Henricus frater principis, Stolbergius, Glichensis, sed habent ut fieri solet, mandata certa, Suntque adiuncti duo, Gropperus et Hieronimus, sed πρωταγωνιστὴς est Gropperus: Is hactenus varijs artificijs pugnatum ut impediatur Ecclesiae emendatio. Liber profecto tantum necessariam omnibus piis Catechesin

continet

continet, et summam Christianae doctrinae. De collegiis et ἱεραρχίᾳ Ecclesiastica, ut vocant, moderatissimae sunt sententiae, Ut maneat forma politiae Ecclesiasticae, maneant collegia et ἀξιώματα ἱερατικὰ, opes, gradus, ornamenta, Sed superstitiones quae tollantur. Saepe in conventibus Germanicae nationis hanc pacis viam proposui: nec aliam video nisi hanc unam ut retineant Episcopi et Collegia sua ἀξιώματα et suas opes, et recipiant doctrinam piam. Quid cogitari aequius potest? Si hanc moderationem Gropperus non probat, sed prius nos cupit interfici, nec Ecclesiae nec patriae bene consulit. Sed Deo haec commendo. Habes historiam Conventus inchoatam tantum: Nam ante finem plura quidem nunc scribere non poteram. Deum aeternum patrem liberatoris nostri Iesu Christi oro, ut te diu servet incolumem, Meq. tibi ut parenti commendo. Bene vale die Iacobi. Anno 1542 Bonnae.

Philipp. Mel.

Serenissimo iuxta ac Christianissimo Regi ac Domino, Dno Francisco Francorum Regi et domino et confoederato nostro clementissimo.

Inclyte et Christianissime Rex, Ut in publicis libertatis nostrae periculis saepe nos ipsos commendavimus Regiae Celsitudini vestrae, propter excellentem ac heroicam virtutem et bonitatem vestram: ita nunc de quorundam privatorum incolumitate R C V scribendum esse duximus, qui Gratianopoli in urbe R C V capti tenentur propterea quod de doctrina Christiana idem sentiant

sentiunt, quod Ecclesiae nostrae profitentur. Magno dolore afficimur, quod cum negari non possit multos veteres abusus haerere in Ecclesiis: tamen multorum Dexternat passim iracundia, ut & salutares sententiae obruantur, & non solum homines privati, sed etiam gentes totae veniant in periculum: Ergo cum supplices fiant R C V: Existimet R C V non nos tantum, sed ipsam Ecclesiam Christi lugentem iacere ad pedes summorum Regum, & opem eorum implorare, petere cognitionem aequam, & rogare ne lux Dorientis Evangelij extinguatur: & ut modestis hominibus ac Christi membris parcatur. Scimus hos qui propter piam doctrinam sunt in odio, interdum praegravari alijs criminibus, ac dici seditiosos. Audimus autem captos Gratianopoli modestos & doctos viros esse: Oramus igitur R V C ut vita Captivorum illorum parcat, eosque dimittat incolumes. Erit haec clementia Deo grata, et habebit praemia divinitus, sicut psalmus inquit: Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: In die mala l. e. D. Totius de nobis ipsis iudicari solemus, quoties boni & modesti pie sentientes rapiuntur ad supplicia. Maxime autem optaremus nobis concedi aliquando vel in synodo, vel in alijs honestis Conventibus coram C. V. R. libertatem exponendi Ecclesiarum nostrarum doctrinam: quod si fieret non dubitaremus R C V iudicium futurum vnivesae Ecclesiae, & futurum ut periculo ipsos liberaremus. Deus gubernet R C V: & eam servet incolumem & florentem. Ratispona 23 Maij 1541.

Principes, Legati, Status & Ordines Religionis Christianae quas Aug^ae^ Confess^nis^: nominat in Ratispona modo congregati.

Clarissimo et optimo Viro D. Hieronimo Baumgartnero, Senatori Urbis Norinbergae, suo patrono charissimo.

Editum [?]

S. D. Sanctitas, fides, pietas priuata bona sunt, qua iuuat Reges eant, inquit Thyestes opinor in Tragoedia. Omittamus ergo commemorationem eorum quae Reges agunt, ac nostra bona, Sanctitatem pietatem & fidem ipsi colamus ac tueamur. Mitto tibi exemplum Ambrosianae orationis in qua est disputatio contra Ethnicos, cuius lectionem non dubito Tibi Viro optimo & Veritatis amantissimo iucundam fore. Nuncius vester petit quiddam satis ἄσχετον: Sed ab hoc lunari genere non est requirenda Philosophia: Ego fortassis pecco qui ineptam causam in me recepi, Sed mihi usitatius est amicorum causa quam mea peccare, Et fides huius Tabellarij nobis probata est, Ideo ineptae cupiditati gero morem. Petit sibi munus aliquod ex aerario Ecclesiastico dari, quod adduxerit Diaconum & de suo sumptus in itinere fecerit, in quo quia illius tarditatem segnius processerit, & postea damnum acceperit, cum libellos quos hic emerat, serius ad Vos afferret, nec posset iusto precio vendere. Habes querelam de Euclione Plauti: Sed facies quod pro tua prudentia videbitur decere. Interdum istis plebeijs assentatoribus venia danda est, de quibus Plinius ait, Cum militia odit homines odit. Bene vale: & mihi ignosce. Die natali Mariae.

Ph. Mel.

Amico Cuidam.

non ed. ?

S. D. Chilianus noster amanter fecit, quod literas mihi tuas, in quibus fidem

fidem meam acerbissime accusas, misit, ut meam apud te innocentiam
defenderem, meumque de te iudicium & animi inductionem exponerem. Na
eruditionem & prudentiam mihi facile detrahi patiar. fidem in discrimen
venire, id vero cruciat. Fuerat autem amicitiae nostrae priusquam me apud
alios traduceres, meum expostulare si quid alienius audivisses, nec
temere quicquam de amico credere. Nunc vero me apud tuum Chilianum
eiusmodi literis proscindis, ut nihil in Socerum credam Archilochum inimi
cius scripsisse. Cupio itaque me tibi purgatum, & amicitiam quae inter
nos diu fuit, sarcire. Ac quidem sancte iurare possum, si quid modo
credis iuranti, me ex quo tecum amicitiam iunxi, semper amasse in te
probitatem & studium literarum in quibus te versari magna cum diligentia
videbam, eam erga te voluntatem meam, ita me Deus amet, mutavi
nunquam, neque me unquam de te aliter loqui memini. Certe Noriberga
apud Dominicum & alios saepe honorificam tui mentionem feci: de
tuis poculis nunquam est seriis sermonibus apud amicos familiarissimos
aut alios dictum. Nam cum excusari illum tuum morem, tum multa-
ri posse sciebam. Deinde cur laederem te, a quo me amari certum
habebam, & qui mihi verissime charus eras. aut quam utilitatem?
quos reditus ex tua ignominia captarem? Nec ego sum, si me recte
novi, tam perverse malus, ut gratis iuvet laedere hominem bene de me
sentientem. Semper etiam tibi consulere, teque iuvare mihi curae fuit.

Sed tu

Sed tu neque inter tres illos quos ego Senatui Noribergensi commendavi, lo-
cum ambiuisti, neque consilium profectionis tuae Noribergam etiam in-
terroganti mihi satis declarasti, et vides quam paucis ibi locus fuerit. Ego
vero quos commendavi Noricis alieno magis quam meo illis iudicio probari
volui, neque quicquam debui ea in re privatae amicitiae, quae mihi cum illis
est, caussa fecisse, cum ipsi nihil tale ambirent, et delatam provinciam
gravatim susciperent, et alijs locis amplissimas conditiones haberent, et domi
suae in otio honeste vivere possent. Quod si vidissem qua ratione etiam
tibi prospici potuisset, profecto non sussem tibi defuturus, sed tu longe er-
ras, si me plus ibi aut posse aut sumere debere existimas quam apud ex-
teros hospitem decet. Verum non hoc quereris, te non esse adiu-
tum a me, sed plane proditum ac laesum? Id summa conscientiae fidu-
cia pernego. Semper enim eruditionem tuam praedicavi, nec unquam dixi
quicquam quod existimationem tuam imminueret. Nam tibi hodie etiam
affectus sum, ut si necessario et suo tempore postules, non dubitem de
meis etiam fortunulis suppeditare: tantum abest ut aliorum voluntates
abalienare abs te unquam studuerim. Tu enim fidem mihi detrahis: non re-
linquis mihi, ut te per ullum numen rogare possim. Si tamen adhuc
me putas esse non omnium qui vivunt desperatissimum: rogo te per
Christum ut opinionem de me falso conceptam ex animo deponas, meque
sentias tibi ex animo amicum esse, et cupere si qua in re possim, bene-
volentiam erga te meam declarare. Non enim si mea voluntati for-
tuna

tuna hactenus defuit, ideo fides mea in dubium est vocanda. De carmi-
ne ad Carolum quod scribis, inuidiam vitandam esse tibi duxi. Nam ego
meo malo sum expertus, quantum periculi sit in his turbis hoc genus li-
bellos edere. Illa tibi libenter condono, quae odiosissime congeris: nihil
me praeter mea amare, nullos imitari praeter nostros συμφοιτητάς; tam-
etsi non concedo tibi, ut animi mei sensum propius noris quam ego: Nec sum
tam truncus, quin videam quantum mihi desit, et non modo huius scho-
lae homines eruditos, sed literatos alios plerisque locis in Germania, quibus-
cum est mihi notitia colo. In Silesiis integra res est. Nam
princeps Silesiae a meo ex Noricis reditu huc scripsit, ut sub autum-
num Lignitiam professores conuenirent. Tibi nemo adhuc surrogatus est:
Itaque si illo migrare libet, locus tibi patet. ea de re ut mihi scribas
cupio. Sed, ut finiam tandem, Si abs te impetro ut mihi fidem ha-
beas, amicitiam nostram me religiose coluisse, teque impense amare:
magno me beneficio auctum esse existimabo. Si non impetro, feren-
da est scilicet insignis iniuria qua me afficis, dum tales epistolas in
Germania spargis. Verum ego mihi de ingenii tui candore promitto,
futurum, ut haec litera mea plus apud te ponderis, quam maleuolorum
sermones habeant. Bene et feliciter Vale. Phil. Mel.

D. D. Martino Lutero.

S. D. Longa fuit deliberatio aduersariorum nostrorum, An Carolo Impera-
torj

~~Non~~ edita.

tori permissuri essent, ut suo iudicio deligat principes & doctores, qui de contro-
uersijs amanter colloquantur. Tandem inuenerunt acutum σόφισμα. Permit-
tunt ita ut liberum sit ipsis eos reijcere quos non probant. Audio stomacha-
tum esse Imperatorem audito hoc sophismate. Quaeritur occasio ad eludendum
totam Collationem. Id ab ipsis fieri mihi non displicet. Habes breuem histo-
riam, sed integram eorum quae hactenus in Conuentu acta sunt. Nos Scholas-
tici aliquoties colloquuti sumus familiariter, Ac spero omnium voluntates
& iudicia congruere. Opinor quasdam meas uoces perlatas esse πρὸς τὸν
Μακεδόνα: quare multis uerbis testatus est, se non seiuncturum esse suam
sententiam à nostris, nec à Confessione. Marchio Elector adest & familia-
riter exceptus & auditus est ab Imperatore. Sed (sic) initia sunt horum congres-
suum ὥσπερ συμπονεῖν ἡσυχώτερα ἢ ἤλπιζον. Magnos cruciatus
mihi dextra adfert, Nunc tandem luxationem factam esse iudicant: sed
publica magis angunt animum meum. Bene & feliciter vale. 14 Aprilis.
Salutem opto honestissimae Coniugi tuae, liberis dulcissimis & toti familiae

Philippus.

EIDEM

ed. { S. Hodie, uidelicet die Ambrosij, initium dicebatur futurum esse publi-
carum deliberationum, Sed moram interuenisse audio propterea quod nondum
Consilium potuit, dissidentibus duobus principibus, Macedone & Mezentio, qua
ratione in consessu coniungantur, ne alteruter per contumeliam exclusus
uideretur. Tantae res, ac dignae heroicis Viris hic aguntur. Meministi
cum princeps noster lectu odyssea ridebat Homericas ineptias: Sed

Stollo

profecto ita est, Multo maiores sunt hæ Commentiorum ineptiæ! digna videlicet spe quas nunc dextellam fere amisi, & sæpe alias insignes plagas accepi. Scriptum tuum contra Mezentium hic auidissime legitur: Cui & multum molitur, καὶ ῥαψῳδοῦσι contra Nostros: Tamen videntur diuinitus abhorrere ab eo omnium mediocrium hominum voluntates. Pædagogus eum arte regit, cuius consilia ut dissipet Deus oremus. Superat reliquos principes Macedo comitatu & reliquis aulicis pompis. Cæsar nondum in publicum prodijt quoad hic sumus. Bene & feliciter Vale. Exanimor cogitans τῶν ἀρχόντων παρουσίαν καὶ συνουσίαν: Cuare velim statuas longe me apud te malle versari quam apud illa θέατρα ἔχοντα τὰ ὀνόματα τῶν ἀρχόντων. Fabrum Viennensem qui tam multos insulsos libros scripsit, tam multos pios crudelibus supplicijs adfecit, velut faber Perillus, extinctum esse certum est, Et jam illj Quæsitor Minos Vrnam mouet. Iterum Vale Philippus.

Ornatissimo Viro, D Ioanni Cratoni S Cæsareæ Maiestatis à Consilijs, medicoque primario Domino mihi summe obseruando.

est Th. Bezæ

S Me quoque, Vir ornatissime, eædem difficultates in eadem ætate, quamuis occasione diuersa, exercent, ijsdem armis superandæ, fide videlicet & firmissimæ illius spei nostræ constantissima perseuerantia. Nam tua quidem, quantum homo rerum istarum peritissimus iudicas, deplorata est valetudo: Ego vero dextro excepto crure

quod

quod aeger circumfero, (quod fortassis audiens nouus ille meus tot alijs
succenturiatus antagonista, alterum me pedem dixit habere in Charontis
cymba) satis belle ualeo, sed ita ut in diem uiuam, perpetua non de
me uno, sed de hac tota ciuitate, Ecclesia, schola, sollicitudine excruciatus.
Nec enim ea nunc est Geneua quae fuit. Ciuitas alterum iam men-
sem hostiles habet intra teli pene iactum copias, quibus undique circum
cingitur. Hinc sequuta est statim Ecclesiae Germanicae prostratio, cuius
egregie procedebant fundamenta; et mox totius nuper frequentissimae
quotidieq. crescentis scholae quotidie decrescentis dissipatio. Caussam
rogas? Hostem in proximo potentissimum & inimicissimum habet haec
resp. iuuenem annorum uiginti, iuuenibus cinctum, accepta uetera, non
iura profecto sed odia, nulla prorsus cum patre pactorum iuratorum
habita ratione, antea quidem insidijs, nunc autem etiam aperta ui
persequentem. Et nos quidem eius insidias diuinitus nobis patefactas
& iusto proditorum patriae supplicio uindicatas, Dei beneficio, effugimus.
Cum autem ad uim apertam nunc sit peruentum, non paruum la-
boramus. Sic enim ille bellum gerit, ut intra ditionem suam maneat,
commeatus interdicto contentus, & locis singulis praesidia imponens,
tantisper dum uidelicet uel urbis inuadendae rationem inueniat, uel
ad illum aggrediendum priores cogamur. Nos interea uicinos so-
cios sedulo de periculo communi commonefecimus, quum non modo

resistere

resistere, sed etiam bellum procul arcere nullo negotio potuimus. Sed neque nobis initio fides habita est, neque passa est ingenita quædam huic genti tarditas, Gallicæ temeritati prorsus ἀντιδιαφερομένη, ut huius periculi magnitudo animadverteretur, ut vix tandem ad mittendæ legationis consilium devenerint, quam hodie expectamus. Interea exhauritur non ita per se locuples ærarium conducendo et armando militi tum domestico tum externo: cessant pleraque artificia, quibus hæc civitas, quam vere dixerim paupertatis officinam maxima ex parte in diem vivit: quod superest annonæ consumitur, appetit messis, hosti, nisi Deus hoc avertat, cessura: cives perpetuis vigilijs alijsque laboribus atteruntur. Quid igitur? nempe ad illud Abrahami patris illius nostri fidelis nobis refugiendum est, Dominus providebit, cuius vivimus et morimur, si qua modo Christianorum mors est. Nos quidem certe video fortissimo adhuc esse animo per Dei gratiam, nec eorum quicquam omittimus, quæ ope humana provideri possunt. Omnium autem eventum Deo committimus. Caput meum suo nominatim avidissime ab istis omnibus adversarijs peti, quorum communi conspiratione hoc geri certum est. Sed hæc cura iocus est mihi præ publica non de huius urbis duntaxat, sed de aliarum etiam multarum Ecclesiarum periculo sollicitudine, qua non potest non vehementissime dies ac noctes de

precatis

peccatis nostris cogitantem, & horribili, si Deus iure nobiscum agat, vastatione sequutura excruciare. In his tamen cogitationibus duo me potissimum reficiunt ac recreant, Dej videlicet inexhausta misericordia morte filij ipsius sancita, & causæ quam tuemur bonitas. Enimuero mi frater, quid tandem in his terris occurrit, quocunq. oculos circum feramus, quod nos in terris moretur? Tempus fuit quo iuuaret non pauca videre & audire ex quibus sanctam & vere suauem voluptatem capere solebamus. Nunc vero quidnam vel ipsi cernere, vel ex alijs intelligere possimus, quod hinc quamprimum emigrandj desiderium in animis nostris iure optimo non accendat? Sit igr hæc nostrarum cogitationum summa, Deo nos esse reconciliatos, cuius de nobis seruandis ἀμεταμέλητον decretum, quum spiritu suo sancto cordibus nostris insculpserit, nihil esse nobis pertimescendum: & quo propius ad illam spei nostræ metam accedimus, quacunq. nos ille via hinc ad se euocet, eo maiorem ac certiorem lætitiæ causam nos habere. Quod superest Vir ornatissime & obseruande frater, rogo ut mei memor esse pergas in precibus tuis assiduis, ut in hac quoque grauissima exploratione fidus inueniar, quæcunq. me sors maneat: sicut vicissim ego pro te assidue precari non desino, ut huius ægritudinis tuæ felicem exitum esse velit, siue diutius hic adhuc nobis erit peregrinandum, siue mox illum simul conspecturi in quem speramus. Geneuæ, v Iulij, 1582, religiis

mihi ad climactericum hunc explendum annum diebus novendecim

Tuus Beza.

Multa hic conspeximus prodigia, Caelum videlicet cruento splendore inflammatum, 6 Martij circiter nonam inter Occidentem & Septentrionem, parelias, orbes duos Solem ambientes, unum valde ingentem & lacteum, ipsum Solis corpus medium scindentem, alterum Iri similem, Solem ambientem: Dominica Quasimodo, à decima fere ad meridiem: & denique Cometen palmae sinuatae ramum referentem. Quid haec portendant Dominus suo tempore patefaciet, in cuius adventum utinam satis intenti simus prae illis qui faciunt ut in diebus Nohae.

## Ad Rediegerum, Wolfgangus Zopyrus.

S. Quod praeter expectationem & voluntatem meam casu quodam aliquoties accidit ut intermitterem ad vos officium scribendi, id ne excusi quidem ne aut meas alicuius momenti putare aut humanitati & aequitati vestrae diffidere videar. De reb. Turcicis cum Neographus omnia, non tam novi aliquid ad vos scribo quam veterem confirmo melioribus autoribus. De pace Persica idem Venetis metus qui etsi in hunc annum nihil a Turcis metuunt, plerique etiam ex ipsis fore putant ut ille vel suis in Hispannum occasionibus utatur, vel aliquorum ex reliquiis Austriacis, hac ipsorum imbecillitate

petat

stitat: tamen persuasum ipsis à duobus potissimum Senatoribus, Joanne Delphino & M Antonio Barbaro dicitur ut sibi diligentius etiam & maturius quam faciebant antehac contra infidi Barbari insidias caveant. Itaque sic omnia nunc in tempore comparant, ut in proximum mensem Martium si opus fuerit triremes centum minores ut vocant, maioresque decem in promptu habeant. Quod autem verentur ne Italia meliori exhauriatur milite ab Hispano, ex SC nonum in Cretam militem conscriptum & centurionibus quibusdam negocium datum sunt, ut cum res postulaverit sciant unde maiorem numerum conficiant. Cretenses his de causis praecipue metuere videntur, quod vicina adeo & opportuna Turcis, quod incolae eius in factiones distracti, nec omnes ut deceret erga Venetos affecti: quod bello proximo Turcico quandam detecta proditio quam Graecis sacrificulis autoribus an adiutoribus? insulam illam Turcis nefarie prodere constituerant, odio quorundam qui variis artibus Cretensium praecipuos quosque à Sacris Graecis ad Sacra Romana traducere conati fuerant. Quod si tamen fides & constantia fuerit Cretensibus, quam esse debet, Viribusque Venetorum animi responderint, spes est insulam & natura & arte novisque operibus undique communitam satis facultatis ad se defendendam habituram. Corcyra quae secundum Cretam periculo proxima censetur: ita ex relatione M Antonii Barbari & Jacobi Foscarini munita probe dicitur, ut si iusta acceperit praesidia, admissus omnem vim, humanam scilicet,

inuicta uideatur, quæ tamen res plerius de industria uulgari certis de causis putatur. Quo maior uero legato Veneto superantio humanitas à Turcis ostenditur, hoc magis suspecta ab his omnia Venetis sunt, qui meminerunt nimia quondam fiducia in quantas calamitates inci-derint. Utq. ijdem illi omnis olim beneuolentiæ simulatione in perni-ciem illorum abusi sunt. Hispanus largitionibus barbaros eo iam perduxisse existimatur ut classis turcica metu fere omni in hunc annum solutus sit. Ipse enim Rex Turcarum cum suo consilio & pru-dentia nihil ualeat, à fraude suorum & astutia facilime decipitur. Exemplum recens nani cuiusdam ipsius quem unice amabat hoc ostendit, quem legatus Gallicus huc scripsit signo heri sui abusum diuturnis circiter per ditionem omnem Turcicam iudices & magistratus quosdam maioris dignitatis creasse, multaq. adeo priuilegia & im-munitates uendidisse, ut inde uicies centies aureorum & amplius conflarit. Additq. uix denique detectum, carceribus perpetuis adiudi-, qui cum eo colluserunt quæstores duos cum multis alijs supplicio affectos esse. Munera ad eundem Imp. Turc. missa à Vene-tis etsi multa & preciosa fuerunt, tamen ut quidam aiunt Tur-cis non exquisita satis uisa sunt, ne Cæsaris quidem. Muldaniæ Regulo ante oes laus præcipua in hoc genere tributa ab ijs, q pene hominibus iam prescribere uolunt tamq. Dij aliqui, cuiusmodi

muneribus

muneribus sint colendj. Magno vero eidem Regi Turc: honori, & ad Persas, ut creditur, emolumento fuit, quod eodem tempore quo Constanti-nopoli est legatus Pers. tot principum Christianorum legati, quasi ad iratum numen Turcicum placandum tot cum donis, eodem certatim in-spectante ipso confluxerant supplices. Quod si haec nostra salus cum tanto dedecore coniuncta est: honeste perire credo satius fuerit multi-ter ante omnia ad salutem Christi spectantis. Hispanus quanto aio & constantia ad omnibus se periculis, quibus s[e] undique implicatus, expe-dire conetur: ex ijs quae ad te scribuntur, & ipsius etiam apparatibus me tacente intelliges. magno ei adiumento est quod Rex Galliae am-plioris fratris fortunae, & Anglica Gallorum successibus invideant. auxilia huic vix in tempore ulla, minora certe ferunt, quam res ipsius postulant, quarum momentum omne in celeritate positum videtur: qua de re ad Venetos etiam ut audio publice scribitur. Bellum igitur in Belgica quod ut opinio fert, non magno negotio Gallus intra breve tempus finire poterat, longum & atrocissimum metuitur. Quibus Hispanorum artibus Helvetij tantum non inter se commissj, Dux Sabaudiae impulsus fuerit ut maximo suo periculo obsidione Ge-nevensi instituta arma in se Helvetica provocaret, quod in ipso fuit quae ad perniciem ipsius genti antehac ut scis fuerunt fatalia, ali-unde quin acceperis pridem non dubito. Helvetij ipsi a virtute maiorum ita declinasse putantur quibusdam, ut vix iam aliquid

ab ipsis expectandum sit, quod viribus ipsorum & occasionibus rei pre
clare adeo gerendae respondeat. quam tamen alij timiditatem, some
quidam prudentiam & moderationem appellant. Inclusas curare ac
gravius rogo, & S. à me quam officiose dicas Viro Cl. D. Crafonij, &
amicis ceteris, in quibus Walterum quondam nostrum, nunc ne suum
quidem si numerandum putas, eum quoque á me salutare, sin mi
nus valere iubebis. Venetijs. Anno 1582. M. Jul.

Viro Clarissimo, eruditione et Virtute
praestantj, Joanni Cratoni Vratislavi
ensj, amico suo carissimo.

S. D. Doctissime et carissime Crato: Et epistolam ad Augusta
num civem & exemplum eius tibi mitto. Fortassis autem ut olim
dicebatur την τυχην ποικίλως ζωγραφεῖν τους φίλους, ita nos
in hac calamitate pauciores respiciunt. Sed tamen iudicij & amo
ris erga te mei testimonium erit mea epistola, etiamsi illi ad quos scri
bo non incendentur maiore studio tuj. Deum autem aeternum pa
trem Domini nostri Iesu Christi, cuius doctrinam non solum philosophi
cam sed alteram quoque prolatam ex sinu ~~aeterni patris~~ arcano per filium, colis
oro, ut te servet incolumem & gubernet tua studia, sitque ηγεμών
totius huius itineris tui & universae vitae. Hieronimo Schreiber & Musculo
salutem opto. Laetum audio Noribergae esse oculos ut opinor invitan
tem

= non ed.

tem τῶν ἱερέων οὓς κατήσθιεν ὁ αὐτοκράτωρ, qui eum acerrime oderunt: Sed salutem ei meis verbis dicito, si eum videbis. Ad Virum clarissimum D. Joachimum Camerarium venturum te esse non dubito, cuius familiae universae salutem toto pectore opto. Literas ad eum nostras adfert ὁ γραμματοφόρος Norimbergensis. Bene Vale. 7 Cal. Sept. qui dies fuit Victoriae ad Ἄρβηλα. 1546.

Philippus Melanchthon.

Est primum alia ad eundem scripta Germanice. 12 octob 1546.

## Ad D. Joannem Henricum Herwartum Senatorem reip. Aug.

Non ed.

S. D. Vir clarissime. Si philosophiam monitricem aliquanto diligentius audirent homines, praesertim potentes, minus esset calamitatum publicarum & privatarum, Sed plurimi pene cyclopica audacia contemnunt omnia doctrinae studia, qua causa cumulari hominum miserias non obscurum est. Interea tamen & fuisse aliquos semper in bene moratis civitatibus & adhuc esse nonnullos scimus, qui & in gubernatione suae vitae in consilium adhibent philosophiam, & propter salutem multorum doctrinae studia adiuvant, quorum sapientia & virtus merito praedicanda est, Nec dubium est horum voluntatem in iuvandis studijs Deo placere. Cum autem & ex Viri doctissimi Cratonis sermone, & ex aliorum praedicatione intellexerim te inprimis favere philosophiae studijs, dedi Cratoni ad te proficiscenti hanc epistolam, ut intelligeres apud homines studiosos Virtutem

triam

tiam gratis sermonibus celebrari. Ipsius etiam philosophiae nomine gratias tibi ago quod Cratonem tu & caeteri Viri ornatissimi in familiam tuam complexi estis. Est enim ampla doctrina Medicae artis, Sed cum accedit cognitio causarum coelestium multo fit tota ars illustrior. Et multae sunt aliae magnae causae cur Mathematum studia necesse sit conservari. Quare cum ad communem Medicorum doctrinam adiunxerit Crato hanc pulcherrimam & dulcissimam philosophiae partem quae de motibus coelestibus & de syderum effectionibus disserit, Tantaque in eo vis sit ingenij ut solutam orationem & carmen feliciter scribat, & has ingenij dotes integritate morum ornet, honestissime facitis quod eum liberalitate vestra iuvare cepistis, Vosque magnopere & oro & adhortor, Ut & propter ipsius Cratonis ingenium & propter rempubl. tali praesertim tempore, ne optimis artibus, neve homini flagranti studio optimarum artium desitis: Haec vestra virtus Deo grata erit & ipsius Cratonis literis celebrabitur. Bene & feliciter Vale. Vitebergae septimo Cal. Septembris, quo die ante annos 1875 vicit Alexander Persas ad Arbelas. 1546. Ph. Mel.

Clarissimo Viro, eruditione & Virtute praestanti D. Ioanni Cratoni Vratisl. Doctori artis Medicae, Veteri amico καὶ συμφιλοσόφῳ

S. D. Doctissime Vir & amice carissime, Quod & veteris amicitiae

non ed.

tiæ nostræ memoriam retines, & beneuolentiam officio literarum sæpe declarasti, gratiam tibi habeo. Est autem virtus, ut scis, amicitia, quare & constanter & virtutis causa colenda & tuenda est. Quare inter nos perpetuam beneuolentiam esse volo. Quod autem non respondi tuis literis, ne quidem occupationum excusatione utar. Sed cui tradere literas ad te mittendas nesciebam. Dabis igitur ueniam silentio: Nunc Deo gratias ago quod te & seruauit incolumem & in Germaniam reduxit. Etsi enim tristissima confusio est gubernationum in Ecclesijs & Imperijs Germanicis: tamen patriæ nomen dulcius est. Et opinor te multorum familiaritate uti, qui & de Deo & de optimis rebus recte sentiunt. Quod autem de Moibano in Italiam mittendo scripsisti, scito a me Noribergam anno superiore missum esse, ubi in familia honestissima docet adolescentes aliquot, & propter fidem ac optimos mores & eruditionem diligitur, nec officiose facere uidere‑tur si illam inchoatam institutionem subito desereret. Ibi & doctissimis hominibus familiaris est. Sed Iohannes Aurifaber & ego diximus tibi commendandum esse virum eruditissimum, & grauitate eximia præditum, qui & ætate antecedit Moibanum & tuus auditor fuit Magistrum Balthasarem Sartorium Vratislauiensem: Huius ætas magis idonea est Italiæ, & in vniversa philosophia, in mathematis, in arte medica ac in utraq. lingua præclare eruditus est. Itaq. si & amicum & virum doctum, gra‑

uem

nem, nisi etiam factum circumspectiorem in Italiam missurus es,
hunc ut mittas te hortamur, deq. eo quam primum tuam sententiam sig-
nifices. Nec Moibannum libenter dimisi, & hunc in Academia,
sibi magna cum laude docet retinere cuperem. Sed scis ex Academijs
tanquam colonos mittendos esse. Casparo Pencero, quod faustum
& felix sit, despondi meam filiam. Et Dei beneficio mediocriter
hic omnium doctrinarum studia florent. Vicina Parthenope prae-
liatur & armis & scriptis in quibus sua libertate etiam contra nos-
tras Ecclesias abutitur, Sed in hac delira senecta mundi plus fore
confusionum quam ante fuit, praedictum est: Inter has tamen servabit
Deus suam cymbam. Bene Vale. die 13 febr: qua ante annos
1720 Nicanor trucidatus est & Ecclesia liberata: quo exemplo,
ut alijs multis testimonijs Deus ostendit sibi curae esse Ecclesiam
suam. Speremus igitur & petamus auxilium: Nec dubito nos-
tros gemitus exaudiri. Iterum vale & rescribe. Salutem
opto tuo patrono, & alijs amicis 1550. Philippus.

Clarissimo Viro, eruditione & Virtute praestanti
D Joanni Cratoni Doctori artis Medicae &
philosophiae verae cultori, amico s. cariss. ~~zu preslau~~

=S D. Doctissime Vir & amice cariss. Exemplumq. Dei gsq.
tot in imagine parua: inquit Poeta. Nec vero dubium est t
Virtutum

Virtutum notitias mentibus nostris insitas esse ut agnoscamus qualis sit Deus, & hunc archetypum mores nostri exprimant. Ita Deus & castitatis leges sanxit, ut agnoscamus eum esse mentem castam, & huius virtutis cogitatione eum ab immundis naturis discernamus. Ideo castitatem & amemus & tueamur: quod cum facias pietas tua Deo grata erit. Et hunc ipsum Deum castum, aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi, conditorem humani generis & foederis coniugalis authorem oro, ut te & honestissimam sponsam tuam servet incolumes, & vos regat, & tribuat vobis coniugium faustum, felix & fecundum. Honestissimae tuae sponsae mitto γαμήλιον argenteum casti principis effigiem & defensoris coniugij: Tibi versus mitto, ac volo inter nos perpetuam amicitiam esse. Bene vale & rescribe an has literas acceperis. 4 Decemb. 1550.

Philippus.

Πνεῦμα ἐστὶ θεὸς ἀΐδιος καθαρόν τε καὶ ἁγνόν
τῶν ἁγνῶν δέχεται ἱερὰ μοῦνα φρενῶν
Ἁγνείαν καὶ ἔταξε νόμοισι σεμνοῖσι γάμοιο
τιμήσεις θεὸν οὕτως ἐν γάμῳ εὐσεβέως

Aliud.

Pectus ut in sponso flammarum incendia sentit
Cui vero sponsa flagrat amore suae:
Naturam sociam vero sic diligit igne
Filius aeterno de Genitore satus

Induit immoto quam foedere, quo sibi nostram
fraterno pariter iunxit amore genus.
Iura thori Deus extm cum foederis huius
Esse velit caste praecipit ipsa coli.
Philippus Melanthon. Anno 1550.

Clarissimo Viro, eruditione et Virtute praestanti
D Joanni Cratoni, Doctori artis Medicae, & universae
philosophiae, amico suo carissimo.

S D. Clarissime Vir, & amice carissime, Saepe usurpo Basilii
dictum quod scribit ad Medicum Eustathium: ἐστὶ μὲν οὖν καὶ
πᾶσιν ὑμῖν τοῖς τὴν ἰατρικὴν μετιοῦσι φιλανθρωπία
τὸ ἐπιτήδευμα. Ego etiam addo τὴν θεοσέβειαν εἶναι τοῦ
ἰατροῦ ἐπιτήδευμα. Etsi res tibi nota est: tamen & hanc Ba
silii vocem scire te volebam. Potes autem nunc declarare nobis &
hac in re tuam humanitatem, quam scio eximiam esse. Adolescens
apud nos est Zacharias Ursinus pauper, qui petit auxilium a
Senatu vestro. Oro igitur te ut eum Senatoribus commendes. Spe
cimen ingenii ipsius mitto, ex quo & de eruditione & de naturae
moderatione iudicium facere poteris. De rep. nihil nunc habebam
quod nescire nos existimabam. De Parthenope spes e pacis. Deus
regat & servet Ecclesias harum regionum, quae certe sunt tem
plum Christi. Bene valete. die 2o Sept. 1551
Philippus

Clarissimo Viro, eruditione & Virtute praestanti
D. Joanni Cratoni, doctori artis Medicae & Vni
uersae philosophiae, ἀρχιατρῳ in inclyta vr
be Vratislauia, fratri suo carissimo: xi Ivnovv

S D. Doctissime Vir, & carissime frater, Nulli melius sciunt quam Medici homines sine mutuis officijs non posse uiuere, Quare praecipue nominat medicum Aristoteles, cum ait, Ex Medico & Agricola fit ciuitas. Valde mihi nunc hoc tuo officio opus est, ut has tres epistolas quas hunc addidi mittas ad Georgium Wernerum & Sigismundum Gelnum. Scribo enim de pecunia mittenda adolescenti, quam si mittent iubeo ad te mitti, ut tu cures eam perferri ad Paulum Eberum. Scis quam sit hoc necessarium officium peregrinis: Quare te oro ut eas epistolas ad Eperies per homines fideles mittas. D Moibano & Baldasaro salutem opto. Bene Vale. Calendis Sept. 1551. Philippus.

EIDEM.

S D. Clarissime Vir & carissime frater. Vinci me ingenio, eruditione & multis virtutibus, deinde etiam officijs amicitiae à te & multis alijs laetor: Sed beneuolentia non uincitis. Diligo Vos, & ita diligo ut filius Dei iubet, Vt unum in ipso simus. Magnopere autem peto ut mihi misero & aerumnoso ueniam des, qui non scribo toties quoties debebam. Tibi nota est Hesiodi lex: αὐτῷ τῷ μέτρῳ: Sed ille ipse sapiens senex correctionem addidit: αἴκε δύναι. Hunc amicum nostrum M Adamum Curenum tibi commendo. Vir honestus &

eruditus est & utiliter servire Ecclesiae Dei poterit. Mitto tibi tenuem oratiunculam de Capnione, cuius lectionem tibi non inanem fore spero: Sed vides mihi non concedi temporis ad illustranda tam honesta argumenta. Bene vale. die Jacobi. Philippus

EIDEM.

S. D. Scio te in consideratione mirabilium eventuum medicationis multa cogitare & de physicis causis & de moderatore opifice, quem non dubitemus multa levire in physicis causis: ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν: Itaq. ab hoc ipso Deo conditore generis humani petamus auxilium. Hunc veris gemitibus oro ut vires animi & corporis tui divino confirmet, quem spero Deo curae esse, cum Ecclesijs & discentibus benefecerit. Mitto tibi pagellam quam desideravi in Erasmico opere significasti. Addidi & descriptionem recentis prodigij. Exemplum carminis dabis D Rubigallo. Bene & feliciter vale. 7 die Decembr. Clarissimo domino Rubigallo salutem dices reverenter meis verbis. Scripsissem ei, si potuissem. Philippus

EIDEM.

S D. Doctissime vir, & cariss frater. Etiam Syracides coniungit haec duo, Medicationem & precationem, cum praesidia valetudinis monstrat: Quare & Deum conditorem generis humani, fontem vitae & sapientiae oro, ut tibi corporis vires restituat, & det tibi longam & placidam senectam. De medicatione ad Medicum scribere non decet: Sed tamen monere aliquid, amici est. Vides quanta sit imbecill

cillitas nostra: quare labores & sollicitudines moderens. Me consumi non solum laborum assiduitate sed etiam doloribus sentio, quos circumfero in his rerum confusionibus, Sed me invocatione Dei ut cunq. sustento. De Imperatore Carolo nihil audimus, nisi adhuc eum retineri in Belgico hac cura ut filio Philippo det Anglicam reginam coniugem, Interea Marchio Albertus rursus colligit exercitum, Et quales sint astrorum positus anni initio, & in Alberti Marchionis ἐνιαυσίῳ ... non ignoras. Precor autem filium Dej, ut poenas leniat. Bene Vale. die Conversionis Pauli. Philippus

EIDEM.

S. D. Clarissime Vir, & cariss. frater, Spero te literas quas lipsiae scripsi accepisse. Mihi cum domum redijssem Scholastici Pannonij fasciculum exhibuerunt in quo & litera erant Sigismundi Geloj de pecunia de qua scripseram. Nunc iterum tibi commendo negocium χρηματιστικόν. Commendauit nobis Paulus Rubigallus Vir optimus adolescentem Nathanaëlem Rhenandrum, cui praeceptor mutuo dedit pecuniam ad sumtus necessarios, & debet adolescens praeceptori adhuc Joachimicos viginti, grossos undecim & tres nummulos. Oraeso ut meas ea de re literas ad Paulum mittas: Nam Ego suasor fui, ut puer qui hic aulicos mores attulerat dimitteretur, nec aresto, ut nominant, retineretur. Etsi autem fortassis Pauli voluntas nunc aliena est a Rhenandro illo: tamen scio eum & meminisse veteris illud, & summa constantia tueri, Inter bonos bene agier. Officiose data est mutuo

pecunia

pecunia, non ad profusiones. Ideo non opinor nullam debere spem esse solutionis. Bene & feliciter vale. die Matthiae

Philipps

EIDEM.

S. D. Utinam principum coniunctiones de quibus scribis, sint & salutares patriae & firmae, Sed iam vidimus quam non sint durabiles. σαθρὸν γὰρ τὸ μὴ ἔχον δικαίαν ἀρχήν. Sed utinam sint aliqui qui commune periculum orbis terrarum considerent, in quo certe opus est communibus auxilijs. Et hoc maxime verum est quod dicitur, καὶ γὰρ χεῖρα χείρ, καὶ πόδα ποὺς ἐνδεῖ. Petamus autem & expectemus a filio Dei defensionem. Narrationem de filio Wernerj magno cum dolore legimus, & oramus filium Dei, ut in tanto luctu parentibus medeatur. Ad patriam quoque haec tristia exempla pertinent. Ante Germanicum bellum vidi puerperam quae in nostra vicinia duos filiolos infantes necaverat furens. deinde post factum, ut de Hercule scribitur, rediit ad sese: ubi cum in magno dolore esset, tamen quia ignara sui delicti fuerat, satis placide admisit consolationes. Nec procul a Cignea puer lapsus in cultrum incubuerat, Pater interveniens iratus matrem interfecit, postea ipse sese strangulavit. Tam tetra exempla pavidos tamen monent ut expavescant & de infirmitate cogitent. Sed oremus filium Dei, ut nos regat. Exercitus Carolj Imp. & Marchionis Albertj non procul sunt ab urbe Metensj. Dicitur praelium non magnum factum, in quo tamen duo millia Hispanorum & Italorum trucidata sunt. Utinam adiuvarat potius & Gallus & eius socij Imperatorem

peratorum, ut tueri Pannoniam & reliquam Europam possit. B Vale. 17 IX6.

Philippus.

EIDEM.

S D. Clarissime et doctissime Vir & carissime frater. Scio te versantem in consideratione totius naturae saepe de causis humanae infirmitatis cogitare, colligere etiam mente consolationes divinitus propositas, quarum haec est non postrema, quod affirmat Deus se Ecclesiam collecturum esse etiam inter ruinas Imperiorum, & reliquiola aliqua ei praebiturum. Servabit igitur aliquas politias & docentium ac discentium coetus. Hac spe multi & adolescentiam erudiri: Nec inanis est hic labor, etiamsi magna est ingeniorum dissimilitudo. Plus autem doctrina & disciplina valent in natura bona. Ac iudicio tuo adfirmis indolem honestam esse, et doctrinae ac virtutis capacem; aetas autem rectore indiget. Et grandioribus natu hanc curam Deus mandavit, ut iuventutem & doceant optima, & ad virtutem hortentur. Id faciamus, & Deum precemur ut honestos labores adiuvet. Deliberabitis igitur in quo studio utilitis Johannem Scharfinum servire communi vitae, ut id jam inchoet: qua in deliberatione naturam ipsius considerabis. Expecto & flagito a te literas, praesertim de Turcicis praelijs. Bene & feliciter Vale. die 25 octob.

Philippus

EIDEM.

S D. Clariss. & doctiss. Vir, & carissime frater, Scio te ex veris fontibus haurire consolationes, ideo scribo brevius. Praesertim in tanta mole occupationum nostrarum, imo & dolorum quos assidue circumfero

propter dissidia, quae & accenduntur & confirmantur à praestigiatoribus
quibusdam, qui se iactitant esse libertatis vindices, cum & veritatem ob-
ruant, & malis licentiam infinitam concedant. Sed commendemus nos fi-
lio Dei, & petamus ut ipse servet aliquas verae Ecclesiae reliquias. Scrip-
tum nostrum de actionibus Noribergensibus edemus: Nunc tibi Trochum
mitto, cuius lectionem scio tibi voluptati fore. Bene vale. die 16 Octob.

Philippus.

EIDEM.

S.D. Cariss. frater, Scio te virum doctissimum intuentem hor-
ribiles confusiones Imperiorum & velut Euripos, multa de causis phy-
sicis & alijs cogitare. Fateamur autem, quod res est, iustitia Dei pu-
niri hominum scelera: Et tamen leniri poenas propter filium Dei, ne
funditus intereat Ecclesia, quam ipse velut pastor tenellos agnos in gre-
mio gerit: Itaque ab ipso & petamus & expectemus auxilium & protectio-
nem. Iterum speramus aliquantisper pacem, ut ex Balthasaro audies,
quem tibi commendo. Est enim, ut scis, vir doctus & integer. Am-
plissimus Senatus vester obtulit mihi hospitium: Pro hac erga me benevo-
lentia & debeo gratitudinem, & te oro ut meis verbis Senatoribus dicas,
Me gratae mentis officia vicissim redditurum esse etiam in preca-
tionibus meis. Bene vale. Argeliae. 13 Augusti Philippus.

EIDEM.

S.D. Doctissime vir, & carissime frater, Etsi duriter iam cruciabar
à Lithiasi, scripsi tamen hanc brevem epistolam. Res ostendit verum

esse

esse Pindaricum illud πόλιν σεῖσαι τυχόντος ἐστιν· κατισῦναι δ' ἔτ' ἡσυχίαν μόνου θεοῦ. Postquam semel mota est Germania ante septem annos singuli anni deinde novos motus habuerunt. Nunc rursus minitatur bellum Albertus Marchio vicinis: Et Brunswicensis in Saxonia iam indixit bellum Wolfgango Anhaltino & Otthoni Luneburgensi. Nec hi tantum sunt in periculo, sed etiam vicinae urbes & gentes, ad quas per hos aditus fiet. Interea Turcae procedent. Sed commendemus nos filio dei custodi Ecclesiae suae, qui inquit: Ego etiam in senecta vos gestabo. Bene & feliciter vale. die Martij 23. Salutem opto Staphylo, cui alias scribam. Philippus.

## EIDEM

S. D. Clarissime Vir, & cariss. frater. Hanc epistolam cum scriberem Lipsiae in Bibliopolio, audieramus Marchionem Albertum redire in patriam, ut ibi recipiat oppida quae Foederati occuparunt. Quem ei ducem oppositurj sint, ne ratiocinari quidem possum. Οἱ γερμανικοὶ ὑπέρμορον νῦν ἀχαιίδες οὐκ ἔτι ἀχαιοί. Sed oremus filium Dej, ut poenas generis humani leniat propter Ecclesiam. Vides quae sit minax positus siderum initio annj. Pagellas tibi mitto de motibus Anglicis. Profecto dolendum est Regem adolescentem in quo ad Virtutem excellens indoles fuit, immatura morte extinctum esse: Sed agnoscamus infirmitatem, & confugiamus ad filium Dej. Bene & feliciter Vale & rescribe. Salutem opto amicis. die sexto octob.

Philippus

## EIDEM.

S. D. Doctissime Vir & amice carissime: Et amore erga nos tuo &

et literae assiduitate valde delector: quas enim ad Paulum mittis, communes esse ducimus. Quare tibi gratiam habeo, quod veteres amicos et hanc μνημοσύνην non negligis. Vides quam tetrae distractiones multis in locis fiant. Haec Ecclesiae vulnera ut sanet filius Dei, qui Samaritani imagine se pingit in historia Euangelica, veris eum gemitibus oremus, et nos maiori studio coniunctionem nostram tueamur. Minus enim deformis est Ecclesia, donec multi nostri ordinis sententijs et voluntatibus coniuncti sunt. Et scis me saepe recitare versiculos a Platone citatos Οὐ χρυσὸς ἀγλαὸς, οὐδ' ἀδάμας οὕτως ἀστράπτει πρὸς ὄψιν, ὡς ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὁμοφροσύνη νοήματα. Mitto tibi pagellas, et ut videas qualia sint adolescentiae studia, et ut sis Censor. Heri Laelius Sozinus iter ingressus est cum Polono et Pannonio quodam, iturus Pragam: inde ad vos accessuros esse arbitror. Me deliberationes de Synodo detinuerunt, quo minus ad vos accedere potuerim. Sed scribam D. Rubigallo. Bene et feliciter Vale. die Joannis Baptistae

Philippus.

EIDEM.

S. D. Aliquanto minus deformis est Ecclesia, cum multi nostri ordinis et veris sententijs et voluntatibus coniuncti sunt: Et scimus hoc studium tuendae coniunctionis Deo gratum esse, ut in gravissima concione dicitur: ὁ Θεὸς ἐστὶν ἀγάπη etc. Ideo et tuam et aliorum doctorum benevolentiam magnifacio, et tueri cupio, tibique gratiam habeo.

habeo & pro perpetuo amore erga me, & pro multis officijs. Lychnos accepi, quibus cum in lucubrationibus utar, si mei labores prosunt aliquibus, tibj etiam gratia debetur. Vitrum nondum vidj; haec n. lipsiae scripsi, quo vocatus eram a Viro doctissimo Sebastiano Roth ad sacrum nuptiale filiae: sed meus Gener scripsit se accepisse pixidem. Mitto virissimi Stigelij & Ioachimi pagellas, quarum uterq. sui generis est optimus artifex. Exercitus Volradi his diebus Halberstadium occupavit: Et tumultuatur Aeacides in vicina francia. Oremus filium Dej ut protegat Ecclesiam suam & studia doctrinarum. Bene vale. 15 febr.

Salutem opto [illegible] [illegible] Meibomio, Adamo, & [illegible] amicis, quibus scribam cum domum rediero.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Doctissime Vir, & carissime frater, Saepe recito versum Homeri laudatum & a Pindaro: ἐσθλὸν μὲν τὸ τέτυκται, ὅτ' ἄγγελος αἴσιμα εἰδῇ, ac nuncium vestrum iudicavi officiosum hominem esse, & semper addidi aliquid pecuniae cum tradidi literas. Nunc nescio cur ad me accedere noluerit, cum quidem de multis rebus ad te scribendum esset. Adfinem tuum scias hinc discessisse, nobis ignorantibus; dicitur sequi nobilem profectum in castra. Erit ei utile experiri militiam & grave Martis opus, siquidem labore militari delectabitur. De eius suppellectile scribet Paulus. Scito Andream Musculum Francofurdianae Academiae lectorem & pastorem Ecclesiae, si istuc vocetur: & iudico hominem ingeniosum esse, ac recte sentire, & facundum esse audio. Deliberabitis igr: & te mihi senten-

"offerre suam operam vestrae Ecclesiae"

tiam"

tiam nostram significari velim. De bello non libet scribere, de quo Fama seu Ὄσσα Homerica etiam citius omnia perfert quam literae ad nos veniunt. Oro filium Dei ut poenas leniat, et servet Ecclesias et earum hospitia. Bene vale et rescribe. Mitto tibi narrationem de Walachis ad me ex Russia scriptam. die x Julij. Si Marchionis Alberti genesin non habes, mitti curabo. Iterum Vale. Philippus.

EIDEM

S D. Doctissime Vir, et carissime frater. πάντα χρόνος πελάσειε ὁμοίια τῆδε κυλίνδει. ordiar enim in hac maestitia à Nazianzeni versu, qui ait subinde mutari res humanas, et varijs vicibus volvi. Floruit adolescens filius Marchionis Electoris, Episcopus Parthenopeus: huius fatum subito extinxit: et genesis significat corpus δυναμι νοστερον. Spes erat pacis reductis exulibus. Nunc exunia Episcopi et aliae quaedam προκαταρκτικαὶ causae subito minantur ingens bellum his regionibus. Oramus autem filium Dei custodem Ecclesiae suae, ut has poenas leniat. Natura in tuo affine et excellens et doctrinae capax est et ad virtutem excitata: ac dedi consilium ut hoc tempore videat Academias Tubingensem et Heidelbergensem. Nam Cracoviae studia ne ipse quidem probat. Pronuntiationem vero Sarmaticam nec tibi placere arbitror, Mihi in gestu etiam κακοζηλίας Italicae apud Sarmatas non placent. Tubingae non deest occasio seu philosophiam, seu artem medicam, seu verum discendi

Aetas

Aetas nondum Italiae matura est. Oro autem Deum, ut & vos servet & adolescentem regat. Bene & feliciter Vale. die Octobris 19. Argeliae.

Scripseram hanc epistolam, cum narrat nuncius adfinem tuum nondum ingredi iter: sed sequuturum esse post biduum. Philippus.

EIDEM.

S. D. Clarissime vir, & amice carissime, Scio te cogitantem fata impendentia non solum eas significationes colligere quas Philosophia considerat, sed et oracula divinitus tradita, in quibus etsi magni terrores de Imperiorum ruinis proponuntur: tamen hoc quoque deus affirmat, Servaturum se esse aliquas pios coetus & studia doctrinae. Hac nos consolatione sustentemus. Amplissimi Senatus vestri consilium laudo, qui erudiri Juventutem curat, & Deum oro ut urbem & Ecclesiam vestram protegat. Hunc Juvenem tibi commendo. Scribit latinum carmen, & solutam orationem, Et graece bene doctus est: Arti medicae etiam se dediderat, & tuam amicitiam praecipue expetit. Quare te rogo ut eum complectaris: Cognosces enim & honestum & eruditum esse, & in iudicando gravem & prudentem. Bene vale & rescribe. 9 Maij 1552

Philippus.

EIDEM.

S. D. Clariss. vir & cariss. frater. Hippocrati gratitudo debebatur arcenti Atticam illam saevissimam pestem a Thessalia, inflammatis sylvis, ut dicitur. Tibi ego quidem & meo & publico nomine gratias ago, quod non solum remedia utilia proponis, sed etiam de causis & genere

genere l[ite]ris sapienter disputas. Legi aliorum libellos scriptos hoc arg[umen]to,
sed nihil video scriptum eruditius aut utilius his tuis admonitionibus.
Mitto pagellas in quibus Elegia est, quam fortasse legent eruditi sine fasti-
dio: Caetera sunt vulgaria. De Italicis tumultibus post mortem Iulij ter-
tij orbis plura & certiora habebitis quam nos. Sed non longis intervallis post
Iulij mortem in Germania Episcopi mortui sunt, Moguntinus & Frisingensis.
Aiunt etiam Treverensem mortuum esse sed hoc nondum certum est. De
Quirini filio scito, eum Dei beneficio recte valere, sed Zacharias
queritur eum fieri ferociorem & disciplinae impatientem: & liberari cu-
pit. Pater, ut ego existimo, cum studia l[ite]rarum filius aliquanto
post relicturus sit, prudenter faceret, si iam eum ad oeconomica nego-
cia assuefaceret. Hac de re cum eo deliberes. Bene Vale. 21 April.

Philippus.

EIDEM

S. D. Clarissime Vir, & cariss. frater. Primum oro filium Dei
dominum nostrum Iesum Christum, qui assumpta massa nostri gene-
ris, gestat & sustentat nos, ut faciat, ut hic veniens annus sit
faustus & felix Ecclesiae suae, tibi, & tuae domesticae Ecclesiae. Deinde & te
adhortor ut istic sis intentus ne dissidiorum semina spargantur. Φο-
βοῦμαι μελαγχολικὰ πάθη. Ego quod faustum & felix sit, redij
ad meum nidulum. postquam transijt Saturnus in pisces, spero contagia
non vagatura esse longius. Oro autem filium Dei, ut servet
Ecclesias, & studia doctrinarum gubernet & protegat. Mitto Clariss.o
Viro

Viro D. Quirino & tibi pagellas. Bene vale. Cal. Januarij 1553

Philippus.

EJDEM.

S. D. Clarissime Vir & cariss. frater. Adolescens de quo scribis, Dei beneficio saluus & incolumis huc venit & oro filium Dei custodem Ecclesiae suae ut & hunc adolescentem & nos pregat & gubernet. Accessit ad urbem Saxonicam Halberstadium Marchio Albertus, ubi postquam hoc anno cives bis expilati sunt, iam iussi sunt in Curiam ad Albertum adferre quicquid ibi fuit argenti facti. Expectat Saxonicum exercitum, & minatur his nostris regionibus. Haec nostra pericula vos quoque nobiscum pijs votis Deo commendate. Bene & f. vale

P.

EJDEM.

S. D. Clarissime Vir, & cariss. frater. Cum subito ingrederetur iter Bartholomeus natus in urbe χερσονησ quod fimbriam Christi interpretari soleo, non potui prolixe scribere. Iudico Virum integrum & copiose doctum esse, teque oro ut eum complectaris. Utinam noster ordo communicationem suam tueretur, quae quantulacunque retinetur, prodest Reip. Sed sic est ut Plato de Geometrica analogia inquit, Concedi eius bonj parum humano generi, Aliquid tamen & tribuitur & retinetur a bonis. Bene vale. Cal. Martij

Philippus

EJDEM.

S. D. Doctiss. Vir, & cariss. frater. filius Dei custos Ecclesiae suae faciat, ut hic veniens annus sit faustus & felix Ecclesiae, & hospitijs

pijs

pijs, & tibi & tuae domesticae Ecclesiae, ut sint aliqui coetus recte Deum celebrantes. Nam profecto nova pericula denunciant Eclipses, prodigia & ipsae hominum cupiditates, quarum modum nullum videmus, praesertim in potentibus. Ut Antigonus octogesimo aetatis suae anno, Seleucus septimo & septuagesimo, Lysimachus secundo & septuagesimo de regno dimicabant: ita nunc in nostra vicinia parat bellum Comes Albertus secundo & septuagesimo anno aetatis suae. Fortassis alij minus metuunt: Ego valde metuendum esse iudico: Sed filium Dei oro ut poenas leniat. Hodie in historia Stephani fuit enarrandus locus citatus in Amos de adoratione Syrij. Credo cum Nilus exundaverit ἐπὶ κυνὸς & cum κυνικὸς ἔτος inde inchoatum sit, singularem & magnam pompam fuisse. Quaeso sicubi leges cur dicatur inter sydera translatus canis significes. Alij nominant Orionis canem, alij Cephali, alij Erigones. Tales quaestiones libenter tibi mitto, & ut ad has hilariores cogitationes te invitem, & quia eruditae responsiones tuae magnae mihi voluptati sunt. Acidi & calculi remedium quod comperi plurimum nunc mihi profuisse: Succini prussiaci excoctum seu ut nominant destillatum puriorem partem duratam vehiculi pastillos in saccaro sumsi, nec aliud addidi. Luteus succini pulvisculo utebatur, cum pulvisculo ossiculi, quod in capite piscis Melanuri percae, cuius apud vos nomen est Kulpersen reperitur. Bene vale. die Stephani De Zacharia et Quirini filio, Dei beneficio, bona valetudo adversus [illegible] ostendit vitae ordinem medicorum [illegible]

Philippus.

EIDEM.

// S D. Non velim me Stoicum esse, sed tamen optarim mihi iram minus molestam esse. Nunc ira impediebar quo minus multa scribe,,rem. Nam plinij codicem nescio quis mihi abstulit, cum hodie mihi lo,,cus quispiam inspiciendus esset: Dabis igitur veniam breuitatj. Tibj autem & Rubigallo & debeo & habeo gratiam, quod pecuniam quam debuit Rhenander misistis. Nunc in hac Noribergae calamitate ꝓ[illegible] opus erat illj ea pecunia, cui debebatur. Zachariam iussi sumere ἀπὸ Χρυ: Existimo datam esse. Nunc in conuentu lipsico delibera,,tiones sunt de initijs gubernationis Ducis Augustj, quae ut sint felicia faciat filius Dej. Mitto pagellam, in qua est picta genesis quam petiuisti, & Joachimus ait hoc tempus recte descriptum esse. Non existimo significari diuturnam εὐτυχίαν, & nunc bonam partem patriae amisit, quanquam alibi vires colligit. Cupio aliquid de huius indicio scribas. Bene & feliciter vale. die 20 Augusti: quo primum venj lipsiam, ante annos triginta quinque. Philippus.

EIDEM.

// S D. Heri ad nos scriptum est spem esse pacis in Germania, & Ducem Saxoniae partem exercitus in Pannoniam ducturum esse. Etsj sum miratus, & tarda solet magnis rebus inesse fides: tamen toto pectore filium Dei custodem Ecclesiae suae oro, ut flectat principum animos ad salu,,taria consilia. Videmus Germaniae idem accidere quod Catonis regnis, ut ille inquit: Nam caetera regna luxuries uitijs odijsque superbia vertit.

Sed

Sed mitigabit filius Dei has calamitates, ne funditus deleantur Ecclesiae. Te oro ut significes nobis si quid audies de Ecclesijs Poloniae. Aiunt enim deliberationes esse de emendatione. Bene vale. die 8 Augusti: Torgae. Salutem vobis omnibus opto. Philippus

EIDEM.

S. D. Clarissime Vir & cariss. frater. Quod de mea vita solliciti estis, agnosco beneuolentiam vestram, & gratitudinem vobis debeo. Sed tibi viro docto καὶ γνησίως φιλοσοφοῦντι, & multa quotidie in usu artis Medicae de infirmitate humana cogitanti, notae sunt causae, cur & spacia vitae diuinitus concessa non sint abrumpenda, Et cum Deus hinc nos euocat, non grauatim discedendum sit ex hac vita. Haec cogitare nos necesse est, siquidem philosophia est μελέτησις θανάτου. Sed omitto haec: Audi ζήτημα ἰατρικόν! Quotannis bis pario calculos: & mediocri philosophia cruciatus perfero, Sed symptoma accedit, quod omnes Medici aiunt se in alijs non vidisse. Nam ariditate intestinorum aut materia impeditur egestio ex ventriculo per duos menses: ita ut valde pauca σκύβαλα magno cruciatu extrudam, non sicca sed fluentia, quia utor non rebus siccis, sed prunis. Videtur esse totius impedimentum esse. σφιγκτὴρ obstruitur quasi colligatus esset seu aliquanto superior pars in Recto intestino, quasi nerui aliqui aliter adstringerentur: Nec ubi ureteris est calculus, meatus aperti sunt. Disputatio prorsus philosophica est: Scribes igitur aliquid de tuis

Coj.

cogitationibus. Bene Vale. die 18 Julij 1554.

Philippus.

EIDEM

S. D. Clarissime & doctissime Vir, & cariss. frater. Misisti gratissimum opsonium τὰ βράβυλα, Nam multi docti virj ita delectati sunt tua epta, ut eam descripserint. Athenaeo igitur & tibj assentior, βράβυλα esse pruna, eaq. opinione eo magis delector, quia cum mihi nec cibus gratior sit, nec salubrius medicamentum prunis, praesertim grandioribus, ut sunt Hungarica: libenter eis nomen vetustum tribuo. Et ab effectu nomen esse factum putatur, βράβυλα quasi βορὰν ἐκβάλλοντα. Tibi vero pro his delicijs gratiam & debeo & habeo. ac vicissim pagellas mitto, quae tibi occasionem praebebunt nobis aliquid de sale scribendj. Caetera περὶ λόγου addita quamquam θεολογικὰ sunt: tamen etiam a te considerari volo, cum sciam te vere philosophum esse. Est autem praecipua virtus philosophi Consideratio Dej. Novum & horribile bellum movet Lycaon, qui arrogat sibi titulum Saxonici Electoris. Oro filium Dej ut nobis adsit. Bene & feliciter Vale. die Verni Aequinoctij 1555.

Philippus

EIDEM

S. D. Doctiss. Vir & carissime frater. Scio te ~~Medicum~~ virum saepe gementem considerare naturae humanae imbecillitatem, quae quidem & in moribus non tantum adolescentum, sed etiam seniorum tanta est ut de bono Viro etiam dixerit sapiens poeta αὐτὸς ἀνὴρ ἐσθλὸς τοτὲ μὲν ἄλλα

κακόν, ἄλλοτε ἐσθλόν. Etsi igr vidimus aetatis errata
in tuo adfine: tamen speramus naturam eius ad Virtutem flecti
posse. Promittit se obtemperaturum esse utrorumque consilijs & autoritati:
Et me voluit deprecatorem esse ut reditus sibi ad benevolentiam tuam
pateat. Haec signa sunt boni ingenij, ut Socrates dicebat videns
adolescentem obiurgatum erubescere. Hic est inquiens, Virtutis Color.
Quare & tibi vestris commendo adfinem tuum, & oro filium Dei cus-
todem Ecclesiae, ut & hunc adolescentem gubernet, & det reip. semina-
ria felicia. Ait adolescens se rediturum esse ad literas: quare
eum hortatus sum ut eligat doctrinae genus certum, in quo velit
commorari. Et iudico magis idoneum esse ad certamina politica, quam
ad hanc nostram timidam & maestam philosophiam, fugitantem popula-
ris aurae. De iudicio tuo, quod significasti de Alcibiadea generis
gratiam tibi habeo, & Joachimo mittam. Nunc Alcibiades ille victus
altero praelio & amissis praestantibus ducibus vagatur, nescio quid
moliens. Vidimus varias vices in hoc bello, quae commune facere
nos omnes debent ne moveamus non necessaria, nec contemnamus
Adrastian. Regis Danici legati magno studio controversias Du-
cum Saxoniae tollere conantur: Et agunt idem alij sapientes quidam
principes, Bavaricus & Palatinus. Utinam αἱ διτταὶ procul ar-
ceant τὴν ἄτην. Sed me etiam terraemotus qui recens totam
oram ab Hercinia ad Dresdam concussit, terret. Petamque ante

à filio Dei mitigationem publicarum & privatarum calamitatum. Non volo te de Musculo francofordiano pugnare, οὐ γάρ ἐχῶ φοβοῦντας τινὲς αὐτοῦ πολυπραγμοσύνην. Rudigeri filius commendatus est Paulo. Deus bona ingenia servet & gubernet. Et videtur modesta natura esse huius adolescentis. Si non inspexisti genesin Ducis Augusti, quaeso ut eam inspicias. Bene & feliciter vale. die 24 Sept.

EIDEM. Philippus.

S D. Clarissime Vir, & carissime frater. Semper Ecclesiam duriter afflixerunt ambitiosa certamina & φιλαρχίαι, quas non velim meis literis accendere. Ad neminem igitur scripsi de ullo in locum Moibani surrogando. Interrogatus laudavi Sarcerium, qui tamen in Mansfeldensi ditione esse maluit, ubi nuper synodum convocavit, contra quosdam amicos nostros. Nunc Senatui iterum interrogatus respondeo & suum hortator ut Johannem Aurifabrum civem accersant, qui & recte doctus est, & natura moderatus est, καὶ οὐκ ἔστι πολυπράγμων. Aetas Musaei nondum matura mihi videtur, etsi diu eum non vidi. facundum esse dixissimo. φοβοῦμεν δὲ πολυπραγμοσύνην. Sed Marcilij iudicio libenter assentiar, quem scio virum gravem & eruditum & prudentem esse. Bene vale, & da veniam brevitati. in aequinoctio verno Philippus

EIDEM.

S D. Doctissime Vir & carissime frater, Saepe recito versum Eur. ὄμματ᾽ εὐνοῦ φωτὸς ἐσβλέπειν γλυκύ. Mihi certe levijt

leniit meos dolores Conspectus doctissimorum & candidissimorum Viro
rum & amicorum Doctoris Joannis & Collegae ipsius Medici. Tibi quoque
iucundum fore congressum Johannis scio, Atque utinam istuc etiam Medi.
cum Bordingum adducere potuisset; magnae voluptati eius viri eruditio
& suavitas tibi fuisset. Plane ut ille de Socrate inquit, ὅποι ἔνεστι
τις φιλοσοφία ἐκείνου ἀνδρὸς διανοίᾳ. Pagellas nostro more
tibi mitto. Erasmi Mathematici suppellectilem inspeximus: Sperabam
Ephemeridas aliquot annorum absolutas esse, Sed tantum motus Solis
distributus est, Caeteri omnes desunt. Narrant mihi quispiam
Apianum reliquisse Ephemeridas, quas dicitur nescio quis emturus
mille quingentis aureis. Sed inquiram haec. Optarim certe adiici
editis tabulis sequentium annorum distributiones. Bene & fe.
liciter vale, & rescribe. die X Maij Philippus

EIDEM.

S. D. Clarissime Vir, & carissime frater. Scis magnum discrimen
esse inter brevem annorum annotationem, quae proprie est Χρονο.
λογία & inter historiam qualis est ~~Funccij~~ Herodoti aut Thucydidis
aut Livij, etsi hi duo Livius & Thucydides etiam in annorum serie
diligentes fuerunt. Placet mihi annorum series in Funckij opere
ac praecipue in priore parte & opinor eum tantum biennio discrepare
a Luthero. Meum iudicium & saepe amicis recitavi & publice expo.
sui in praefatione Chronici libelli Lutheri, quem edidit Doctor Johannes
Aurifaber

Aurifaber germanice. De genesi Augusti quod significasti tuas
cogitationes, tibi gratiam habeo, & oro Deum ut leniat his regionibus poe-
nas, nec sinat deleri hic doctrinarum studia & Ecclesiam. Genesis est
σφαλερά, Sed fata movere Deus, tollere fata potest. Amat quietem &
solitudinem. Samuelem audimus discessurum esse ex vestra Ecclesia:
Eius locum petit vir doctus & facundus qui natus est Berlini, & in Aca-
demia francofordiana eruditus est, & docuit Ecclesiam Soraviensem. Fa-
cundiam et eruditionem & sonum pronunciationis valde probo: Audio
etiam modestum esse. Oro ut eum civibus tuis commendes. Mitto oratio-
nem de Mysorum origine; nescio an antea legeris. Bene vale. die
28 Octobr. Salutem vobis omnibus opto. Iam edo refutationem Stenke-
feldii rogatus a Senatu Augustano. Oro ut veniam des literis subito
scriptis. Obruimur enim negociis. Iterum vale. Philippus.

EIDEM.

S. D. Doctissime vir & carissime frater. In Clemente Alexandrino
legi versum ex Sophocle citatum, qui alibi non extat ἄπαν τὸ χρηστὸν
τὴν ἴσην ἔχει φύσιν. Scio tibi quoque voluptati fore hunc versum, qui
& candidissimum pectus habes, & in aliis amas candorem. Cumque talis sit
natura Joannis Aurifabri & Davidis, plena candoris: scio te eorum congressu
valde delectatum esse. Nunc reditum eorum expecto, qui ut faustus & felix
sit faciat filius Dei, custos Ecclesiae suae. Camerarius rediit Lipsiam, sed
familiam Norimbergae reliquit: Nunc circa Norimbergam vastationes maio-
res

res fiunt quam antea factae sunt: Et in Bremensi ditione exercitus tyraonis magnas vastationes facit. Ita dilaceratur Germania ab ipsis principibus, qui custodes justiciae & pacis esse debebant. Clarissimi & honestissimi viri D. Curionis filium ut Deus servet incolumem & gubernet, toto enim pectore oro. Nostra ei officia non deerunt. Nisi mea uxor adhuc cum morte luctaretur, mox adiunxissem eum convictoribus meis. Scis me saepe repetere versum Εὐσεβέων παῖδες τὰ λῷα, δυσσεβέων δ᾽ οὔ. Spero igitur & hunc adolescentem, viri optimi filium Deo curae fore, quaeso ut inquiras genesin adolescentis. Bene vale. die 20 Maij

Philippus.

EIDEM.

S. D. Sum pater, nec omnino ἄστοργος & magnitudinem paterni doloris aliquo modo expertus sum, non solum in funeribus meorum, sed etiam in alijs calamitatibus quae sunt morte tristiores. Cumque de tuo luctu cogitans, videor magnitudinem tui doloris cernere, quam non reprehendo. Sunt enim στοργαί & opera Dei in pectoribus humanis & testimonia de amore Dei erga nos, ac plus nullus in nris magnis maeroribus cogitamus de illa divina στοργῇ erga nos. Etsi autem hic dolor pietas est, tamen modum Deus flagitat. Nos etsi minuere tuum maesticiam non possumus: tamen & luctus & precationum ad Deum socij sumus: & petimus ut filius Dei sciens συμπαθεῖν ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν te erigat, & tibi ac matri vires animi & corporis confirmet. Tu quoque cum fontes consolationum noris, quos non philosophia sed Deus ostendit,

qui

qui & certa testimonia addidit: inde haurias remedia tuae maestitiae. Veniet filia & aliquanto post, ut solebat te domum redeuntem excipere, tibi laeta in caelesti Ecclesia occurret, ubi genis eius & fronti dulcissima basiola dabis. Bene Vale. die 20 Iunij Philippus

## EIDEM.

S. D. Clariss. & doctissime Vir, & cariss. frater. Saepe hos versus a Platone recitatos repeto. Οὐ χρυσὸς ἀγλαός. οὐδ' ἀδάμας. οὕτως ἀστράπτει πρὸς ὄψιν. ὡς ἀγαθῶν ἀνδρῶν. ὁμοφράδμων νόησις. Optarim igitur & vos ὁμοτέχνους istic & sententijs & voluntatibus congruere. Fontes dissensionis non novi. Sed erit sapientia utriusque quia quid deceat videtis, deponere animorum offensiones, etiamsi qua est opinionum dissimilitudo, ac alterum antea quoque oravi, ut amicitiam tuam non negligeret. Cum in contemptu ac odio sint literae, decebat nos hanc ipsam ob causam vel coniunctiores esse vel συζητησιν ut cuique coniunctionem ostendere. Et si fata temporum tristia sunt: tamen nos lenire ea consilio oportebat. Sed oro filium Dei ut omnium pectora in Ecclesijs nostris compleat suo spiritu verax xi συμβιβασι χω. Bene Vale. die 20 Ianuarij. Pro tuis dulcissimis versibus mitto tibi nostros de argumento etiam dulcissimo: sed optarim versus magis venustiores esse. Iterum Vale. Philippus

## EIDEM.

S. D. Clarissime Vir, & cariss. frater. Omittam igitur, ut velle te intelligo, illorum vulnerum contrectationem, de quib. antea scripsis &

et ad scholam redibo. Cometam quem hoc Martio vidimus, existimo
accensum esse e regione Solis, sive in Virgine, sive in Libra. Celeritas
motus quanta fuerit, consideraste vos non dubito. Nos primum die quinto
Martij vidimus vicinum τῷ πολυγωνίῳ postea Arcturo, inde ad
Ursae minoris stellas duas postremas, & postea longius ad Boream erec-
tum vidimus, cum quidem nonnihil flecteretur ad ortum solstitialem.
Coma porrigebatur versus Belgicum. Et ante mortem Philippi
patris Caroli conspectus est Cometa, cum quidem tunc quoque fuisset Sa-
turnj & Martis coniunctio. Magnas rerum mutationes impendere
non prodigia tantum significant, sed ipsa πράγματα. Nunc in
Gallia sunt legati Pontificij, Turcici, Caroli, Philippi, Ferdinandi, Sarma-
tici Regis. Hic congressus non minus terribilis est, quam fuit coniunc-
tio planetarum hoc Martio. Sed Ecclesiae filio Dei curae erit,
quem, ut protegat nos & vos, toto pectore oro. Bene vale & rescri-
be de Cometa. die 23 Martij Philippus

EIDEM.

S.D. Clarissime Vir, & carissime frater. Et debeo tibi & habeo
gratiam pro benevolentia, & vero pro disputatione de Lithiasi, de
qua alias plura scribam. Multa enim παθῶν ἐρατῶν, ac in his
ipsis crucialibus saepe opto, ut similis esset συμπάθεια gubernato-
rum in Imperijs & in Ecclesia, qualis est membrorum vicinorum in hu-
mano corpore, in quo non solum vicina vicinorum morbos sentiunt,

sed

sed etiam miranda arte levire conantur. quâ de re possem mira exempla recitare. Dies undecim Lutherus urinam prorsus non emisit: id malum διαῤῥοία corrigebat. Nec obstructio erat in locis vicinis vesicae. Sed tabellarius flagitat literas. Pagellas vobis mitto, in quibus una est de cocco & de herba polonica, de quâ velim te nobis aliquid certius scribere. Clarissimo viro D Quirino dices placidam esse στοργὴν filij naturam esse, sed consilium de gubernatione ita instituendum esse, ne fiant ei familiares alij intemperantes & abducentes eum à studijs. Bene & feliciter vale. die 15 Aug. Philippus

EIDEM.

S D. Clarissime vir & cariss. frater. Sola Ecclesia dei quae illustribus testimonijs divinitus confirmata est, ostendit veras consolationes & efficaces in summis doloribus. Inde discimus & obediendum esse Deo in perferendis huius vitae aerumnis, & expectandam esse caelestis Ecclesiae dulcissimam consuetudinem. Ex his fontibus tu quoque iam in luctu tuo consolationem petito; quod cum facere te non dubitem, scribo brevius, praesertim in tanto concursu negociorum. Erat nobiscum Joachimus Camerarius cum nuncius narraret matrem tuam ex hac aerumnosa vita ad caelestem Ecclesiam evocatam esse, Ibi cum de tua pietate καὶ περὶ στοργῆς erga matrem loqueremur, & tuo dolore afficeremur, & Joachimum recordatio mortis amici praecipui Danielis Stibari viri integerrimi moneret, ut ἐμπαθέστερον communes calamitates deploraret, tandem oratio nostra deflexit ad vota

Vota: Quid enim omnino aliud possumus, quam gemitibus & votis pe-
tere a Deo mitigationem aerumnarum, ne penitus deleantur Ecclesiae,
& fiant maiores dissipationes generis humani. Oro autem filium Dei
ut te & tuos servet. Bene Vale. die 3 Sept. Post paucos dies
propter Osiandricas controversias, Deo iuvante, Noribergam ibimus

Philippus.

EIDEM.

S.D. Clarissime Vir, & carissime frater. Cum in proximis literis
tuis scripseris mirari te, cur tuis & colloquiis & literis delecter,
duas [illegible] causas veras, simplicissimo animo. Delector amicis
veteribus quorum mihi virtus & fides cognita & perfecta est in
quadam varietate fortunae, quae et in Menandri dicto est ποικίλως
ζωγραφεῖ τὸν φίλον, quod dictum est de levibus ingeniis. Cum
igitur sciam tuam erga me perpetuam & fuisse & esse benevolentiam,
facerem iniuste nisi te vicissim diligerem. Deinde ὅτι καλὸν
φίλον ἐστί, suis in Harmoniae nuptiis cecinisse Musas. Ingenium,
studia, eruditionem, iudicium tuum, genus orationis certe & χαίρω φιλῶ:
Volo igitur inter nos perpetuam esse amicitiam, qua etiam in illa
aeternitate, in caelesti Ecclesia fruemur, & quidem dulcius, cum & tui
filiolam tuam, & nostros ceteros complectemur singuli. Profecto
amicitias veteres retinere studeo & sentio suaviores esse quam iuniorum
familiaritates. Nosti illud. γέρων γέροντι γλῶτταν
ἡδίστην ἔχει. Bene Vale & rescribe. 25 Sept. 1556

Φ.

## EIDEM.

S. D. Clarissime Vir & cariss. frater: ὅσσον ἔαρ χειμῶνος, ὅσσον μῆλον βραβύλοιο ἅδιον, τόσσον ἐμ' εὔφρηνας doctissima & eruditissima epistola missa de remedio λιθιάσεως, in quo succini pulvisculo addis pulverem ex ossibus palmularum καὶ μεσπίλων. Etiam tibi & debeo & habeo gratiam. Sed nobis versiculi Theocriti de quibus cogitabam cum legerem tuas palmulas & mespila praebent novam quaestionem. Cornarius iudicat βράβυλα esse nostri fruticis Slehen. Alsenaro pruna sunt: Tuum iudicium quod est? Colloquamur enim de natura rerum, in quam tot illustria vestigia Deus impressit, ut de se & de providentia nos commonefaciat: quoniam de Imperijs laeta scribere non possumus, quorum fatales & saevae commutationes impendent. Inter has tamen Filius Dei proteget suos coetus, de quibus dixit: Nemo rapiet oves meas de manibus meis. Bene & f. Vale & rescribe. Cal. feb. 1555.

Phil.

## EIDEM.

S. D. Clarissime Vir & carissime frater. In tantis confusionibus generis humani mente intueamur & praedictiones & consolationes divinitus traditas, & sapienter feramus deliria senectae mundi, & vero petamus & expectemus mitigationem calamitatum propter Ecclesiam: Et suo quisque loco, si qua potest, leniat. Hanc vitae regulam saepe cogito, & filium Dei oro ut me gubernet. Scis etiam me semper ijs hortatorem esse quos aut Ecclesijs aut Gubernatoribus commendo ut sint modesti & coniunctionem ament. Et prodest admonitio

apud

apud aliquos. Si qui alicubi tumultuantur, certe a me non incitantur.
Memini qui me frigus & glaciem nominarunt, quod uidear nimis
lentus. Tot edidi laudationes principum & aliorum, ut voluntates
multorum inuitarem ad curam tuendae coniunctionis. Non certaui
conuicijs & παρρησίαις cum alijs: Et cursum meum Deo commendo.
Te quoque oro ut & pietate tua, & philosophia dolores tuos reprimas,
& Deo commendes salutem patriae, Ecclesiae, & familiae tuae. Mitto
pagellas in quibus uel historiae uel dicta quaedam ueterum tibi volup-
tati erunt. Bene & feliciter vale carissime frater. 28 febr.

Philippus

## EIDEM.

S.D. Clarissime Vir, & carissime frater. Scio tempore dolorem
non tolli, sed fortassis utcunque hebetiorem fieri, cum postea alia ne-
gocia incurrunt, ut dicitur λύει τὴν συμφορὰν ἄλλη συμφορά.
Sed haec vera consolatione nos erigamus, quod in Ecclesia caelesti, tu-
sus complexuri simus nostros. Scis autem quam infirma sit assensio,
cum illam aeternitatem intueri iubemur. Pugnandum tamen est, ut
Deo assentiamur, qui se tot illustribus testimonijs patefecit. Et tu
in ipsa naturae consideratione saepe cogitas, non casu tantum nasci ho-
mines ad huius breuis & miserae vitae aerumnas, quae profecto non
sunt paruae. Vociferemur igitur ad filium Dei: Credo Domi-
ne, sed opem fer imbecillitati meae. Tuam Epistolam quam

nunc mihi

nunc mihi misisti, scio Ioachimum libenter lecturum esse, Leg. oro ut saepe ad nos scribas. Mitto picturam Ἔριδος quae fuit in templo Palladis Athenis. Utinam procul a nostris templis abesset. Bene & feliciter Vale: & rescribe. die Laurentij Philippus

EIDEM.

SD. Clarissime Vir, & carissime frater. Scribit Pindarus etiam Promethea pendentem in Caucaso tandem solutum esse, Et expectandam esse voluntatum mitigationem. Hoc consilio & ego minus pugnavi his annis: Et vos Medici quietem in multis morbis probatis. Utamur ergo hoc remedio, & nos Deo commendemus. Scio Deum καρδιογνώστην etiam nobis opitulaturum esse. Optarim autem nos omnes qui in iisdem castris esse videmur, quam coniunctissimos esse voluntatibus & sententijs, praesertim cum tam varij hostiles exercitus undique nos oppugnent: & Turcica barbaries non procul a nostris vidulis absit. Fovere interea nostros coetus omnibus officijs studeamus: quam ad rem scis opus esse ἀνεξικακία pene Atlantea. Mitto tibi pagellas, ut soleo. Sed de Turcis scripsi alios versus quos etiam mitto. Bene vale. die Turingica Elisabetha Philippus

EIDEM.

SD. Doctissime Vir & carissime frater. Hanc epistolam dedi Huberto Languetto Burgundo, qui mores hominum multorum vidit & urbes. Nobiscum biennio vixit, Et comperimus eum esse virum prudentem, & integrum. Te quoque propter nostros sermones diligit

git & alloqui cupit. Erit igitur tua humanitatis virum doctum & honestum, amicitiae tuae cupidum, amanter excipere. Nos etsi in dolore & metu vivimus: tamen usitatas operas adhuc Deo iuvante facimus. Sed bellum extingui subito non poterit. Utinam ut apud Homerum Otus & Ephialtes Martem captum in uterum incluserunt: ita prudentum principum autoritas compescat aliorum errantes ~~cupiditates~~ impetus. Sed fatales pænæ per genus humanum vagantur, quas ut leniat filius Dei toto enim pectore tecum precor. Memineris me de Musculo scribere: ea de re aliquid de vestris iudicijs & voluntate significato. Bene & feliciter vale. 13 Augusti Philippus.

EIDEM.

S. D. Clariss. vir, & cariss. frater. Necesse est omnino nos grandiores natu, quantum possumus bonis ingenijs opem ferre, & reip. causa anniti, ut idoneis commendentur, & doctrinarum propagatio & gubernatio. Est autem huius adolescentis natura doctrinarum capax & now philosophica: & eruditione bene excultus est, & mores sunt ~~honesti~~ modesti: Quare te valde oro ut eum complectaris & civibus tuis commendes. Scio te de ingenijs optime iudicare, quare non dubito, quin, ubi eum audieris, libenter tuo iudicio ei benefacturus sis. Nunc ita occupatus eram ut plura scribere non potuerim: quare brevitati veniam dabis. Scribo enim ad principes Pomeraniæ.

Pomerania, de morte eius Viri, Andreæ Aurelianj, de quo pagellam mitto. Bene vale. die 14 April. 1557. Philippus

EIDEM

Clarissime Vir & carus frater. Scriptum est, Circumuallat Angelus Dominj timentes Eum. quo quidem in loco Angelum nominari intelligo ipsum filium Ecclesiæ Custodem. Huic cum vere innoces & celebres, spero Te & Ecclesiam tuam domesticam nunc quoq; in itinere tuo protectos esse, & ut te & tuos seruet incolumes toto cum pectore oro. Peto autem ut quamprimum nobis significes & iter tuum, & res domesticas. Apud nos historica tantum hæc ferebantur, cum hanc epistolam scriberem: Copias in agro Bremensj dissipatas esse, Henricum Guelfum redire domum, sed ita ut Vicinis Hildesijs minitetur. De Ascanij Coniugio mitto tibi carmen recens editum. Hunc Johannem doctum & modestum hominem qui partem laborum in vestra schola sustinebit tibi commendo, quem suo discentium cœtus amare. Bene & feliciter vale & rescribe. Tertio Calendas Iunij Philippus

EIDEM

S D. Clarissime Vir, & carissime frater. Vides quid sint Imperia, & quam sint fragilia humana omnia: Sed Ecclesiam à filio Dej Domino nostro Iesu Christo crucifixo pro nobis & resuscitato, sedente ad dexteram æterni patris ut dono dei habitus protegi & seruari scimus. hac nos consolatione confirmemus. Et ipsius filij Dej beneficium grata mente celebro, qui te domum reduxit incolumem ad tuos. & eum

oro

oro, ut semper te & tuam domesticam Ecclesiam protegat & gubernet. Tibi etiam & habeo & debeo gratiam, quod ad nos accessisti, et spero fu-turum ut rursus coram aliquando colloquamur. Post tuum iter ni-hil audivimus à Ζιόδοξοι de republica. Quod Musaeus de me se-cus suspicatur, quia in publica disputatione ei argumenta accuratius cogitata proposui, ideo me facto exerceri, propterea quod Saturnus in septima me premit. Publice interrogo de difficilioribus argumentis eos, quos iudico eruditione excellere, & quidem hoc magis facio, cum eos diligo. Meministi acerrimas nostras cum Luthero, cum Came-rario, tecum, & suavissimas disputationes. Illi hypocritae Coraxi Ca-rei secus haec honestissima colloquia interpretantur. Sed Deo Eccle-siam & me commendo: & te oro ut nobis saepe scribas. Joachimo Camerario filio & vobis omnibus salutem opto. Bene Vale die 5 Iunii 1557. Philippus

EIDEM.

S. D. Clarissime vir & carissime frater, ὡς ἔρις ἔκ τε θεῶν ἔκ τ᾽ ἀνθρώπων ἀπόλοιτο. Etsi Heraclitus hunc versum repre-hendit, qui ad physica transtulit: tamen recte hoc Homerus hominum miserias intuens optat. Si quid possunt nostrae literae apud Ada-mum, & memoria nostrae consuetudinis, sanare hanc offensionem stu-debo. Nec mea consuetudo est de causis disputare inter amicos. Hoc postulabo ut sit amnestia offensionum, quaecumque sunt causae Bene

Bene & feliciter vale. die 12 Januarij Anno 1557. Philippus.

EIDEM.

S D. Clarissime vir, & cariss. frater. Existimo tibi Seldium Augustanum notum esse, qui cum in urbe Vangionum nobiscum esset, in familiaribus sermonibus etiam in hanc commemorationem incidit de abdicatione Imperij quae fit a Carolo. ibi ei ultima verba in Xenophontis historia narravi: ἀκρισία καὶ ταραχὴ ἔτι πλείων ἐγένετο, ἢ πρόσθεν, ἐν τῇ Ἑλλάδι. Haec sequentur & hanc Caroli catastrophe. Interea crescit & docentium rabies. In his tantis calamitatibus speremus tamen filium Dei servaturum esse suam cymbam, Et ut servet toto cum pectore tecum & cum multis pijs precor. In Pannonia amisimus gubernatorem fidelem & pacis amantem Valentinum Wagnerum, quem tibi notum fuisse arbitror. Nunc plus ibi rixarum oritur, καὶ ἀκούει οὐδεὶς οὐδὲν οὐδενός. Conatus sum mederi illis malis: Sed fortassis utrique in me impetum facient. Unus est fons dissensionum; donec ille manet, rivuli frustra obstruuntur: o rem miseram. Oro autem filium Dei ut nobis opem ferat. Bene vale. 9 febr. Ps.

EIDEM

S D. Clariss. vir, & cariss. frater. Quod faustum & felix sit, proficiscitur in patriam communis amicus noster Vincentius, qui res nostras tibi narrare poterit, ~~utiq.~~ Evitq. non solum una epistola, sed etiam facunda. Scribo igitur brevius: quia & mole occupationum impedior, quo minus

scribe

prolixe scribere possim, cum quidem tecum vel quotidie cuperem longa colloquia miscere. Pro lychnis tibi gratiam habeo, & vero multo magis pro perpetua tua benevolentia erga me. Pagellas mitto. Et ostendet Petrus narrationem de toto congressu in urbe Vangionum facto, brevem sed bona fide scriptam, ex qua multa iudicabis. Bene vale carissime frater. die Aequinoctij Verni. Philippus.

EIDEM.

S. D. Clarissime Vir & carissime frater. Principes Electores amplexi puram Evangelij doctrinam cum Francofordiae in ripa Mani simul fuerunt, pio studio testimonium de suo consensu scribi voluerunt, ne plus discordiarum oriatur inter nostros: & ad hunc consensum adiunxerunt se alij quidam principes. Missi sunt postea ad his omnibus legati ἐς τὴν μέθωνην Acta referentes & petentes ut ipsi quoque se ad illum consensum adiungerent. Hi Synodum indixerunt multis, ac petiverunt ut in urbe Parthenope convenirent. Non processit Synodus, sed βλάξιος calumniosas reprehensiones articulorum Francofordianorum sparsit. de his nos respondimus Senatui Noribergensi, & exempla vobis mittam: non enim nunc describi subito potuerunt. Sed haec significo ne vestri assentiantur quaerentibus novas distractiones. Responderunt & alij quidam principes, se non venturos ad particulare Synodum, sed ad generalem Ecclesiarum quae puram Evangelij doctrinam amplectuntur, Et se nolle distractiones adiuvare. Vellem

prin-

Principes Electores non properasse in scribendis articulis, Sed tamen dis tractiones maiores etiam non tollemus. Profecto gubernatoribus opus est in tantis rebus & auxilio Dei & contentione. Plura subito scribere non possum, Sed haec indicato vestris. Mitto exempla Χρονολογικὰ. Si inspicies voluntatem tibi meam probari volo. Non enim scribuntur haec doctis, Sed adolescentibus ut invitentur ad veram lectionem. Bene vale. 18 Maij Philippus

EIDEM

S D. Clarissime vir & charissime frater. Scio te virum excellentem ingenio & eruditione intuentem Confusiones generis humani inde usque ab initio, & nunc ruinas regnorum aspicientem ita statuere, Non regna, non politias, non familias stare, nisi Deo servante. Scimus autem & hoc velle Deum, ut ab ipso petamus salutem, & ut suo loco quisque faciat officium. Toto igitur pectore Deum Creatorem oro, ut & Ecclesiam nostram, & urbem, & tuam familiam, & alias honestas familias in nostra civitate servet, gubernet & protegat: Nec dubito servaturum esse Ecclesiae reliquias & aliqua earum hospitia. Hac erecti consolatione, & doctrinarum semina tradamus iuventuti, & coniunctionem nostri gregis tueamur. Gaudeo aliquas adhuc Ecclesias in Germania coniunctas esse: Et libenter servio vestris hominibus, Et opto ut aeterna sit Ecclesiarum vestrae & nostrae coniunctio. Baldassari congressibus valde delectatus sum, & Deum oro

oro, ut eum feliciter ad Vos reducat, & Vos ac Nos protegat & gubernet. Bene vale. die sexto Augusti Philippus.

EIDEM.

S D. Clarissime Vir, & carissime frater. In Argonautico carmine describitur immanitas τῶν Μοσυνοίκων, quos Moscouios esse consentaneum est, qui tunc in ijs locis fuerunt ubi postea Cappadocum sedes fuit. Poterant igitur noti esse Phoenicibus, unde & querela est Ecclesiae in psalmo, quod inter Mesech exulet, id est in sana & immani gente. Congruit autem & nomen Mesech ad Moscouios, qui nunc exempla crudelitatis in Liuonia ostendunt, ubi magnam multitudinem in barbaricam seruitutem abducunt, & honestis matronis ac virginibus tuentibus pudicitiam praecidunt vbera. Si fuerint politi Liuonia, non dubium est processuros in Borussiam. Precor filium Dej ut protegat in Germania Ecclesias & earum hospitia. Baldasaro Neandro gratias ago pro Xenio, videlicet pro Zytho, quod gratius fuit quam βαρβαροδοξίαι Swenkfeldianae, quas misisti: Sed tamen officio tuo & literis tuis delector. Mitto Baldasaro suae orationis exemplum. Bene & feliciter valete. die 8 Sept. Nescio an acceperis orationem de nostro Pastore. Spero tibi lectionem non iniucundum fore: Ideo iterum mitto. Philippus

EIDEM

S D. Clarissime Vir, & carissime frater. Oro Deum fontem

tem sapientiae, ut & Godefridum & nos omnes gubernet. Cumque indi-
cemus naturam in Godefrido & doctrinae capacem esse & semina vir-
tutum habere: speremus & in doctrinae studijs processurum esse, & sese
ad virtutem excitaturum, utque regat totum vitae ipsius cursum Deus
opto. Quod sodalitia illum inflexerunt ad suas ineptias, aetati
condonemus, & communi omnium hominum infirmitati, ut saepe illud
Platonicum recito: μόνου θεοῦ γέρας ἐστὶ τελεία ἀρετή. Et
illud Simonidis: οὐ ῥάδιον γίνεσθαι τετράγωνον. Irascamur
autem huius seculi licentiae, quae ad communem infirmitatem addit
petulantiam, quam, proh dolor, confirmant Βωμολόχοι multi, qui
laxant frenos disciplinae, ut res ipsa ostendit. Nuper in concione qui-
dam ausus est dicere, a Diabolis ortam esse hanc vocem: Bona
opera sunt necessaria. In eius vicinia non multo post terraemotu
quassatum est templum & ruina Concionatorem & quinque homines op-
pressit. Haec vera sunt. Quaeso de dicto Simonidis περὶ τετρα-
γώνου mihi tuas cogitationes scribito: An metaphora a numero per-
fecto, an vero a figura sit sumpta. Scio te talibus argumentis de-
lectari. Bene vale. die 5 Sept. Philippus

EIDEM.

S D. Ipse Deus sapiens verbo qui cuncta creavit
Et certis annum legibus ire iubet
Efficiat nobis veniens sit faustus ut annus
Et clemens dextra nos regat ipse sua.

Et quoniam gnatum misit qui colligat agmen
Cuius sit doctor, vita, caputque λογος
Hic λογος aeterno natus patre semper adesse
Et custos nobis et caput esse velit.
Viribus humanis non est Ecclesia tuta
Regum praesidiis orphana et illa caret
Sed nostram indueris cum miro foedere massam
Gnate Dei, semper nos tua membra regas
Et facias tecum nos unum ut simus in aevum
Vera laude tuus quo celebretur honos.

Praeter pagellas et haec pia vota, nihil habeo quod mittam. Opto autem toto pectore ut vestra Ecclesia publica et tua domestica tuta semper a filio Dei protegantur qui inquit. Nemo rapiet oves meas ex manibus meis. Deo gratias ago qui filiolam tibi dedit, et eum oro, ut te et matrem et filiam servet incolumes. Bene vale et rescribe. Anno 1559. Nobis narratur Turcicum tyrannum propter filiorum discordiam rediisse Byzantium

Philippus

EIDEM.

S. D. Clarissime Vir et cariss. frater. Interrogat in Tragoedia Euripidis Ulysses Silenum, qualis politia sit Cyclopum? Huic ille respondet, Νομάδες: ἀκούει οὐδὲν οὐδεὶς οὐδενός. Propemodum talis est nunc in Imperiis et in Ecclesia confusio.

Vos

Vos ex vicina Sarmatia audire arbitror fremitus conventus gentis Polonicae. Apud nos nondum accesserunt principes ad deliberationem ad quam vocati sunt. Interea quidam edunt scripta, ut magis inflamment odia & dissensiones. Inter haec mala tamen filius Dei servabit nos quem enim veris gemitibus invocamus. Heri in narratione historiae de Zacheo, dicere me de Sicamino oportuit. Quae sint apud Dioscoridem, & Athenaeum & apud Theophrastum legi. Et nox Ebrea est in propheta Amos, Scalpens Sicamorum. Te quaeso si quid agnovisti de fructu nobis incognito significes. Talibus colloquiis leniamus dolores nostros. Allegoria bella est. Scalpi & ungi discentes oportet. Plura hoc tempore scribere non potui. Bene & feliciter vale carissime frater. die sexto Febr. Scripsissem & Venereis, sed heri hinc redeuntem dominum Camerarium comitatus e.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Clariss. vir & cariss. frater. Et debeo & habeo gratiam pro perpetua benevolentia, & pro multis officiis, in quibus numero etiam eruditissimas disputationes quas interdum mittis. Caeterum de sycomorra & sycamino moveor & nomine & descriptione, quam propheta Amos recitat, ut eandem arborem esse existimem & quidem eam quae est Dioscoridi ficus Aegyptia, fortasse aliis locis degentem non satis agnita est a scriptoribus. Delector allegoria quod scalpi & ungi fructum oportuit. Sed de tua quaestione disseramus, de qua

primum

primum omnium oro, ut eruditam antiquitatem considerans, te ex dubitatione mentem evolvas. Scio carnificinam non solum sa-nam sed etiam periculosam esse dubitationem de Deo. Paulus iubet caveri ne abdicantur animi in docendo τὸ διαχωρισμὸν διαλογισμῶν. Existimo autem ad confirmandas mentes &c. Vide totam epistolam quae ponitur in principio huius voluminis. 21 Martij 1559.

Philippus.

EIDEM.

S. D. Clarissime Vir, & cariss. frater. Utinam tribus diebus, cum gradu Doctoris meus gener ornabitur nobiscum esses. Etsi enim nomina illa splendidiora umbrae sunt: tamen amemus politicum ordinem, et congressus bonorum & eruditorum sunt imago Caelestium congressuum. Non dubito tibi convenire plerosque in hoc caetu ut congruant voluntates ad dictum: Ubicunque duo aut tres in nomine filij Dei convenerint, ibi ipse affuturum se esse promittit. Aberunt maledici qui sunt ὄνοι βασάζοντες μυστήρια, non solum inimici τῶν χαρίτων νόμοις, sed etiam ipsi Deo. Hodie huc venit ex Gallia vir nobilis & doctus qui de saevitia κελτικῶν ἐπισκόπων tristes querelas adfert, καὶ μάλιστα περὶ τῶν τῆς ἀρτολατρείας ὑπερασπιστῶν: id bellum attrahet ultimi iudicij diem. Recens edita sunt Macarij conciones in quibus haec verba sunt: Ἄρτος καὶ οἶνος ἀντίτυπον τοῦ σώματος αὐτοῦ

αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος· καὶ οἱ μεταλαμβάνοντες ἐκ τοῦ φαινομένου ἄρτου πνευματικῶς τὴν σάρκα τοῦ κυρίου ἐσθίουσι. Sed haec alias. Bene vale et rescribe. 25 Jan. 1560

Philippus

EIDEM

S. D. Clarissime Vir, et carissime frater. Non dubium est τὴν στοργὴν divinitus impressam esse naturae hominum, et ideo impressam esse ut sit commonefactrix de στοργῇ in Deo erga nos. Jam cogitemus, cum similis amor sit in Deo erga nos, verius et non fictus: vere nos Deo curae esse, et exaudiri nostros gemitus. Haec cogitatio mihi saepe ingentes dolores lenijt, et ut tibi leniat opto. Cum ante annos triginta filiolum amisissem, forte incidi in psalmi dictum: Ipse fecit nos: Non ipsi nos. Id cum legissem, cogitabam nos non casu nasci, nec casu discedere ex hac vita: Deo igitur obtemperandum esse. Mox in pectore mirifice leniri mestitiam sensi. Oro autem filium Dei dominum nostrum Jesum Christum, qui vere afficitur nostrarum aerumnarum συμπαθεία, ut tibi animi et corporis vires confirmet. Scribo brevius quia fontes verarum consolationum tibi noti sunt. Bene vale. die 29 Martij. 1560. Petri Vincentij consilium et colloquia spero etiam tibi profutura esse. ἡδὺς γὰρ φίλου λόγος ἐστὶ τοῖς λυπουμένοις.

Philippus Melanthon.

Finis Epistolarum Ph. Melanthonis ad Cratonem

Clarissimo et Ornatissimo Viro D Joanni Cratoni SCM à consilijs & Archiatro, Domino mihi summe obseruando.

S. Beauit me D Monauius noster postremis ad me suis, quibus usque adeo te conualuisse mihi significauit, ut etiam in praeditum usque tuum commode sis reuersus, cuius rei spem mihi perexiguam ijs etiam literis faciebas, quas à te ultimas accepi. Benedictus sit Dominus ille Deus noster, à quo Vitam hanc accepimus, & alteram beatiorem certissimis pignoribus expectamus. Ego quoque ad tres hebdomadas paulo post peractum climactericum mihi tecum commu-nem mira quadam Virium omnium imbecillitate, citra febrim ta-men & ullum dolorem, laboraui, contracta nimirum tum ex uigilijs alijsque laboribus, tum ex animi aegritudine, quibus sustinendis pa-rem esse me potuisse miror, dum totos quinque menses omni in-iuriarum genere indignissime uexati, sola patientia restitimus. Huic autem patientiae, domi tamen & foris cum infinitis molestijs coniunctae quomodo tandem Dominus benedixerit, & quo nunc in statu res sint nostrae, rogo te ut ex ijs quae plenissime ad Monauium nostrum scribo, quarum etiam literarum exemplum ad te una cum his mittum ut spero accipies, quum istas leges, cog-noscere ne graueris. Sunt qui ut re confecta exultent. Ego licet natura etiam ipsa εὔελπις, tamen dum circumspicio

quanta

quanta et quam desperata sit hodie plerorumque improbitas, multa metuo. Itaque peto etiam atque etiam ut nos si unquam alias assiduis precibus Deo opt. max. Deo nostro commendare pergas: a quo itidem peto, Vir eximie, ut te salvum & incolumem Ecclesiae suae quam diutissime tueatur. Genevae. 28 Augusti 1582 Tuus Beza.

Generis nobilitate, & multis praeclaris animi dotibus ornatissimo adolescenti D. Nicolao Redingero, Domino suo unice carissimo.

= T

Hae omnes Eplae Hub. Languti non sunt editae

S. P. D. Nisi amplissimi Viri parentis tui virtus & beneficia erga me, & eximia illa indoles quae in te cum vix pueritiae annos egressus esses, iam elucescebat, me tui amantissimum dudum reddidissent: id sane praestitissent literae quas ad me nuper dedisti: in quibus ingenii tui suavitatem & iudicium gravius quam ista tua adhuc tenera aetas ferre videatur, summopere sum admiratus. Significationem autem benevolentiae erga me tanquam eximium munus a te sic accipio, ut censeam me jam ex obligatione debere tibi eum amorem qui hactenus fuit ut cunque voluntarius. Ego magna laude dignam iudico illam tuam cupiditatem adeundi exteras gentes, quo magis ac magis ingenium tuum bonis artibus excolas, & rerum usu ac praestantium Virorum consuetudine judicium tuum confirmes. Verum doleo infelicia haec bella quibus concutitur orbis Christianus, tibi

tibi difficultates obijcere, quae non videntur esse contemnendae. Non improbo eorum sententiam qui Italiam tantum ab ijs adiri nolunt, quorum iudicium iam est aetate confirmatum. Scio te à natura & ab educatione ita esse ad Virtutem & pietatem institutum, ut tibi nihil sit periculi ab ijs vitijs quae plurimis adolescentibus in Italia perniciem adferunt: Verum adolescentia est interdum minus cauta, nec semper potest affectus suos moderari, aut se continere, quin reprehendat ea quae vel valde impie vel scelerate dici aut fieri videt; quae res plurimum in se habet periculi. Cum vero ea quae ad usum vitae pertinent, sint ibi instar rosarum quae in densis spinetis efflorescunt, ab ijs qui adultiore sunt aetate cum minore offensione decerpuntur. Nostra infelix Gallia ruit alto à culmine, & vix poterit incendium in ea excitatum alia ratione quam ruina extingui. Utinam impendentia mala ex novis delectibus & alijs apparatibus bellicis, quos in Germania fieri videmus ad commiserationem patriae flecterent animos eorum, penes quos est regni illius procuratio: Verum id ego vix audeo sperare, quum sua ita administrent, ut videatur ipsis decretum esse se & patriam funditus perdere. Puto tamen Germanos posse sine periculo consistere in scholis quae longius absunt ab ijs locis, in quibus bellum geritur. Si constituisti Cujacium adire, ut in literis tuis videris innuere, consulo ut

Geneva

Geneuā iter facias, ita tamen ut Tigurum & Bernam deflectas, quas
urbes uidisse te nunquam pœnitebit: nam existimo nusquam extare
respubl. melius constitutas. Tiguri autem sunt multi Viri præstantes
cum quibus tibi iucundum erit de uarijs rebus colloqui, & amici-
tiam contrahere. Geneuæ poteris, ut spero, aliquamdiu sine paren-
tis tui offensione subsistere, & uix etiam à te impetrabis quin
id facias. Inde tuto poteris ire Lugdunum, unde quatriduj
itinere abest urbs Biturigum, in quâ iam uiuere Cuiacium cre-
do te non ignorare. Prudenter facit tuus parens, quod præcepto-
rem quam hactenus habuisti à te remouet: sed non probo quod
alium ei sufficere uelit: nam cum nullum genus hominum sit
plerumq. ineptius, uolunt tamen alijs præscribere & omnia pro
imperio agere. & quoniam uidentur & contemnuntur cum ad re-
rum peritos ueniunt, uitant eiusmodi sodalitia cum maximo
incommodo adolescentum, qui ipsorum curæ sunt commissi. Con-
sultius mihi uidetur, ut tibi adiungatur Vir industrius, &
qui apud eas gentes uixerit, ad quas tibi est peregrinandum.
Quod si quis reperiri posset, in quo tantum esset ingenij & peri-
tiæ, ut etiam de moribus & consuetudinibus illarum gentium
tecum disserere posset, id esset tibi admodum commodum, & in iti-
nere iucundum, ac etiam utile. Nam percontando & colloquendo
non solum tædium itineris tibi leuaretur, sed etiam multa ad
disce-

discores, quorum te postea nequaquam pœniteret. Sed eiusmodi
hominem nancisci non est ita facile. Quantum ad literarum
studia attinet, tu eos progressus in ijs fecisti ut tu teipsum docere
possis. Ego, mi suauissime Rodingere, cuperem te jam excurrere
Ratisponam: nam me olim pœniteret fuisse spectatorem earum
rerum, quas spectandi postea non facile dabitur tibi occasio, Et in
tam Celebri ac frequente hominum concursu posset forte talis
occurrere, qualem tibi adiungi cupimus. Tu de ea re delibera
cum Doctore Ursino, ita tamen ut ius decernendi tibi reserues
si praesertim his nostris Contraria suadeat. Si hoc meum
consilium parenti tuo non probaretur, Clarissimus dn. Doctor Cra-
to, & Ego eius rei culpam in nos reciperemus, & facile rationem
inueniremus placandi eum. Postquam Imperator concessit Bohemis
eam religionis libertatem, quam tanta contentione ab eo petie-
runt, omnia fuerunt ej facilia, nec fere denegatum est ei quic-
quam eorum quae petiuit. Filius eius Rodolphus nudiustertius
est regno inauguratus: Romanum etiam regnum certa spe hic
ej despondemus. Sola illa frigiluna Polonia facessit nobis nego-
cium, & rationes nostras turbat, nec tamen propterea conceptas
spes deponimus. Bene Vale & plurimam salutem dic meis ver-
bis Clarissimo dno Doctori Donello, meo populari. Pragae
24 Septemb. Ao 1571.

Hubert. Languetus.

# Ad Eundem.

S. D. Scripserat Dno Cratonj Magnificus tuus parens sibi pro-
barj nostrum consilium de Wackero, & petijt ut ad ipsum excurrat
quo possit cum eo de tuis studijs deliberare, Quod puto facturum Wacke-
rum intra paucos dies. Non est quod metuas in eo uel Doctoris titu-
lum, uel exemplum Doct. Welsij: Nihil est in hoc nostro supercilio-
sum. A prima adolescentia recte institutus est in pietate & in bonis
literis: Postea haec nostra aula, in qua diu vixit & Italia mores
eius excoluerunt, ac judicium confirmarunt, nec tamen ejus ani-
mum pietate feruentem emollierunt, nec effecerunt ut quicquam
remitteret de sua diligentia in colendis bonarum artium studijs.
Accedit & hoc quod te aetate non multum superat: ita ut sis ha-
biturus eum jucundum sodalem, cum quo de tuis studijs disseras,
et cuius sermonibus in itinere te oblectes, ex ijsq. non solum vo-
luptatem, sed etiam utilitatem aliquam percipias: nam huius nostrae
aulae rationes & mores te docere poterit, & illa quae obseruarit in
illa sua peregrinatione Italica, in qua cum curam habuerit adoles-
centis, qui te minor est aetate, eumq. peragrata Italia huc saluum
& incolumem reduxerit, illa exercitatione haud dubie id consequu-
tus est ut possit melius praecauere pericula quae peregrinantibus
extra patriam occurrere solent quam ij qui se perpetuo domi conti-
nuerunt, nec erit ipsi paruo ad eam rem adiumento cognitio lingu-
arum earum gentium ad quas proficiscemini. Tuum consi-
lium

linm de adeunda Geneua ego maxime probo: nam ut recte scribis, nusq maiores discendi occasiones habere poteris, & contrahes notitiam, cum multis praestantibus viris, cuius rej recordatio erit tibi iucun-dissima quamdiu vives. Ego sane id in me experior: nulla enim re magis afficior, aut me magis oblecto quam recordatione illius tem-poris, quo cum sanctissimo illo viro, Domino Philippo Melanchthone vixi. Verum si res componantur in Gallia, ego non dubito quin plurimj Geneua sint discessurj, è quorum numero procul dubio erit dn. Doctor Hotomannus, à quo praecipue tua studia adiuuarj poterunt. Cum quid tamen acciderit, manebit ibi dns Beza, qui unus plurimorum loco tibi esse poterit. Hoc autem erit tibj commodum, quod Wackerus in ea urbe diu vixerit, & ejus ra-tiones utcunq. nouerit. Bene Vale. Viennae. XXV die Januarij. Anno 1576.

Hubertus Languetus.

## Ad Eundem

S. D. Nescio, mi ornatissime Rhedingere, an quemquam nouerim qui Mag^co tuo parentj felicitate par esse mihi videatur. Cum enim virtute consecutus sit, ut dignitate inter suos cives excellat, & ej contigerint opes, quae non solum ad res necessarias, sed etiam ad exercendam erga plurimos liberalitatem ei sufficiant. ad haec ta-men in quibus pleriq. felicitatem hominis constituunt, tanquam magnj

cumulus

cumulus accedit, quod iam videat ita maturescentes fructus quos eximiæ tuæ indolis flores ipsi dudum promiserunt, ut speret te non solum senatorum ornamenta quæ ipse & Maiores nostri in vestram familiam invexerunt, sed etiam ad ea maiora per te accessura, si deus te diu superstitem esse volet. Superest igitur ut mature animum ad rempubl. adijcias, quo possis ipsum & alios qui te amant, optata voluptate perfundere, & præmia digna tua virtute & ingenij tui constantia consequi. In eo prudenter facis quod iudicas diligenter initio cavendum tibi esse, ne in instituendo vitæ genere aberres, cum eiusmodi error non facile postea emendari possit. Ita autem à me petis ut tibi ea de re sententiam meam exponam, ut magnaque id tibi denegare possim, licet tu melius quam ego de ea re iudicare possis, & plures istic habeas, qui te suo consilio iuvare possint. Recte consulunt qui suadent ne principi, cui non perpetuo inservire velis, te addicas: nam moris est principibus in Germania non facile à se dimittere eos quibus sua arcana crediderunt, & quorum ingenium & industriam suis rebus conducere experientia didicerunt. Esset & hoc tibi grave, quod vel principi ipsi, vel hospitibus, vel ijs qui apud ipsum principem gratia valent, te ad intemperantiam invitantibus cogereris interdum obsequi, aut malam gratiam inire. In patria quidem vivere tibi suave esset & iucundum, & ijs gratum qui te diligunt, vel necessitudine aliqua tibi sunt coniuncti, verum opus est tibi maiore theatro

theatro ad ingenij tui vim exercendam. Quod si te ita aulae
addixeris, ut domicilium in patria habeas, si ibi frequens sis, saepe
tibi exequenda erunt decreta, quae ex aula ad te mittentur, quae
interdum erunt eiusmodi, ut ea non esses probaturus, si de ijs delibera-
tio denuo institueretur. Quod si ij qui in aula res fisci procu-
rant, animadverterent te gratia & authoritate apud tuos valere, haud
dubie tua opera saepius abuterentur ad exigendam a vestra resp.
pecuniam: Nam ille est unicus scopus in quem collimant ij qui
principes demereri volunt. Scio Imperatorem Maximilianum
non raro in eiusmodi rebus abusum esse opera praestantissimi viri,
Dni Richardi Streinij, cui sciebat a Bohemis & Austriacis, quibus
erat nota eius virtus & integritas, plus fidei haberi quam cuiquam e
suis. Censeo itaque tibi enitendum esse ad eum locum, in quo possit
esse tua opera illustris, & non desit tibi facultas gratificandi tuis, quod
in sola aula Caesarea tibi contingere posse iudico, ubi licet virtus in
tanto precio non sit, in quanto eam esse deceret: sunt tamen aliqui
qui eam admirantur, et est in te ea ingenij facultas, ut invita
invidia tibi viam ad honores bonis artibus patefacere possis. Non
haec ideo dico ut te ad ambitionem excitem, a qua spero te fore
alienum, sed quia video te ea vi ingenij praeditum ut cuiuis
oneri sustinendo sis futurus par, & propterea cupio ea ornamenta

tibi

tibi contingere, eaq. munera tibi demandarj, quae iuuandi utilem ope-
ram reipubl. & bene merendi de multis occasionem tibi praebeant.
Scio plerosq eorum qui jam in aula plurimum possunt, ambitione &
auaritia ardere, & odio prosequi eos quibus puriorem religionem cordj
esse sciunt, quod id gratum esse principi existimant, nec mihi sunt
ignotae Vitiorum illecebrae quae ibi uigent, Sed cum ijs certandum est
animi constantia, & ostendendum inter regum turbas aulaeq. tumultus
posse homines mortem meditarj & viuere recte. Aude igitur occu-
pare locum, quem, si cessaueris, deterior te occupabit, Et persuade tibj
te praeclaris istis animi dotibus à Deo ornatum esse, ut ijs ad salutem
hominum utaris. Caue, autem ne reformides molestias, quas per-
ferre oportet eos qui imbecilliorum innocentiae aduersus potentiorum
iniurias & calumnias patrocinari student. Id autem solatij habebis
quod in aulam Caesaream ex varijs gentibus confluant homines inge-
niosj & multarum rerum peritj, ex quorum consuetudine honestam
Voluptatem percipere & animum variarum rerum cognitione magis
ac magis instruere poteris. Quod si te post aliquot annos eius
locj aut vitae Satietas ceperit, ad quoscunq. te postea recipies, major
erit tua apud ipsos autoritas, quam si ab initio genus aliud vitae sec-
tatus fuisses. Gaudeo Doctoris Wackerj optimi & doctissimi virj
consuetudinem tibj esse valde gratam. Beneficia quae in eum confores,
bene collocabis, nec dubito quin eorum sit futurus perpetuo memor.

Sj

Si perfeceris ut apud Vos fortunas suas constituat, jucundum vitae socium habebis, in cuius sinum curas & animi aestus tuto deponere possis, quod non in prima felicitatis parte ponendum censeo: nam hoc nostro infelice seculo eiusmodi amicos comparandj raro nobis datur facultas. Sedulo itaq. danda est opera, ne ij quos paratos habemus nobis elabantur. De rebus publicis quid aliud scribam, quam cultissimas has provincias alto a culmine ruere. Quocunq. oculos convertimus, ingens miseriarum pelagus nobis circumfusum videmus, nec alicunde nobis spes salutis affulget. Ante annum Imperator videbatur suscepisse provinciam imponendi finem huic tristi & funesto bello, sed culpa eorum quorum opera in ea re est usus, factum est ut hic omnes spem pacis abiecerint. Respiciunt itaq. ad externa auxilia quibus se possint adversus vim Hispanorum tuerj, & inter eos sunt aliqui qui consultum esse putent, ut se Ducis Andegavensis Imperio subijciant, ea provinciae quae in foedere Ordinum generalium permanent, quo possint eius patrocinio tutae esse ab Hispanis. Clamant Caesarianj id esse indignissimum: sed nihil remedij adferunt malis quibus hi urgentur. Nihil autem de Andegavensi est adhuc constitutum. Conscriptae tantum sunt quaedam conditiones & missae ad provincias ut deliberent, an sint Andegavensi proponendae! Indictus est huc Conventus omnium provinciarum, in quo, ut dixi, de summa rerum deliberabitur,

Hoc est

hoc est, An harum provinciarum Imperium ab Hispano ad alium sit transferendum. Eius conventus nondum factum est initium: sed brevi fiet, quoniam nudius tertius reversus est princeps Auraicus cuius adventus expectabatur. Totos tres menses hinc abfuit. Detinue-runt enim tumultus excitati in Frisia & Transisulana provincia, perfidia eius quem ipse princeps praefectura earum provinciarum orna-verat, qui iam obsidetur Groninga, cuius urbis Consulem Virum optimum excitato tumultu nefarie interfecit eo quod autor esset ci-vibus ne discederent à foedere quo se cum alijs provincijs coniunxerant. Bellum hic geritur maiori odio quam viribus: Laborat utraq. pars pe-nuria pecuniae. Mechlinia urbs insignis quae hinc abest trium aut quatuor horarum itinere tantum, occupata est ab Ordinum militibus ante dies quatuordecim, quae res hanc Urbem magna solicitudine & metu liberavit. Bene Vale & amicos saluta. Antwerpiae. xxvj die Aprilis Anno 1580.

Hubertus Languetus.

Clarissimo Viro, Dno Matthaeo Wackero Germano J U Doct. domino suo & amico carissimo.

IV // S P D. Wechelus hic mihi reddidit literas quas Genuae ad me dedisti nostro Bizarro, quem gaudeo evasisse periculum quod ei praedixeram, cumq. fueram saepe hortatus ne se in illud con-ijceret. Generosum Robertum Sydnaeum, de quo ex ipso audivisti,

dedux[i]

388

dedixi Argentoratum, ubi iam vivit apud D Sturmium. de eo ni-
hil aliud dicam quam esse fratri similem, quem etiam forma et robore
corporis superaturus videtur: frater autem tanti iam fit, ut nuper in
collegio cum Duce Casimiro, regina Angliae dixerit: Je l'estime
le plus accompli gentilhomme de l'Europe. Hic noster Robertus est
natus quindecim annos tantum, et te, ut existimo, statura aequat,
vel forte superat. Videbatur habere paulo vehementiores affectus
cum ex Anglia discessimus, sed eo exiguo temporis spatio, quo
mecum fuit, est ita immutatus, ut sit iam ad omnia obsequentis-
simus. Parente eius nihil est melius aut humanius. Memi-
nisti, mi doctissime Wackere, me ante aliquot annos fecisse apud
te mentionem huius adolescentis, qui iam meae fidei est plane con-
creditus, ita ut mihi liceat fere quicquid videbitur, de eo constituere.
Obsecro ut mihi significes, an adhuc sis eo animo quo tunc fuisti.
Tu nosti iam ita acerbe moveri causam religionis in Germania,
ut nesciam, Ubinam poterunt consistere ij qui in religione recte
instituti nihil in gratiam hominum dissimulare volent. Ab ijs
qui apud principes protestantes vivunt non solum petitur ut pro-
fiteantur se doctrinam Luteri probare: sed etiam Brentiana deliria
de Ubiquitate corporis christi, quae Jacobus Andreas inseruit libro
quem Concordiae nominant. Quid in Austria fiat tibi non est
ignotum. Gens Anglica videtur mihi omnium gentium, quas ego

novi

noui, longe felicissima. Sydnaeus autem nihil habet Anglia melius aut humanius. Haec tibi ita propono, ut tecum deliberes & constituas quid tuis rationibus conducat: non ut tibi persuadeam ut uel in meā uel Sydnaeorum gratiam aliquid facias, quod ex re tuā non esse iudices. Nam scio tuam aetatem te monere ut de deligendo uitae genere, & figendis sedibus serio jam tecum deliberes. Verum pro iure nrae amicitiae a te peto ut mihi tuam uoluntatem quamprimum significes quam discedens ex Anglia promisi generoso Dño Philippo Sydnaeo tui amantissimo, me exploraturum, cum existimarem te Spirae uiuere. Ut id mature sciam, mea interest, quo possim ipsi Roberto prospicere, cui adiunxi praeceptorem, uirum quidem bonum & doctum, sed cuius operam ad quinq. tantum menses conduxi, ut mihi interea ad te scribere liceret. Si ad me scribes: mittendae erunt literae tuae ad Christophorum Plantinum, Antwerpiam, quo ego iam proficiscar. Veni huc ante dies uiginti, ut quiete & lotione uires fractas laboribus & morbis qui me per hyemem exercuerunt repararem: quod consilium mihi non male successisse sentio. Heri hinc discessit D. Sydnaeus, qui huc uenerat Argentorato, ut mihi iam discessuro ualediceret: Is iam te nouit & amat, & petijt ut te suo nomine salutarem. Saluta obsecro ex me officiose D. Rodigerum quem ego ex animo amo & plurimi facio: Cuius utinam uirtus in feliciora tempora incidisset. Bene uale & me ama. Badenae prope Argentoratum. 13 Iulij. 1579.

Hub. Languetus.

Nobilissimo et Ornatissimo Iuveni D Nicolaö Rhedingero F: domino & amico obs.

S D. Etsi quantum possint doctrina & eruditio noster ordo præ cæteris intelligit: in te tamen naturam hæc nacta sunt eiusmodi ut ingenerata etiam tibi videantur ea quæ ab illis conciliantur. Redux enim vicisti me iam bis humanitate illa tua, mittendo ad me eruditas literas tuas. Etsi sic etiam simul animasti me, ut minus dubitem deinceps ad te scribere. Sed cum hoc tempore admodum sim negotiosus, ad illa tantum respondebo, quæ hoc tempore, ut apparet, maxime exerceant deliberationes tuas. & quid tamen ego subiecero? quod fugiat tuam aciem. Orbis vero nostri partem patria sibi, refert ex Platone ille quem nosti, vel pernosti potius. quod tamen ista refugis, cuius rei argumentum sit, non eloquar, ne assentari tibi videar. Accedit exemplum Clarissimi patris tui, qui inter curas & labores pro rep. canescere totus dicitur, cum sit, ut audio, multis annis me minor, etsi ego etiam pene desino esse μιξοπόλιος. προβάτιον βίου λέγω ἢ μὴ διατρέφουτος φυλοττο, dicit ille in Comœdia. Neque satis fit Reip à studijs privatis nostris, eo in loco, & ijs occasionibus, quibus amplius aliquid à nobis ~~[illegible]~~ postulari vel flagitari etiam potest, quicquid dicant Serviana aut Ciceroniana illa tua tibi utilissima. Si permittis mihi, non recuso de his etiam θετικῶς. Diffi-

cile

cile tibi erit quantumuis ab omni doctrina instructo, sincere τὸν
κρείττω λόγον. Ignosce tamen mihi, mi ornatissime Rhedin-
gere, qui vim molior ante tempus adventus te eam, quam paulo
post afferent tibi, sicut prouideo, & afferre omnino possunt, patria
& tuj. Talia tamen, sicut tu prudenter, coram disseruntur rectius
quam literis. De his igitur, si videbitur tibi, alias. Ad caetera quod
attinet, quomodo tu, intelligentissime, in hac fortuna mea commendes
mihi quemquam, qui, a quibus non dico pluris sed tanti fiam,
quanti a te & popularibus tuis fio, non noui multos alios. D
Wackeri nomen nosse videor. Windrichi prorsus sum oblitus, quod
est λεοντικολέοντος: Utrumq. tamen colo animo meo, de quibus
tu tam bene sentis. Etiam de quibus communicas mecum, ago
tibi gratias. Vale, & beneuolentiam erga me tuam conserua. Ite-
rum vale. D VIII Martij 1580. Esrom Rudig.

Amplissimo ac Clarissimo Dno, Magco
Dno Andreae Dudicio, Sacrae Caes: Matis
ad Ordines Polonicos Legato, Domino suo
summa obseruantia perpetuo colendo
Cracouiae

Hub. Langueti ep.

SPD. Paulo ante quam literas tuas accepissem, dixerat mihi
Clrinfeldius, se ex tuis ad ipsum literis conijcere tibi non fore
ingratum, si ad te interdum scriberem, ac me hortatus fuerat ut
id facerem. Sciebam quidem me meam inscitiam proditurum
si ad

si ad te scriberem, cuius in toto orbe Christiano nomen à pruden-
tia, multiplici eruditione, & facundia est clarissimum: sed tamen
constitueram scribere, satius esse iudicans existimationis (si ulla est
mea) iacturam facere quam praetermittere occasionem obsequendi
tuae voluntati. Dum sic mecum delibero, redditae sunt mihi tuae li-
terae, in quibus me videri crederem, nisi scirem quibusdam hominibus
à natura insitam esse tantam humanitatem, ut si in eo quem coeperint
diligere aliquid deprehendant quod non sit plane contemnendum, fa-
cile in errorem inducantur, ac sibi persuadeant eum esse eximium
virum, qui vix mediocribus sit annumerandus. Eo affectu sic
laborasse D. Philippum Melanthonem, cuius in alijs rebus summa
fuit sagacitas & prudentia. Malo itaq. credere eum affectum esse
tibi cum optimo illo viro communem: & licet nihil eorum quae mihi
tribuis agnoscam: cum tamen illud tuum iudicium à benevolo
erga me animo proficiscatur, habeo tibi gratiam, quam cum videam
me referre non posse, dabo operam ne fidem ac studium meum
in te colendo desideres. Nam antequam ad me scriberes, eo nomine
me tibi plurimum debere iudicabam, quod hic me humanissime
ad te invitaveris, & gravissimum tuum de varijs rebus iudicium
mihi audire licuerit. Peto ut ignoscas quod tardius rescribam.
Initio defuit mihi tabellarius: postea excurrendum fuit ad

amicum

amicum quendam, qui me aliquot dies apud se detinuit. Quae de iti-
nere Regis Polonici scire cupis, sic se habent. Petijt Rex Galliae ab Im-
peratore, et ab aliquot principibus Imperij ut fratri suo ituro in Polonia
liceret per ipsorum fines iter facere. Ob eam rem indictus fuit Conven-
tus Francofurtum ad Moganum, ubi post aliquot dierum deliberationes
decreto Ordinum qui ibi convenerant, datae sunt Regi Poloniae literae
commeatus, seu salui conductus, ut loquuntur, quibus est insertum,
ne plures quam octingentos Equites secum ducat, quos iubetur in duas
turmas dividere, ut hospitia et res ad victum necessariae ipsis facilius
procurari possint. Praescribitur etiam qua sit iter faciendum: ni-
mirum per fines Nassauiensis Seburgensis, Palatini et Moguntini
Electorum, Hanauiensis Comitis, Hassiam, Thuringiam, Archiepis-
copatum Magdeburgensem, Electoratum Saxonicum, et Marchiam Brande-
burgensem. Deducent eum et in itinere necessaria procurabunt
Leuensteinius, Withcsteinius et Isenburgius Comites. Leuenste-
inius praefuit Conventui Francofurtensi nomine Imperatoris, et jam
profectus est in Galliam. Witicsteinius est optimis literis et disciplinis
egregie instructus, estque in eo singularis quaedam humanitas et mo-
rum suavitas. Si Cracoviam veniret, cuperem te cum eo contrahere
notitiam. Numerus octingentorum Equitum visus est Regi Polonico
exiguus: quare petit ab Imperatore et ab alijs principibus, ut ad
eum numerum quadringentos adijciant. Venturus est ad fines Im-
perij

perij sub finem proximi mensis: quare rex puto eum ad Vos non
venturum ante finem Januarij. Sentient nostri Galli delicatiores quam iu-
cundum sit hyberno tempore facere iter per horridum illum septentrionem.
Rex, ut audio, ducet secum in Poloniam Bellieuraeum & Pibracium, quibus
Gallia nec prudentiores uiros nec doctiores habet. Utrique autem
inest morum grauitas & animi moderatio maior fere quam natura
nostrae gentis ferat. Oratores Polonici uenerunt Lutetiam 19
die Augusti. Ab eo tempore usque ad 10 diem Sept. disceptatum
est de conditionibus, in quas Andio iurandum erat antequam decre-
tum factum ad Varsouiam ei exhiberetur & Rex salutaretur.
Dissensio in Religione fuit praecipua causa istarum disceptationum.
Cum .n. excussissent iugum pontificium, nolebant sibi de religio-
ne cauari a Rege: & ostendebant id sibi esse promissum ab
Episcopo Valentino. Pontificij dicebant se inscijs id promisisse Valen-
tinum & propterea regem non obligari ex promissione. Ipse etiam
Rex negabat se Valentino ea de re mandatum dedisse. Alij
responderunt, se nunquam fuisse consensuros in electionem Andij
nisi id promissum fuisset: quod si nolit iurare se obseruaturum,
sibi decretum re infecta in Poloniam redeundum. Tandem promisit
Rex id quod petebant, & adiecit, se hoc ideo tantum facere, ne ex
ea dissensione aliqui motus in Polonia oriantur. Facta transac-
tione

tione de reb. oib., de quibus inter ipsos fuit controversia, itum est in summum templum, ubi Reges Galliæ & Poloniæ coram Galliis proceribus solemnj iureiurando promiserunt Oratoribus Polonicis se ea observaturos de quibus inter ipsos convenerat. Hæc sunt facta die dec. 7bris. Decimatertia Rex Galliæ, fratres ipsius, Navarrenus & reliqui Proceres, ac præcipui Viri ex toto regno convocati, profecti sunt in palatium, quo paulo post venerunt Oratores Polonici gestantes secum capsam auream vel inauratam, ex qua depromserunt decretum factum ad Varsoviam, & clara voce legerunt, & postea Andio tradiderunt, ipsumq. Regem poloniæ salutarunt. Secutæ sunt acclamationes ac applausus eorum qui aderant. Postridie Poloniæ Rex ingressus est urbem solemni pompa, comitantibus eum Alencenio fratre, Navarreno, & alijs proceribus. Hæc de rege Poloniæ, de cuius itinere si quid postea habuero, id tibi significabo. Dño Camerario nuper grave vulnus inflixit mors Coniugis præstantissimæ matronæ, cum qua quinque & quadraginta annos coniunctissime vixerat. Peucerus per aliquot menses gravissime ægrotavit. Nudius tertius accepi ab eo literas, in quibus scribit, se nondum esse plane restitutum. Est istic Lezinius adolescens Gallus præclaræ indolis. Habet præceptorem Franciscum Parentinum bonum & doctum virum. Tantum de tua humanitate spero ut tibi eos audeam commendare. Bene vale

Viennæ. XI. Octob. 1573. T.æ Mag.cæ obs.mus H. Languet.

# EIDEM.

S. P. D. Quandoquidem ita iubes, quae habebo de rebus publicis ad te posthac ea perscribam brevissime, & quantum in me erit, dabo operam ne quid inanium verborum meis literis inseram. Regem Poloniae jam esse in Lotharingia existimo: nam plurimorum literis confirmatur ipsum venturum in Metensem urbem, 15 huius mensis. Elector Palatinus salutabit ipsum in Alsheim, qui locus non procul abest à Vormacia. Imperator misit ipsi literas ad omnes Imperij ordines, per quorum ditiones est iter facturus. Quadringentos Equites addidit ad numerum octingentorum, qui primo frutenti decreto ipsi fuerunt prescripti. Legatis Polonicis peculiares literas commeatus dedit, ita ut nullum genus humanitatis erga Regem Poloniae praetermittere videatur. Alij etiam principes Germaniae sua officia ipsi liberaliter detulerunt, nec quicquam eorum quae ab ipsis sunt petita, denegaverunt. Bello adhuc ardet Gallia ad utramque ripam Rhodani, & qui sunt in armis non solum reijciunt transactionem Rupellensem, sed etiam volunt sibi permitti totam eam libertatem quae concessa fuit edicto de religione facto mense Januario A° 1562. Aiunt eos praeterea petere ut tollantur omnia vectigalia imposita populo à morte Regis Ludovici duodecimi. Occuparunt nuper Minervam, oppidum ditionis Pontificiae,

ad

ad quod recuperandum cum profectus esset cum aliquot militibus Comes M Antonius Martinengus, copiarum Pontificis praefectus, repulsus est cum caede. Postea factus est tantus concursus Huguenotorum ad ea loca, ut jam libere pervagentur totam ditionem pontificiam, & Carpentoractum obsideant. Pontifex conscribit militem in Italia, quem eo mittat ad res suas tuendas. Ubi Rex fratrem dimiserit constituit ire Lugdunum, ut ex propinquo cum istis agat, quos indignissime fert audere ea petere, quae nec Condaeus nec Amiralius unquam petierunt. Pibracus is est, quem audisti Tridenti. Cum isto & cum Bellevraeo facile tibi erit amicitiam contrahere: nam audio utrumq. apud vos aliquandiu mansurum. Cum ante annum incidissem in periculum Lutetiae, Bellevraeus nihil studij & diligentiae praetermisit, quo me ex eo liberaret, quo nomine me plurimum ipsi debere agnosco. Non dubito tibi fore iucundam eorum hominum consuetudinem. Audio Balduinum etiam ad vos venturum. faciet haud dubie initium restituendae vestrae Academiae & Musas ex Helicone evocabit. Albano jam nihil feliciter succedit in Belgio. frustra oppugnavit oppidum Alkmar ab initio Augusti usq. ad finem septembris, & tandem coactus est solvere obsidionem multis ex suis amissis, nec potuit reducere maiora tormenta, profundo luto devorante rotas curruum qb. vehebantur. Sed illud fuit infelicissimum, quod 13 die superioris mensis

Comes

Comes de Bossu praefectus classis ipsius fuit victus & captus a Geu-
sijs, ipso pene spectante, cuius iussu conflixerat, quum tamen sae-
pius testatus fuisset, se esse imparem hosti. Classis Albani fuit
decem & octo navium, quarum tredecim receperunt se Amsterda-
mum, quinque venerunt in hostium potestatem, ex quibus duae fuerunt
tantae amplitudinis, ut veherent ad septingentos milites, quorum
pleriq. erant Hispani Veterani, quos omnes Geusij dederunt praecipi-
tes in mare. Ideo autem iussit Albanus suos confligere, quia
Geusij non permittebant ut Germani navigarent Amsterdamum
& ad alias Hollandiae urbes quas Hispani obtinent, quae maxima
penuria commeatus laborant, ita ut multi existiment eas coac-
tas iri sese Geusijs adiungere. Sub idem fere tempus flessin-
genses ceperunt in Schaldi octo naves ex ijs quae instruebantur
Antverpiae ad invehendum commeatum Midelburgum. Iam est
in Belgico Ludovicus a Requesens Commendator maior Cas-
tellae, qui Mediolano antea praefuit, & iam est missus succes-
sor Albano. Dux Medinna Caeli dudum discessit. Simula-
vit se facturum iter per Galliam: sed quum venisset Camera-
cum, reflexit iter versus Lotharingiam, inde, ut existimo, iturus
in Italiam. Credo quod sibi metuerit ab Huguenotis. Joan-
nes ab Austria solvit lelybaeo, quod iam Massala nominant,
ea nocte

ea nocte quæ sequuta est diem septimum mensis superioris. Clas-
sis eius est centum & quadraginta triremium, & quadraginta maio
rum nauium, ac plurium minorum nauigiorum. Vehit ad viginti
quinq. aut triginta millia militum Hispanorum, Italorum & Germani
corum: & mille ac ducentos Equites. Biduo postquam soluerat Lely
baeo, appulit Guletam saluis omnibus nauigijs. Id ubi resciuerunt
Mauri qui Tunetem obsidebant, deserta urbe omnes aufugerunt,
quiis essent ad duodecim millia peditum, & quinq. Equitum. Urbs
statim se dedidit Joanni ab Austria, qui eius muros iussit diruj,
& regem ab Occhialo pulsum in regnum restituit, imposito tributo
quod quolibet anno Hispaniarum regi pendat. Joannes ab Austria
inde profectus Bisertam, eam etiam redegit in suam potestatem.
Multi putant esse Veterem Uticam. Utinam principes Christiani
adijcerent animum ad eiusmodi expeditiones. Quantum potuisset
ipsis gloria parari hoc quam ciuiles hauserunt sanguine dextræ,
his proximis annis. Sed ita pergimus insanire, ut potius me
tuam deteriora quam sperem meliora. Bene Vale. Viennæ.
13 Nouembr. 1573. T. M. obs.mus Hub. Languetus

EIDEM.

VII. S. P. D. Ego te ob eximias tuas virtutes eo amore colo, ut
nihil tibi acerbum contingere possit quod mihi dolorem non adferat:

quem sane sensi maximum, quum audivi immatura morte tibi esse
eam ereptam, quae merito nihil tibi fuit charius, cum (ut multi
mihi retulerunt) fuerit a natura benigne & liberaliter ornata ijs ani-
mi & corporis dotibus quae praeclaram & te dignam matronam dece-
bant. Non tantum mihi sumo ut existimem me aliquid adferre
posse ad te consolandum, quod tibi tanta sapientia & doctrina instructo
non prius in mentem venerit, sed tamen licet graves & iustas causas
doloris & luctus habeas, ijs non debes succumbere, vel ita indulgere,
quin cogites ipsam ex hac misera & aerumnosa vita ad illam felicem
& beatam a Deo evocatam esse, & calamitatibus quae orbi Christiano
impendere videntur, potius quam tibi esse ereptam. Supersunt tibi vestri
amoris & coniugij pignora, & audio maximum natu filiolum ea
esse indole, ut nescio quid eximium de se promittat, & in tam tene-
ra aetate virtutum utriusq. parentis semina elucescant: quae res si
non plane tollere, saltem maerorem & luctum tibi minuere debent.
Quisque suos patimur manes: inquit poeta. Tantus est dolor
quem ex infelicis patriae calamitatibus sentio, ut nihil fere ad
eum accedere possit. Video eam alto a culmine ruentem & ar-
bitris Italorum & Hispanorum jam totos decem aut duodecim annos
factam esse theatrum in quo Papatus Romani tragaedia per crudeles
histriones agitur: nec adhuc finem tantorum malorum prospicio: nam
non

non quaeruntur remedia q̄ tam gravem morbum tollere possint. Agitur quidem de pace, sed qui puriorem religionem profitentur, proponunt Regi conditiones q̄ ipsius maiestatem imminuere videntur, & quae aulae teneras auriculas radunt asperius & mordent. Ob eam rem "Compendium indictus est conventus ordinum regni ad decimum quintum diem proximi mensis. Elector Palatinus misit filium Christophorum obviam regi Polonico in Lotharingiam usque, cum quingentis aut sexcentis equitibus. Occurrit ei in oppido Blamont, quod abest ab Argentorato sesquidiei itinere. Ibi Rex tandem discessit à matre, quarta die huius mensis: Inde venit ad Tabernas Alsaticas, Hagnoam, Weissenburgum, Landauium, & Spiram, ubi traiecit Rhenum duodecima die huius mensis, & est profectus Heidelbergam, ut salutaret Palatinum Electorem ex pituita decumbentem. Quid ipsi acciderit ab eo tempore, aut quonam sit progressus, hic ignoramus. Puto ipsum vix istuc venturum ad diem dictum inaugurationi: quamvis nihil habeat iam, q̄d ipsum magnopere remorari possit, postquam Rhenum superavit. Joannes ab Austria rebus in Aphrica constitutis reversus est in Italiam. Aiunt eum proficisci in Hispaniam ut rerum à se gestarum rationem Regi reddat, & de belli administratione cum eo deliberet. Ducturus est secum tanquam in triumphum Amidam Regem Tunetanum. Reditus eius in Hispaniam futurus est magis gloriosus q̄ Ducis Albani, qui penultima die superioris mensis cessit Ludovico à Requesens Commendatori

" Compiegne

datori maiori Castellæ, administrationem Belgij, ubi oia sunt perturbatissima. Reverletur in Hispaniam ubi nonnihil remiserint dolores podagræ, ex qua jam decumbit. Antequam se abdicaret ab administratione, conatus est ferre suppetias ijs qui obsidentur Midelburgi, & summa penuria rerum omnium ad victum necessariarum laborant, sed eius classis ad primum conspectum adversariorum conversa est in fugam, ita ut multi credant Midelburgenses desperatis auxilijs fecisse deditionem, quod tamen nemo adhuc hic certo affirmat. Noster Crato jam triumphat de morbis Imperatoris, cuius valetudo jam est optima. Nobilitas Austriaca quæ puriorem religionem profitetur, petit templum in hac urbe ad sua sacra peragenda. Sunt inter ipsos qui sperant se id impetraturos: nam nescio quis rumor hic disseminatur, non bene convenire Imperatori cum Ro. pontifice. Rex Hungariæ & Archidux Ernestus intra quinq. aut sex dies proficiscentur Pragam ad peragendos conventus regni Bohemici. Bene & feliciter vale. Viennæ. 21 die decemb. 1573.

T. M. observantiss.
Hubertus Languetus.

EIDEM.

S. P. D. Regem poloniæ jam non procul abesse à sui regni finibus existimo. quare de itineris eius successu nobis expectandæ sunt potius à vobis literæ, quam ad vos mittendæ. Postquam

deo

Deo uisum est ut iste rerum potiatur, ego opto ipsum ita preesse reip. ut non paniteat consilij eos quorum suffragijs ad illud rex. fastigium est euectus, Et boni omnes talem sibi principem contigisse gaudeant. Plurimum accessit existimationi gentis Polonicae ex eo, quod cum tantus fuerit numerus eorum qui ius ferendi suffragij habebant, eorumq. animi in diuersos propenderent: tantum tamen fuerit prudentiae in ijs qui suffragiorum numero sunt superati, ut maluerint suos affectus reip. donare, quam ipsis indulgendo eius tranquillitatem turbare. Quare cum eam animi moderationem prestiterint in illis interregni et absentiae Regis procellis: sperandum est istos semper fore eodem modo affectos, et praesertim rebus minus dubijs et incertis ut nunc esse videntur. Spero te breui politurum consuetudine Bellevraij et Pibracij quarum iuris es Doctore, Cuius sane prudentibus tuis consilijs plurimum iuuare poteris, cum rerum Polonicarum non satis gnarj istuc accedant. Hic omnia sunt tranquilla. Rex Hungariae ante aliquot dies inciderat in febriculam: sed jam Dei beneficio, bene habet. Imperatoris Valetudo uidetur indies fieri melior. Dicunt hic spem esse Turcas concessuros Induciarum prorogationem: sed haec cognosces ex plurimis qui hinc ad Vos proficiscuntur. Italia sibi non parum metuit à Turcis, quos aiunt facere ingentes apparatus nauales. Aiunt pontificem conari denuo contruere dissolutum illud foedus inter Hispanos et Venetos, et eius rei perficiendae spem inde concipere,

quod

quod Veneti hactenus nihil aequi à Turcis impetrare potuerint, & suspicentur praefectum classis Turcicae superiore aestate potius insidiatum esse Corcyrae quam aliquid serium adversus Hispanos tentasse. Vix coalescent exacerbati Hispanorum & Venetorum animi, & videntur res Venetorum requirere, ut omnia Turcis assententur, aut saltem quasvis iniurias dissimulent. Albanus iam redit in Hispaniam. Discessit Bruxellis decimaoctava die superioris mensis. Novus praefectus Belgici conatur perficere comitate id quod alter severitate non potuit. Si quos fallet, ad eorum calamitates hoc accedet, quod ab omnibus videbuntur. Aiunt Hispanos iam ab Imperatore petere ut suam authoritatem ijs rebus interponat: hoc est. Jam intelligunt vera esse quae ipsis praedixit, quae cum magno suo malo contempserunt. Juvenis qui has meas literas tibi reddet est Bibliopola. Cupit isthic instituere tabernam librariam, & coemere in Italia & Gallia quosvis bonos autores, & istuc convehere: quod credo tibi & doctis omnibus non fore ingratum. Cuperet tamen tuum de ea re iudicium audire, antequam aliquid tentet. Est admodum industrius, & mihi amicus. Jam proficiscetur Venetias, Ubi si volueris eum tua causa aliquid facere, obsequetur tibi in omnibus quae ipsi mandabis. Ego tibi & tuae familiae felicem & faustum hunc annum precor. Viennae. octavo January 1574

T. M. obs^mus^ H. Langu^tus^

EIDEM.

IX // SPD. Mag^ce Dñe: eximia indoles illustris huius adolescentis qui meas literas tibi reddet facit ut quamuis sciam te esse occupatissimum, audeam tamen à te petere, ut ipsi ea officia praestes quae à magnis viris praestari solent ijs qui ad exteras gentes excolendi animi causa proficiscuntur, hoc est, Ut eum tuis prudentissimis colloquijs erudias. Nam mira discendi cupiditate flagrat, nec ullum adhuc eius aetatis nouj in quo tantum indicij, addo etiam probitatis, deprehenderim. Nomen est Philippus Sydnaeus. pater est prorex Hiberniae, cum quo ut audio, vix est quisquam inter Angliae proceres, qui sit virtute aut rej militaris peritia conferendus. Mater est soror Comitis Warwicensis, & Roberti Comitis Leicestriae cuius est praecipua gratia in aula: quorum uterque cum careat liberis, hic uidetur futurus eorum haeres. Amita nupsit Sussexiae Comiti, quem puto te hic uidisse. Matertera est uxor Comitis Huntisonij qui ad regiam familiam pertinet. Nullus horum procerum habet liberos: quare hic unicus est, in quem suas spes reijciunt, & quem sibi ornandum proposuerunt, ubi ad suos redierit. Dat autem ipse operam ne quid ipsi pereat eius temporis quod ad animum libris & rerum cognitione apud exteras gentes excolendum parentes ipsi concesserunt. Cum uero nihil sit ipsi dulcius quam notitiam contrahere cum viris qui virtute & ingenio eminent, non dubito quin summi beneficij

ficij loco habiturus sit, si dextram tuam contingere & te loquen-
tem audire ipsi concedatur. Nam nominis tui fama ita animum
eius occupauit, ut nihil magis ipsum istuc pertrahat quam tui ui-
dendi desiderium. Is qui est ipsi comes itineris est vir nobi-
lis, multarum rerum peritus & mihi amicus: ex quo optime in-
telligere poteris infelicis nostrae Galliae miserias. Rex venit
Lugdunum sexto die superioris mensis. Frater Alenconius & Na-
uarrenus occurrerunt ei ad fines Galliae & Sabaudiae, quos aiunt
fuisse ab ipso amanter exceptos. Mater ipsi aduenienti Lugdunum
progressa est obuiam ad pauca milliaria, cum Cardd. Borbonio
Lotharingo, Guisio & Estensi. Omnes una Lugdunum redierunt, &
simul cum ipsis Dux Sabaudiae. Rex prae se fert magnam cupidi-
tatem restinguendi incendium, quod Galliam depascitur: quod utinam
ex animo cupiat. Mansurus est aliquamdiu Lugduni, ut ex
vicino loco commodius de pace agat cum iis qui bellum gerunt in
Gallia Narbonensi & Delphinatu. Conduxit recens duo & vi-
ginti signa Heluetiorum, & aliquot cohortes equitum Germani-
corum, ita ut metuam ne studium illud pacis quod tantopere
praedicant ij quorum consilijs regitur, non satis alte in animos
ipsorum penetrauerit. Mareschalcus Retzius, quem istic
uidisti, dicitur praefuturus regijs copijs: nam non satis fiditur

nobilitati

nobilitati, quae patriae calamitatibus ingemiscit, & iis finem imponi
cupit. Belgicae res non sunt minus calamitosae quam nostrae. Nam
cultissimae illae regiones plane devastantur & ad paupertatem redi-
guntur. Miles enim impune grassatur, & miseros agricolas spoliat,
quia ipsi non numerantur stipendia. Commendator saepius egit
& adhuc agit cum Ordinibus illarum provinciarum ut pecuniam con-
ferant ad numeranda militi stipendia: Sed hactenus negaverunt
se illud facturos, nisi adempta ipsis privilegia restituantur. Accedit ad
reliqua mala, omnium rerum ad victum necessariarum charitas & pe-
nuria, et iam in omnibus fere urbibus & pagis incipit lues grassari.
Ita isti duo reges antea potentissimi nihil maiore studio agunt quam
ut se & suos evertant in gratiam pontificis Romani, qui suis malis
artibus tandem viam sternet Turcis ad invadendam Italiam. Nam
haec bella ob religionem ab ipso excitata, absumunt nostras opes, &
totum illud robur militum Christianorum quod ipsis opponi potuit.
De Goletana obsidione nihil hic habemus quod pro certo possimus
affirmare. Plerique qui Roma scribunt putant eam a Turcis expug-
natam. Id dicunt se habere ex indicio Celocis Turcicae quae missa est
Constantinopolin, ut id Imperatori Selimo nunciaret, in quam inci-
derunt quidam Genuenses qui coralium piscabantur. Eam fuisse
in summo periculo sub finem Augusti saepius est huc scriptum, &
propterea Ioannem ab Austria ex consilio Card. Granvellani,

Ducis

Ducis Suessanj, & Garciæ Toletanj scripsisse Neapolj ad Gabri-
elem Serbellonum qui præest arcj Tunetanæ, ut ea deserta cum
ijs quos secum habebat, migraret Guletam. Legatus Hispanicus
qui hic est, dicit se habere literas à Card. Granuellano, in quibus
scribit Guletam fuisse adhuc in potestate Hispanorum quinta die
superioris mensis. Classis Hispanica conuenit ad Panormum
quo appulit Ioannes ab Austria, ultima die Augusti cum tredecim
triremibus, tanta tempestate ita conquassatis ut uix usui esse pos-
sint. Parum autem abfuit, quin ipse naufragio perierit. Totam
eius classem dicunt fore centum & triginta triremium, ubi omnes
conuenerint. Sed hæc oia ita tarde administrantur, ut uerendum
sit ne tantus apparatus non sit magni usus. nam audio fuisse
adhuc Neapoli ad triginta triremes duodecimo die superioris
mensis, quæ alias ex Liguria expectabant. Si classis mense uno
citius instructa fuisset: potuisset Guletæ subueniri, nec multo
plus in eam insumptum fuisset. Ego tuæ Mag.tiæ oia fausta
& felicia precor, & gratulor recens contractum coniugium: cuj
oro ut Deus benedicat. Viennæ. die dec. octob. 1574.

Tuæ Magnif.æ obs.mus

Hubertus Languetus.

Imperator jam accepit literas, in quibus scribitur Guletam fuisse

captum

captam à Turcis 23 die Aug. Qui ueniunt ex Hungaria, dicunt Turcas etiam id affirmare, & ob eam rem aedidisse Budae signa laetitiae excitatis ignibus, & disposis maioribus tormentis. Scribitur Venetijs nuper excitatum esse incendium in regia Constantinopolitana quod plurimum damni dedit. Uxor Ducis Sabaudiae dicitur suum obijt 15 die superioris mensis

EIDEM.

SPD. Mag.[ce] Domine, Ego eo nomine me plurimum tibi debere agnosco, quod sis sollicito animo ob mea pericula, & quod scire cupias, quid de meis rebus constituerim. Quam periculosum sit conflictari cum calumnijs credo te sapius expertum esse quam velles, qui me fortasse es adhuc ab eo malo plane immunis. Cum amicos meos perdiderunt, existimant suis rationibus non conducere me adhuc utcunque saluum esse, & propterea me quibuscunque modis possunt traducunt, existimantes se ea ratione inituros gratiam apud Illustrissimum principem, cui credunt me esse exosum, eo quod (ut ipsi dicunt) heresin Sacramentariam primus in illas regiones inuexerim. Quoniam animum principis non potuerunt tam facile expugnare quam ipsi sibi persuaserant, dederunt operam ut me hic in odium & contemptum adducerent. Etiamsi nullius rei sim mihi conscius, ob quam istos metuere debeam: quia tamen imperitus jaculator saepe jaculando potest tandem scopum attingere, constitui me recipere in ea loca in quibus spero meam innocentiam fore tutiorem ab istorum

calumnijs

calumnijs q(uod) sit hic, ubi gens nostra, (forte non immerito) est exosa, & =
ijs qui plurimum possunt, non valde grati videntur esse ij qui sunt
addicti ei religioni, quam ego profiteor. Petij itaq(ue) dimissionem ab Ill(ustrissi)mo
meo principe, & ei liberrime causas exposui, quae me ad id impulerunt.
Ante mensem id feci, nec tamen hactenus respondit princeps ad meas l(itte)ras,
quas perferendas dedi tabellario mea pecunia conducto, quem vetui
sine principis literis ad me redire. Interea tamen de alijs rebus ad me
scripsit princeps, & quaedam apud Imperatorem agenda mihi mandavit.
Consilium meum aperui Mag(nifi)co D(omi)no Vebero, nec quicq(uam) apud ipsum re-
ticui eorum q(uae) ad principem scripsi: Volui enim etiam ab hac parte
occurrere calumnijs, Veritus .n. sum ne mei adversarij non bona
fide hic scriberent causas quib(us) conor persuadere principi ut me dimittat.
D(omi)nus Veberus vehementer reprehendit quod ad principem scripserim, ef-
fectum esse quorundam calumnijs ut in suspitionem apud plurimos
hic venerim. Dixit enim se nullum hic novisse, cui sim notus, qui
non honorifice de me sentiat & loquatur. Cum quorundam sermones
de me ipsi referrem ex quibus aliud conijcerem, respondit mihi, eos
quos nominaveram esse falsos, & consuluit ut ipsos contemnerem.
Sed de his plus satis. Quid hic rerum geratur, & quae spes innuatur,
credo Cl(arissi)mum d(omi)num ad te scribere. Hic spem non exiguam de pace
Belgica concepimus. Joannes ab Austria mandatum habet a suo

Rege

Rege ut de pace agat cum ordinibus seu Statibus illarum provinciarum.
Convenit iam inter ipsum & Status, ut ex illis provincijs abducatur mi-
les peregrinus, Ut fiat oblivio omnium eorum quae in his bellis contra
regis & legum autoritatem facta esse videntur, Ut provincijs & urbibus
adempta privilegia restituantur, Ut nemo ad magistratus aut alia
munera publica admittatur, qui non sit natus in illis provincijs, Ut
sit rata pax facta à Statibus cum principe Orangio & cum Hollandis
& Zelandis, Ut facta pace indicatur Conventus omnium ordinum illa-
rum provinciarum, in quo deliberetur de religione, & de direptione Ant-
verpiensi. Aiunt Hispanos respondisse Joanni ab Austria mandanti
ut se ad discessum pararent, Se tum demum discessuros si debita plurium
annorum stipendia fuerint ipsis numerata, & tot naves datae, quot suffi-
ciant ad vehendum ipsos in Hispaniam cum pecunia quam ex
stipendiorum solutione accipient, & cum alijs rebus quas in his bellis
acquisiverunt. Si secum avexerint ea quae Antverpiae rapue-
runt, quid opus erit ea de re deliberationem instituere in Conventu
Ordinum? Etiamsi inter Joannem ab Austria & Status conveniant de
capitibus quae enumeravi: multae tamen difficultates se obijcient
antequam haec actio ad optatum finem perducatur: nam neutra pars
se alterius fidei facile volet committere. Huguenoti cum multo
sanguine impetrarunt à Rege Galliae ut indiceretur Conventus Ordi-

num

num regni ad constituendam regni administrationem, & stabiliendam eius tranquillitatem. Jam experiuntur medicinam quam tantopere expetiverunt, ipso morbo perniciosiorem. Indictus est Conventus. Provinciarum legati petierunt à Rege ne ferat quenquam in suo regno profitentem religionem diversam ab ea quam ipse & maiores eius semper sunt professi. Rex respondit se semper fuisse eius animi, & cum fieret pax superiore aestate: se ideo tantum permisisse Huguenotis exercitium religionis diversae à sua, ut fratrem ab ipsis abduceret, quem cum jam secum habeat, se omnino constituisse id ipsis posthac nequaquam permittere. An non videtur aliqua commendatione digna tanta ingenuitas in tanta perfidia? Quanta est insania, cum ipsi pace frui liceat, velle bello petere eos, quibus sit non deesse animum ad se defendendum, & qui sunt rebus omnib. ad bellum necessarijs instructiores quam fuerunt superiore bello, ex quo tamen nihil nisi damnum & infamiam reportarunt. Vides quanta arte sciat aula Romana venena sua in animos hominum instillare ac eos dementare. Haec sunt scripta ex inferiore Germania: de ijs autem nondum habuimus literas ex Gallia. Dns Valcobius reversus est Ratisbona in Galliam. Hic Dn Harlenum expectamus ad quem ante aliquot dies scripsi de libellis quorum in tuis literis facis mentionem. Scripsi etiam ad alios amicos: sed metuo ne

vel

nel nulli mercatores Parisienses veniant ad francofurtensem merca tum, vel si veniant discedant subito antequam meae litterae eo pervenerint. Ego tibi & nobilissimae tuae familiae omnia fausta & felicia precor. Scribe obsecro tuas spes de rebus Polonicis. Vivo hic apud Doctorem Thaddaeum Hagecium, virum optimum, dignum fortuna meliore ea, cum qua iam conflictatur. Pragae. die 7 feb. 1577

T. M. obs<sup>mus</sup>

Hubertus Languetus

Magnifico Viro, Dno Doct. Joanni Cratoni sacrae Caesareae Ma<sup>tis</sup> Consiliario & medico primario, Domino suo & amico perpetua obser vantia colendo. Wratislaviae.

XI. S P D. Literae tuae mihi fuerunt gratissimae, & presertim postremae, ex quibus intellexi Te ex repentino & gravi morbo tam cito convaluisse. Inscriptas Ursino misi ad eum. Ille mirum in modum est anxius. Flagi tavit saepe dimissionem a Duce Ioanne Casimiro, sed nunquam potuit eum impetrare. Cuperet proficisci Bernam, quo saepius est vocatus. Cum ni mis urgeret principem Casimirum: is tandem ei respondit Parentem morti vicinum mandasse sibi ne eum dimitteret. Metuit ne ij quos habiturus est Collegas, sint nimis cupidi novarum rerum. Nuper excitavit mihi risum, cum de ijs ad me scriberet, Isti iam volunt vendere pellem ursi nondum capti. Redingerus & Wackerus jam sunt profecti in Italiam. Per occasionem mittam tuas litteras ad Redin-

gerum

gerunt. Beutterichius nondum reversus est ex Anglia, sed spes eum
propediem reversurum. Belgae valde fuerunt consternati ea clade quam
ad Namurcum acceperunt, sed jam se utcunq. colligunt & aliquid fi-
duciae recipiunt. Nam Joannes Austriacus non persequitur suam vic-
toriam, ut facturus putabatur. nullam enim urbem quae sit alicuius
momenti hactenus invasit. Transfugiunt ad eum Episcopi, Abbates,
& sacerdotes plurimi, sed ex ea re nihil ipsi virium accedit. Orangio
vero plurimum authoritatis. Et in odium & contemptum adducitur Re-
ligio pontificia. Aurum, argentum, gemmae & reliquae res preciosae
quae fuerunt in templis divenduntur & pecunia ex eis confecta con-
vertitur in usus publicos. Ipsae etiam nolae seu campanae vehuntur
ex pagis in urbes, ut ex ijs tormenta bellica conficiantur. Urbes
potentiores diligentissime muniuntur, et ab omni publica functione re-
mouentur ij qui non satis vehementer oderunt Hispanos. Ganda-
venses nuper profecti sunt armati Aldenardam & Cortracum, & mo-
uerunt Senatu in utraq. urbe eos quos secum non sentire existima-
uerunt, & sibi addictiores in eorum locum surrogaverunt & disce-
dentes praesidium militare illis in urbibus reliquerunt. Admoniti
a quibusdam Brugensibus esse ibi plurimos & potissimum in senatu ita
addictos Hispanis ut non dubitarent quin Johannem Austriacum
essent in urbem recepturi si cum exercitu ad ea loca propius acce-
deret

deret, Responderunt se non defuturos eis modo portam aliquam Urbis occuparent qua introducerentur. Profecti sunt Gandavo sub initium noctis quatermille pedites, & quadringenti Equites, qui cum ante auroram pervenissent ad urbem, intromissi sunt per eos qui portam occupaverant, Ut inter ipsos convenerat. Coegerunt autem se magistratu abdicare eos omnes qui Hispanorum rebus favere credebantur, & substituerunt eis alios quos libertati patriae maxime amantes esse indicaverunt, ac postea sine molestia ad suos redierunt. Ferebantur Hyprenses velle se coniungere cum Hispanis, quod ubi resciverunt Gandavenses, significaverunt eis, se ferro & flamma omnia circa eorum Urbem devastaturos, si id facerent: qua denunciatione territi Hyprenses mutaverunt sententiam, & se foedere cum ipsis Gandavensibus coniunxerunt. Iam agnosces veterum Gandavensium veram sobolem, quae multas turbas dabit, antequam arma deponat. Audio Imperatorem jam profiteri, se fratri fuisse authorem ut in Belgium proficisceretur: quod miror eum facere, cum antea pernegaverit. Delitescit Matthias Antwerpiae sub umbra alarum Orangij. Est quidem nomen praefecti & Gubernatoris penes ipsum Matthiam: sed vis & potestas imperij penes alterum. Dux Ericus Brunswicensis ducit ad Joannem Austriacum tria millia Equitum Germanorum, qui intra paucos dies recensebuntur in Episcopatu Monasteriensi. Comes Guntherus Schwartzburgensis & Christophorus Baro à Tautenberg conscribunt Statibus quatuor millia, sed Schwartzburgius videtur nimis lente festinare, Alter vero

cum

cum suis iam superavit Rhenum. Agunt etiam Status cum principe Joanne Casimiro Palatino, ut tria millia Equitum & tria millia Helvetiorum ad eos ducat: sed res nondum est plane transacta. forte transitu sibi ad suum Dominum redierit Bonkerchrius. Gallia est ut, cunq. parata. Credo aulam Gallicam respicere ad motus tumultuum Belgicorum. Rex tamen instruit classem in littore Britannico Armorico, quam quidem vulgo dicunt navigaturam in novum orbem, sed tamen Angli, ... sibi ab ea metuunt, & eam sibi suspectam esse Angli ostenderunt misso milite in Hyberniam. Audivisti procul dubio quomodo Alenconius Regis frater sese ex aula clam subduxerit. Mater insecuta est eum & conata est ei persuadere ut ad fratrem reverteretur. Sed tamen non est reversus. Profectus e in urbem Andegavensem, ubi dicitur quiescere. Quidam putant ista omnia simulate fieri ad fallendum Huguenotos: ego suspicor ea proficisci a mera stultitia. Credo librum Jacobi Andreae fuisse non minimam causam istius congressus Illustrissimi Saxoniae Electoris & Landgrafij Wilhelmj. Scio Landgravium omnino improbare librum, Hoc puto posse ei persuaderi ut subscribat. Utinam iste congressus principum sit salutaris Ecclesijs multis modis afflictis. Nihil hic novorum librorum vidi, nec etiam diligenter scrutatus sum Bibliopolia: nam tempore mercatus obruor scriptionibus & amicorum interpellationibus, qui ex varijs locis huc ve-

nire

nire solent. Rogo ut nostrum Monavium meo nomine officiose salu-
tes, & dicas mihi defuisse animum ad rescribendum, sed me id intra pau-
cos dies compensaturum. Bene Vale. Francofurti. 29 die Martij 1578.

T[uae] Excell[enti]ae observantissimus
Hubertus Languetus.

## EIDEM.

XII // S.P.D. Licet varia itinera & recurrentes saepe morbj me toto hoc anno exercuerint: nihilominus tamen aliquoties ad te scripsi: nullas vero a te literas accepi praeter eas quas ad me sub finem octobris dedisti quae mihi jam hic sunt redditae. Scripseram ad Te de nostro Bontevichio qui jam rebus gestis nobilitatus, ius nobilitatis a Caesarea M[aies]t[a]te per te impetrarj cupiunt. Misi ad te depicta eius insignia, & quod fieri vellet tibi significavj, & literas meas tradidj Claudio de Marne cum postremo essem Francofurtj, quare puto tibi esse redditas. Dedj etiam ipsi mandatum ut pecuniam in Cancellaria impendendam tibj numeraret. Binas autem de ea re ad te literas dedj, ad quas nihil respondisti; quod ad me pervenerit, Nec etiam se quicquam a te tran[s]accepisse dixit mihi Bontevichius, cum postremo una essemus. Jam revertitur Antverpiam, unde nuper huc venit, ut Doct. Andream Ernlj Convenirem qui te salutat. De rebus Belgicis non dubito quin ad te diligenter scripserit D[omi]n[u]s Daniel Printzius, & praesertim de tractatione pacis hic instituta, cuius ipse pars aliqua fuit. Si vobis est animus

incendium

incendium quo ardet Belgicum restinguere, necesse est ut longe aliter
rationes vestras instituatis quam hactenus feceritis. Delegeratis pacis ar-
bitros qui profitebantur se nihil libertatis in religione posse Belgis con-
cedere, ne ista concessione ipsorum subditi ad eandem libertatem petendam
incitarentur, quod mihi pene ridiculum est visum. Cur enim istam
rem agendam susceperunt si fuerunt ita affecti, cum scirent controver-
siam de religione esse praecipuam causam belli tam diuturni, etiamsi
alia praetexantur. Quid necesse fuit in hac actione intervenire lega-
tum pontificium qui omnia interturbavit. Non satis est dicere, Non
licet de religione armis disceptare. Captum est disceptari, nec facile
ea deponent Belgae, nisi vi coacti, vel impetrata religionis libertate:
Non enim volunt in gratiam Hispanorum perire. Si ex me quae-
ras quem ego putem fore exitum istarum turbarum, ego sane
nec respondere, nec id conijcere possum: nam omnia indies magis
involvuntur, et Rex Hispaniae exhauritur pecunia. Cultissimae au-
tem illae regiones ita devastantur, animique hominum ita ab Hispanis
abalienantur, ut si iam Gallia ambitiosum regem nancisceretur, non vi-
deretur ipsi fore difficile eas vel earum saltem bonam partem in
suam potestatem redigere. Cum Antverpiam rediero de ijs rebus
diligentius ad te scribam, modo mihi significes, qua ratione literae meae
commode tibi mitti possint. Tuas ad me Ortelio vel Plantino

mittere

mittere poteris. Coniugium Anglicum & hic & Antwerpiae est in omnium ore. Angli sperant successurum, vel potius metuunt ne succedat. Ego in ea adhuc sum sententia, ut ista non serio agi putem, sed quo spectent istae simulationes, nondum possum conijcere. Conventus regni, qui indictus fuerat ad 25 diem Novemb. reiectus est ad 20 Januarij. Etiamsi non successerit hoc coniugium: sola tamen fama de eo excitavit in Anglia factiones quae forte turbabunt beatam illam pacem & tranquillitatem quam prae ceteris orbis Christiani provincijs Anglia nostra aetate floruit. Ego tibi & toti tuae familiae omnia prospera & felicia precor. Coloniae 21 die Decemb. 1579.

T. Mag.ae observantissimus
Hub. Languetus

# EIDEM.

XIII //

S D P. Nobilis vir, dns Joannes Carolus ab Eisenberch, qui has meas literas tibi reddet, natus est in Belgio, sed bonam partem aetatis transegit extra patriam, & animum rerum usu ac variarum linguarum cognitione excoluit. Quoniam autem bella quibus iam diu sua patria concutitur, eo procul existente sint mota, non passus est se ijs involui, ne vel contra suum principem, vel contra patriam aliquid suscepisse dici posset, licet non defuerint ab utraque parte qui eum ad se pertrahere conati sunt, nec adhuc desint qui id conentur apud ipsum perficere. Ut vero eiusmodi molestias vitet & ex longinquo loco venientis patriae fragorem minus exaudiat, constituit se istuc tantisper in tutum asylum recipere. Multi ex ijs qui armis inter se contendunt habent quod in eo

respondeant aut accusent, Nihilominus tamen ipsius fortunis non ma-
gis parcitur quam eorum qui pro veris hostibus habentur, ita ut ex pro-
ventibus agrorum quos ibi in patria, jam fere nihil ad eum redeat.
Sustentavit se hic per aliquot annos ea pecunia, quam prius comparave-
rat, sperans tandem deflagraturum incendium quo ardet patria et se
suis fortunis restitutum iri, Sed cum iam istorum malorum nullum fi-
nem aut exitum prospiciat, et non multum ex eo quod prius comparaverat,
ipsi superesset: Constituit operam suam principi alicui viro condicere: quo
possit sua industria sibi ad vitam necessaria comparare, quoadusque spes
aliqua tranquillitatis in patria effulgeat. Iam ad vos proficiscitur, quia
sperat se istic facilius quam usquam alibi posse nancisci occasionem exercendae
suae virtutis et industriae, vel ipsi Caes. Mti inserviendo, vel alicui
ex vestris proceribus. Cum iam vero paucis notus istuc veniet, et
scit sibi non fore facile id quod cupit consequi, nisi alicuius qui
prudentia et autoritate valeat, consilio et commendatione adiuvetur: nec
ignorat te esse communem patronum et perpetuum fautorem eorum qui
nulla sua culpa cum adversa fortuna conflictantur: cupivit meis
literis ad tuam notitiam sibi viam patefieri: quare has ei dedi ut inde
haberet occasionem te compellandi. Hoc officium libenter ei praestiti, spe-
rans non fore tibi ingratum compellari a viro literis et multarum rerum
cognitione exculto, et qui ob tuae virtutis famam te colit antequam tibi

sit notus

sit notus: Cuius ut honestos conatus adiuues à te obnixe peto. Bene Vale. Coloniae 24 die Decemb. 1579. De rebus publicis iam non scribo quia, ut dixi, timeo, has meas literas tibi tardius reddentur, Et praeterea de ijs ad te nudiusterlius scripsi: Tradidiq. meas litteras Dno Danieli Printzio.

Tuae Magcia obsmus:

Hubertus Languetus.

# EIDEM

XIV

SPD. Scripsi ad te sub finem proximi mercatus, & quia dedi meas literas Claudio de Marne non dubito quin tibi sint redditae. Scribebam Doctorem Beutrichium cupere ut ipsi à Caesa Mte ius nobilitatis impetres & petijsse à me ut de ea re ad te scriberem. Nuper cum una essemus Argentorati id repetijt & dixit nihil tolle adijci ad ea quae antea ad te scripsi, quam ut filiolus eius natus tres aut quatuor annos, qui etia nominatur Petrus, simul cum ipso comprehendatur. Cupit autem amplissimam & honorificam esse istam concessionem, nec uult in ea re parcere pecuniae ut antea scripsi. Claudius de Marne suppeditabit pecuniam quae impendenda erit. Iam uenio ex thermis Badensibus, ubi per mensem fui ut valetudinem afflictam recente Belgica & Anglica peregrinatione recrearem, quod consilium non infeliciter mihi successisse sentio. Vidi Argentorati Carolum Zerotinum, Generosi Domini Ioannis Zerotinj filium, quem omnes ab ingenij potentia & à morum elegantia valde commendant. Nuper in publico auditorio recitauit Orationem pro lege Manilia tanta actionis elegantia & vocis suauitate, ut fuerit oibus

415

admirationi. De rebus publicis nihil scribere possum, quod non sit triste. In Gallia opulentissimae provinciae etiam debita vectigalia Regi pendere nolunt, & petunt ut regnum reducatur ad eam formam quae fuit regnante Ludovico duodecimo, ante septuaginta annos. Rex nihil intentatum relinquit, ut provinciis persuadeat ut ab isto suo instituto discedant, quod frustra hactenus est factum. Voluit terrere Normannos qui sunt praecipui actores istius fabulae, ostentando militem quem dicebat se adversus ipsos missurum: Verum cum intellexisset eos suam libertatem armis defendere constituisse, mutavit sententiam. Sunt qui credant provincias ad haec impelli a proceribus qui Regi in superioribus bellis bonam operam navarunt, pro qua nullam sibi referri gratiam dolent, cum videant Regem liberalissimum esse erga quosdam, quos habet in delicijs, quorum aut nulla aut exigua est virtus. Regina mater Regis jam totum annum abest ab aula. Reduxit ad regem Navarrae suam filiam. Celebravit Neraci in Aquitania conventum, in quo disceptatum est de executione pacis factae inter regem & Huguenotos. Praefecti regij non patiuntur in quibusdam provincijs nostros restituere suas ecclesias in locis in quibus eas restituere edicto de pace ipsis permittitur. Id est in causa cur nostri vicissim non restituant regi urbes superiori bello occupatas in Aquitania, Occitania & Delphinatu, quas tamen ex edicto de pace tenentur restituere.

tuere. Credo tandem in conventu Neracensi decretum esse ut Nostri post
sex menses urbes regi restituant, modo Rex interea curet in omnibus
provincijs edictum de pace mandari executioni. Ego credo neutram par-
tem pariturum decreto: nam Rex id quod promisit praestare non potest,
etiamsi velit. Ipsa Regina iam est profecta in eam partem Galliae
Narbonensis, quam jam Provinciam nominant, ut componat controver-
siam inter duos ex proceribus qui de illius provinciae praefectura armis
inter se disceptant. Sequutus erat Reginam in ea peregrinatione Episcopus
Valentinus, qui deinde suum Tolosae obijt. Vix impetravit Regina ut
sepeliretur à Tolosatibus, qui eum haereticum esse dicebant. Eodem
fere tempore mortuus est Marschalcus Montmorancius Connestabilis
filius primogenitus. Fama de profectione Alenconij in Angliam haud dubie
ad vos dudum pervenit. Cum venerint Lutetiam, dicunt ibi fieri
ad illud iter magnos apparatus. Ego vero suspicor totam hanc rem
tandem abituram in fumum. Qui ad me ex Anglia scribunt, ita
scribunt ut satis innuant hoc institutum Andegavensis vix habiturum
successum. Audivistis haud dubie Traiectum Mosae per quatuor
fere menses fortiter defensum ab Hispanis tandem expugnatum esse
penultima die huius mensis, & magnam stragem in ea urbe editam
esse. Caeterum nondum hic scimus quomodo expugnatum fuerit, quo-
niam varia de ea re scribuntur, satius esse iudico de ea re tacere
quam aliquid scribere. Jam hinc proficiscor Coloniam & inde forte Ant-
ver.

incipiam. Vbi aliquo in loco constitero id tibi significabo. Bene vale. Francofurti. Undec. die July. 1579.

T. M. O. Hub. Languetus

EIDEM.

S. P. D. Binas à te literas à paucis diebus accepi, quae mihi sunt testes tuae constantiae in colenda mecum amicitia, cuius & principium & incrementum tua in me beneficia dederunt. Utinam aliquando testari possem quanti ego faciam istum tuum erga me animum. Gaudeo quod de valetudine Imperatoris bene sperare incipias. Utinam nostrae salutis curam suscipiat ubi convaluerit, & nos ab ingentibus malis cum quibus conflictamur liberet tandem. Hispani hactenus sibi & nobis consulendi praeposteram rationem inierunt, et quicunque eos imitabuntur, hoc est qui volunt his provinciis puriorem religionis exercitium adimere in eundem scrupulum impingent. Solus Dux Andegavensis videtur affici nostris calamitatibus, & nos dignos commiseratione iudicare. promittit enim nobis auxilia, sed non sunt tantae eius opes ut multum praestare possit, nisi à fratre adiuvetur. frater autem videtur eius consilia improbare. Suscepit patrocinium urbis Cameracensis quae est ad ipsos fines regni Gallici, quae iam totos undecim menses obsidetur ab iis quos Malecontentos nominamus, nec tamen ei subvenit, licet in ea sit magna penuria commeatus quod adiget obsessos

ad

ad faciendam deditionem, nisi mature eis subueniatur. Antonius qui se Regem Lusitaniæ nominat, jam est in Gallia. Ex uarijs locis confluunt ad eum Lusitanj. Ipse regni Lusitanici Conestabilis dicitur ad eum recens venisse. Instituuntur forte deliberationes de eo in regnum restituendo, quæ haud dubie tandem in fumum euanescent. Longe fuisset facilius eum adhuc stantem conseruare quam plane profligatum restituere: quis enim iam deturbabit Hispanos ex Lusitania, cuius pacatam possessionem sunt adepti? Missa est iam ex Gallia in Angliam legatio splendidissima quæ magnifico apparatu excepta est ab Anglis. Renouatur vetus illa cantilena de reginæ coniugio & quædam admiscentur de fœdere inter Gallos & Anglos. Ego metuo ne utrique magnas nugas magno conatu agant, & hæc desinant in saltationes, conuiuia, & ludos equestres, & nihil quod ad salutem reip. pertineat decernatur. Videntur gliscere inimicitiæ inter Anglos & Scotos. Angli dicunt Pontificios irrepere in familiaritatem Regis Scotiæ, & dare operam ut ei purioris religionis odium instillent. Dolendum esset sane si depravaretur rex adhuc adolescentulus, de quo omnes optimam spem conceperunt, & cuius esse eximiam indolem omnes qui eum uiderunt, affirmant. Hæc omnia melius cognosces ex ornatissimo Viro Georgio Gylpino Anglo, quem ut bonum virum & mihi amicum tibi commendo: cui has ad te literas dedi, ut ex eis occasionem te conueniendi haberet, & tecum contrahendi notitiam. Legi scriptum Neustadiensium aduersus librum Concordiæ, cuius scripti autorem esse audio nostrum Vrsinum. Nihil meo iudicio nostra ætate est in eo

gentre

genere editum, quod sit cum illo scripto conferendum: quod haud dubie plurimum labefactabit libri concordiae autoritatem. Sturmius fortiter pugnat adversus suum Pappum, & alios suos adversarios: adversus quos nescio quot scripta edidit. Optarem optimo viro tranquilliorem senectam, sed non patiuntur eum quiescere ambitiosi Theologi, qui profecto eum non impune lacessunt. Lambertus Danaeus, qui antea docuit Genevae, jam est Leydae, seu Lugduni Batavorum, ut isti loquuntur, ubi factus est sacrarum literarum professor. Speramus etiam eo venturum Doctorem Beselinum. Habet praeterea ea schola Iustum Lipsium & Donellum Iuris consultum Gallum, viros praestantissimos. Donellus diu docuit Heidelbergae. Bene vale. Antverpiae. 24 April. 1581.

T. M. O. Hub. Languetus.

## EIDEM.

S. P. D. Accepi literas quas ad me dedisti septima die huius mensis, quae mihi fuerunt gratissimae, ut nihil potest mihi non esse gratum, quod à te proficiscitur, quem propter virtutem & constantiam in amicitia ego admiror & colo. Dolendum est adversa valetudine Imperatoris impediri studium bene merendi de rep., quod in eo ingens esse audio, in hac praesertim aetate quae ad res agendas est maxime idonea. In rege Poloniae videmus quid virtus & quid sapientia possit. Cogitur ab eo accipere leges pacis Moscus qui toti septentrioni terrori fuit, & vicinos suos impune iniuria afficit, interea dum leges

ignavi

XVI

ignavi Poloniam administrarunt. Nos hic more solito bellum potius
ducimus quam gerimus, et Gallica auxilia expectamus. Andegavensis
urget suum institutum, et dat operam ut nobis subveniat, sed rex
frater plurimum ei adversatur, nedum praestat ea auxilia quorum
spem aliquam his provinciis facere videbatur. Si perseveraverit Rex
ita agere cum fratre, ut hactenus fecit: nequaquam suppetent fratri vires
ad liberandum Cameracensem urbem ex periculo, in quo iam versatur.
Quod si passus fuerit eam in potestatem hostium devenire: amittet hic
omnem authoritatem et existimationem: et hae Gentes convertent in odium
et contemptum benevolentiam qua iam eum prosequuntur. Archidux
Matthias abdicavit se harum provinciarum praefectura, nec iam sub
scribit publicis diplomatibus, nec amplius tesseram ab eo accipiunt mi-
lites itum ad excubias. Cogitant hinc discedere, quando per Creditores
licebit: multum enim hic aeris alieni fecit, quod non potest dissolvere,
nisi ab Ordinibus harum provinciarum adiuvetur: nam non puto ipsi
sperandam esse à vobis pecuniam. Infelix princeps coniectus est in has
difficultates culpa eorum, qui fuerunt ipsi authores, ut huc se conferret,
à quibus est postea turpiter desertus. Sumus iam hic tanquam in inter-
regno: nam in publicis actionibus non amplius usurpatur nomen regis
Hispaniae: nec adhuc Andegavensis. Itaque iam habemus hic statum pla-
ne Helveticum, si tantum animi aut virtutis militaris haberemus,
quantum habent Helvetij. Splendida illa legatio Gallica rediit ex
Anglia

Anglia in Galliam. Aiunt transactum esse de nuptijs reginae & Andegavensis. Ego tamen nondum muto sententiam, nec eas sequuturas puto. Ipsi legati sunt admodum magnifice ab Anglis excepti. Comes Mortonus, qui diu administravit Scotiam, dicitur esse plexus capite. Doleo tam illustri sanguine imbui initia regni regis adolescentuli, cuius indolem ac formae dignitatem omnes mirifice praedicant. Fuit Mortonus ex familia Glacensi illustrissima, quae multos per.. Strenuissimos viros olim protulit. Fuit ea aetate quâ iam est Scotus, Edouardus Rex Angliae, cum affectus est supplicio Dux Somersetus eius avunculus, quem protectorem nominabant, cuius mortem ipsiusque regis mors statim est subsequuta. Cuperem scire an ex Italia sit reversus Doctor Andreas Paulli: & ut valeat & quid agat tuusque filius, cui omnia fausta & felicia opto. Bene vale Antwer.. piae. 27 Iunij. 1581.

T. M. O.

Hubertus Languetus.

EIDEM.

S. P. D. Eodem tempore plures à te literas accepi, & quae posteriùs erant scriptae antevenerunt priores quas attulit Dns Georgius Gylpinus Anglus qui ante paucos dies ad nos est reversus, & humanitatem tuam erga se valde praedicat: pro qua te habeo libi.. gratiam. Nos hic altum expectamus adventum Ducis Andegavensis, qui valde lente festinat. Recepit sub initium huius

mensis

mensis suas copias in Suessionibus. Conscribebat in Germania ad mille Equites, qui sub hoc tempus fore in eius castris credebantur. Sed ij qui nomen suum militiæ dederant, fidem non præstiterunt. Cuorum Cul-pa id acciderit ignoro. Cameracensis urbs grauiter premitur ab ijs qui eam obsident, & nisi mature ei subueniatur, cogetur facere deditio-nem, aut saltem cum hoste transigere: quod si acciderit, amittet An-degauensis apud hos homines omnem authoritatem & existimationem, cum certo promiserit se subuenturum Urbi, & ea jam totos duodecim menses obsideatur, ita ut dicere non possit sibi defuisse tempus ad col-ligendum copias. Agitur adhuc de fœdere inter Gallos & Anglos: & ob eam rem missus est in Galliam a Regina Angliæ Franciscus Wal-syngamus Vir magnæ dignitatis & authoritatis apud reginam. Huic fœderi ut audio prætexunt patrocinium regis Antonij profugi, quem antea scripsi peruenisse in Angliam. Protrahitur quidem illa actio de fœdere, interea tamen instruuntur classes & in Gallia & in Anglia, & quæ instruitur in Anglia, futura est ualida & breui soluet. Cre-do ingentes illas opes quas secum attulerit Drakerus ille, qui re-cens orbem terrarum circum nauigauit impellere Anglos ad talia consilia, & plerosq. eorum sperare, se habituros eundem successum, quem Drakerus ille habuit, quem reuersum in patriam Regina orna-uit dignitate equestri, & ei duas aut tres naues donauit. Hispani sunt admodum ei infensi: nam non solum ipsorum opes rapuit:

Sed

sed etiam ad defectionem concitavit populos, qui subsunt eorum im-
perio, & multa quae ipsi voluerunt ab alijs gentibus ignorari ipse
aperuit: & inter reliqua fretum Magellanicum posse facile pertransiri,
nec ab utraque parte esse septum ingentibus rupibus, & importuosum, ut
nobis persuasum esse voluerunt Hispani, sed statim ubi quis est
ingressus plures parvas insulas occurrere quae navibus tutam
stationem praebent adversus quoscunque ventos. Rex Hispaniae
instruxit etiam classem ad ostia Tagi, quae inde solvit decima
die superioris mensis. Putatur innavigatura insulas Cassiterides, quas
jam Açores nominant Hispani, quae fuerunt sub imperio Lusita-
norum. Earum praecipua quam Terceram nominant, respuit im-
perium Hispanicum. Lugduno huc est scriptum Ducem Sabaudiae
intulisse bellum Genevensibus, sed quam ob causam id ab eo factum
sit non scribitur. Ego metuo ne Helvetij inter se committantur.
Fuit apud ipsos per hyemem Episcopus Vercellensis, eo missus à Papa,
qui serio dedit operam ut id fieret. Bene Vale, & scribe quae
habes de Simoneo: Nam hic de eo audimus mira, sed incerta.
Antwerpiae 15 Augusti 1581.

T. M. observantissimus
Hub. Languetus. I

II Generoso & omni literarum genere Ornatissimo
Viro, D. Andreae Duditio Sbardellato &c. Do
mino & fratri observando

Gratiam

*

Gratiam & pacem a Domino nostro Iesu Christo. Binas tuas literas Vir ornatissime, simul mihi reddidit D. Threlius noster, utrasque tum excellentis doctrinae, tum singularis in me cuiusdam beneuolentiae plenas. Dicam autem ingenue quid mihi usu uenerit cum priores illas tuas perlegerem. Ubi in eam epistolae partem incidi, in qua immodica profecto ea de me praedicas, a quibus quam longissime abesse me sentio, putaui errore factum esse ut literae alij cuipiam scriptae mihi inscriberentur. Postea uero ubi ex alijs signis cognoui uere hoc tuum esse de me iudicium, tam enim gauisus a tam laudato uiro laudari me, quam aegre tuli eum me non esse qui tuae de me expectationi ulla ex parte respondere possim. Etsi uero tantarum rerum sponsorem appellare me iure non potes: nolim tamen te diutius in tanto errore versari. Exiguus uel potius nullus est Beza, quem tu tantum esse tibi persuasisti. Is tamen quantuluscunque est, amore se uinci nunquam patietur. Cuius rei testimonium ac ueluti pignus ad te mitto, quandoquidem te uideo nostris lusibus delectari, descripta quaedam ex nostris poematum libellis, quod studiorum genus quum iam pridem certo animi iudicio, quod mihi iuuenis multa neque recte cogitata neque Christiane scripta excidissent, penitus omisissem, repetere me tandem, animi relaxandi causa, cogit ista maledicorum quorundam

improbitas, qui mores meos ex fictis istis lusibus idcirco metiun-
tur, quod alioqui, Dei gratia, nihil aliud inveniunt quod in an-
teacta vita mea probabiliter reprehendant: neque interea vident,
se illa in me reprehendere, quae in aliis virtuti ducant. Cuius
enim eorum qui apud ipsos poeticen colunt, aliter scripsit?
Spero autem me et haec et alia putidissima mendacia ita refu-
taturum, ut et bonis omnibus satisfiat, si qui fortasse nonnihil
inde malae de me suspicionis hauserunt: et omnis istiusmodi
conviciorum turpitudo in ipsorum caput redundet. Video enim
te, cuius iudicium merito plurimi facio, et alios etiam aliquot
ita mihi faciendum esse arbitrari, quum alioqui portentosa
ista convicia semel potius aspernari, et honestae potius vitae
testimonio, quam ullis scriptis refellere decrevissem. Cur autem id
ego nunc non praestiterim, quod alioqui triduo fieri potuit,
in causa fuerunt tum alia quaedam magis necessaria, tum eti-
am illud quod triduo post tuas mihi redditas literas, pestis
quartum iam mensem apud nos sensim exardesceret, ex im-
proviso correpta ex ancillis meis altera, domo excedere me
abruptis omnibus cogitationibus, librisque relictis etc. coegit.
Ab eo tamen tempore bene habui, Dei beneficio, cum familia
universa: et confido fore ut contagio non serpat longius. Sin
minus

minus, mali tamen nihil evenisse meis aut mihi statuam, etiam si
nobis nunc moriendum sit, hoc praesertim tempore, quo non admodum
jucunda bonis vita esse potest. Sed haec omnia quae tristiora erant, ma
lo ex D. Thretio nostro cognoscas —. Ad propositam autem quaestio
nem seorsim respondi. Superest, Vir ornatissime, ut quod Papatum
honesto ac Christiano contracto matrimonio ejuraveris, quodque te
Ecclesiae conjunxeris, id, inquam, & tibi nunc iam regnum caelorum in
gresso, & ipsi Ecclesiae, cui te singulari futurum ornamento confido,
ex animo gratuler. Etsi autem, quum ipse, Dei beneficio, sapias,
mea cohortatione non eges, tamen admonere te pro mea in te obser
vantia visum est, ut assidue mediteris crucem & Evangelium res
esse prorsus cohaerentes, ac proinde iam nunc apud te constituas
nihil esse tam grave, quod pro Christi nomine, si quidem ita volet, tibi
non sit ultro subeundum, et forti, adeoque exultanti animo perferen
dum. Indixisti enim bellum Satanae & mundo, adeoque tibi ipsi,
quum in Christi castra transires. Nullus autem horum est hostium,
qui non plane sit formidabilis. Sed omnia possumus in eo qui po
tens est, atque adeo qui iam omnes illas tenebrarum potestates nobis
superavit, qui mundum nobis vicit, qui seipsum sanctificavit ut
& ipsi in eo sanctificaremur, qui denique nullum unquam eorum quos
pater ei dedit, foras ejiciet. Velim autem & illud cogites, tum

esse

esse purissimum Christianismum qui sit quam simplicissimus, ac proin de nulla esse magis noxia ingenia quam curiosa illa et profana quae publica testataque Ecclesiarum orthodoxarum Confessione non contenta novas sibi et peregrinas opiniones fabricare, et seipsos aliosque turbare, inquirendae Veritatis studium falso praetexentes non desinunt, quos egregie passim Apostolus in primis autem altera ad Timotheum epistola depingit. Sed quorsum haec apud te? Dabis igitur huic amori nostro veniam, Vir Ornatissime, et quum enim esse me tibi persuaseris a quo possis in doctrina salutis iuvari, ita me utaris ut eo qui tuus sit et Xenoti et [illegible]: Hoc enim certe mihi nihil facere gratius potes. De Henrico nostro Stephano non est quod labores, ut qui ne aegrotarit quidem, nisi levi interdum febricula. Is totus iam est in illo suo thesauro cumulando, quem spero nos proximis nundinis plenum habituros. Bene Vale Vir eximie. D. Jesus omnibus suis donis magis ac magis te cumulare pergat, tibique et suavissimae uxori, ac filiolo, quo te auctum esse scribis assidue benedicat. Collegae mei omnes valent, Dei beneficio, ac te nostrum salutant. Genevae. Cal. Septemb. 1568

Tuae observantiae addictissimus
Theodorus Beza Vezelius.

Generosiss. & Ampliss. Viro D. Andreae Duditio
Caesareae Maiestatis Consiliario, et apud Polonos
Legato et domino mihi plurimum observando.

× S. Beauit me D. Threlius noster, cum ea mihi de te nunciaret, quae semper optaui & speraui. At tu, quaeso te & obtestor Praestantissime Vir, imo etiam si hoc pateris per illam nostram neque adeo felicibus initijs coeptam amicitiam rogo, ut hic consistas: & si qua de re ambigis, quid nos facias potius quam istos ancilas, de quorum furore & amentia dubitare iam te non puto. Caeterum nescio an ad te peruenerit epistolarum mearum libellus. Eum autem siue iam vidisti, siue deinceps videris, peto a te maiorem in modum ne quid te offendat quod tibi inscriptam epistolam ediderim, in qua tecum de notis Ecclesiae discepto: neque id alio consilio a me factum interpreteris, quam ut hoc quoque mutuae nostrae συμπνοίας testimonium extaret, & huius argumenti explicatione piorum studia non nihil adiuuarem. De rebus autem nostris omnia plenissime ex eodem Threlio nostro cognosces. Bene vale Vir ornatissime & nos quod facis, ama. Argentinae VI. Septemb. 1574.

Amplitudinis tuae obseruantissimus
Th. Beza

EIDEM.

× S. At tu velim Ornatissime Vir, huic amori in te meo ignoscas qui quo magis te diligo, eo auidius literas tuas expeto, quantum quidem occupationes tuae ferunt. Nolim enim ego in publica commoda peccare, ut mihi priuatim indulgeam, quae res etiam facit ut tam paucis tibi rescribam. Rerum n. nostrarum atque et Gallicarum statum

plenissime ex Threcio nostro cognosces. Quod superest, Deum opt. maximum precor ut in tanti momenti praesertim negocio pia sanctaque consilia tibi suggerat, quibus etiam pro sua bonitate benedicat. D. fir lejum scito à me summopere diligi, adeoque propter summas multas virtutes observari. Quod si quem praeterea mihi commendandum putabis, velim tibi persuadeas, omnia me ipsius causa facturum. Bene vale, & mutuo me dilige. Geneuae VII Octobr. 1575

Tuus Beza

EIDEM.

S. Spero literas meas ad te iampridem peruenisse, quib. ad tuas postremas respondi. Nobilibus autem istis dominum redeuntibus facere non potui quin has rursum ad te darem. De rebus nostris versamur etiam nos in incerto: neque id mirum videri debet quum tam multis simus exosi. Sed bene est quod hostes cum ipso Deo communes habeamus, qui suos deserere ne velle quidem potest. Fiat igitur ipsius voluntas, sive vivendum adhuc nobis est inter mortales, sive jam nunc ad immortalem illam vitam transeundum. Ad Gallicas Ecclesias quod attinet, specie quadam pacis fruentes sese utcunque sustentant: reliquae regni partes sunt ita iam afflictae, ut neque vitia iam sua neque remedia pati posse videantur, breui procul dubio totius corporis disiectione secutura. Hanc autem ruinam quum sit necesse tantam rerum pene omnium mutatione consequi, quanta non euenit à Caroli Magni temporibus: Utinam

viri ssim

uicissim nos Dominus ea sapientia instruat, & ea patientia confirmet quae ad tantos sustinendos impetus requiritur. Bene Vale Vir ornatissime. Dominus Iesus te & tuos feliciter servet, tibique magis ac magis benedicat. Genevae. 23 Iunij 1578 Tuae praestantiae deditissimus Theod. Beza.

II Nobili, Amplissimo & sapientissimo Viro: domino Joanni Cratonj à Craftheim: Caesareae Maiestatis archiatro: domino & patrono suo observando.

Egone tibi offensus sim: qui abs te multa & magna beneficia accepi? aut tune me conferendis tuis beneficijs offenderis? Oro te ut desinas vel male suspicari, vel sine causa vererj.

Quod vero mihi consilium das ut ab istis negocijs abstineam, & otium mihi comparem: quid istud aliud est quam prudenter consulere: & amice adesse? Atque tibi gratiam habeo qui consilium tuum sequi non possum in hoc tempore & in hac causa: ac si facerem id ad quod tu me hortaris.

Quod autem hanc causam inimicis meis non possum concedere: causas multas habeo. Primum enim nullum negocium mihi est: causam semel susceptam defendere: & veritati & puritati doctrinae adesse contra homines: ut uno verbo eos nominem: barbaros.

Atque etiamsi religio atque doctrina me non impelleret: & eam vel dissimulassem vel adhuc dissimularem ut multi faciunt: tamen turpe

turpe esset eos deserere qui meas partes in schola & in repub: de-
fenderunt: neque desinunt defendere.

Omnium uero maxima causa est: istorum hominum crudelitas in
condemnandis Ecclesijs exteris: & in hac crudelitate, indocta & impia
superbia.

Quid enim superbius quam contemnere authoritatem primae et antiquae
Ecclesiae: Clementis: Origenis: & similium talium Virorum. mediae
etiam Ecclesiae purioris: Cyrilli: Augustinj. et hi ipsi unum atque alterum
nostri huius extremi temporis sequuntur: contemta tota atque reiecta
antiquitate. atque omnia ista cum tanto contemtu & iniuria: quia lace-
rant optimum & literatissimum Philippum Melanthonem.

Non dico exaggerandi causa. res ipsa loquitur uerum esse Manichae-
os sequuntur: et ut ueram sententiam doctrinae sacrae obnubilent:
autoritatem Bibliorum: ut Manichaej faciebant: abijciant. et me ri-
dent qui motus exemplo Paulj ad Moysen ipsos reuoco. Sunt au-
tem eiusmodi in Exodo & caeteris libris Mosaicis & prophetarum
sine quibus doctrina duorum Sacramentorum Baptismi & Caenae
Dominicae neque intelligi potest neque defendi

Usque adeo otiosi sunt in hac quaestione: Cur sacramentum man-
nae de caelo descenderit. cuius enim rej istud certius est indici-
um & typus. quam Christi mittendj a patre in terram & in

Uterum

Uterum sanctissimæ Virginis: Christique descensurij: ut nasceretur et moreretur pro mundo? Et noster panis ex frumento confectus & è tellure natus: fractusq. manibus hominum: & huic Sacramento consecratus: nonne typus est Christj adscensurij è nobis, & à terra ad cœlestes suas sedes? tum cum apostolis panem Ecclesiæ frangeret, quod Sacramenta instar esset Christj moriturj resurrecturij adscensurij super omnes cœlos & supra omnes creaturas.

Multa præclara sunt mysteria in his duobus sacramentis: quorum vera sententia ex Moyse et prophetis quasi ostenditur & prope declaratur: ita ut umbra patrum nobis lumen sit in hac caligine nostri seculj & nostrorum dissidiorum. et nullam aliam ob causam rejiciunt Moysen interpretem in hac quæstione de Cœna Dominj, quam ut Ubiquitatem suam defendant. & ut probent Christum sine corpus Christi in cœna & in pane esse: ubique illud esse adseverant: cum patrum sententia sit Spiritum sanctum non esse in omnibus creatis. sed super omnia creata. Velim istud argumentum mihj ab illis refutarj. Et alia habeo quæ nondum à me legerunt. Et ego hanc causam Ecclesiæ desererem? & Christi crucem propter hos barbaros & horum crudelitatem atque saevitiam non tollam? non Christum meum sequar?

In Poloniam potius proficiscar si Imperium me ferre non poterit: quam ut hanc causam susceptam non persequar.

Sequar tamen consilium tuum quoad potero: si a Sacra Caesarea Maiestate obtinere possem diploma ad iudices Camerarios & praesidem huius iudicij: quo illis mandetur: ut hanc causam inter Magistratum meum & me natam componendam committant duobus Baronibus: Domino Baroni Polwillano & D. Baroni Suendiano. Et credo etiam istud placiturum Senatui nostro. videtur enim nescio quid uereri: quod toto anno obtinere non possum ut mihi respondeat. Gratissimum feceris si hanc petitionem meam ad Baronem Rumpfianum, & ad Baronem Dietrichsteinium, si ita videbitur scribes. quem quoniam mihi conciliasti: addam etiam hanc gratiam superioribus omnibus gratijs: quas dum viuam tibi semper habiturus. Vale mi Venerande patrone. Northemij tertia Novembr. Anno 82.

Tuus totus: & omnino
Joan. Sturmius.

Mitto tibi sententiam petitionis meae quam in epistola mea ad te, mi D Crato intelliges. Quid vero nunc contendam: scribo ad Monauium. Cura in re vestra ut ipsum adiuues in mea causa explicanda. Adiuuabis autem me plurimum, si ad amicos, quos in aula habes, scribas. Ego puto rem impetratu non esse difficilem, si te adiutorem habeam de cuius beneuolentia & voluntate erga me non dubito. Vale Vir clarissime & nobilissime. Northemij 18 Novemb. 82

Tuae dignitatis studiosissimus
Joan. Sturmius.

Nobili clarissimoque Viro; Dn Danieli Printz,
Consiliario Caesareo &c Domino cumprimis obseruando
Vratislauiam

Metellus Princio S. Ab hinc circiter mensem, tibi misi Epithalamium, quod à me sedulo petisti. In quo, cum natura mea, à Poesj satis aliena, ut tibi satisfacerem acriter contendj. Si non probabitur doctis, eum Vulcano trade. per me enim licet. Postremae tuae litterae, datae sunt Augustae, dum discederes. Tibi miseram quandam Elegiam meam in Asinos artium proculcatores, pictura expressos. quam exorist, inuito prope, pictor. Sunt versus quales reliqui mej; hoc est, inepti: res tamen narratur. Vna misi litteras tibi, ad Caesarem: & ad Hermannum Cardinalis Madrucij Secretarium; quas ej tradj, mea intererat. An ante abitum tuum eas acceperis; an ei vero postea miseris; scire cupio. In postremis illis tuis, adgnoui tuum erga me amorem; ex epistolae, ad Trautsemium, exemplo. Talem statim ad eum scripsi. nec tamen quidquam respondet. A Calendis Februarijs, hactenus; singulis octiduis, diligenter ac fideliter scripsi Caesarj. nec puto quemquam, hinc certiora monuisse. Inserui etiam nonnumquam, quem ad modum volebas, iudicium de rerum statu meum; sed paucis. An displicuerint, haud equidem scio. Certe, si non improbantur; aequum erat, vel semel, litteras ad me dari à Caesare. & honorarium, quod es mihi pollicitus, mihi curarj. Peto igitur abs te: ut me, ab hac molestia

libres

liberis; scriptis ad eos litteris, ad quos haec res pertinet. Causam ad-
ferre potes; quod tuo iussu, hoc munus obeam. neque quemquam
suis stipendijs militare. Promisisti te, cum istic esses, mihi cura-
turum, Tabellas terrae sigillatae legitimas, nec adulteratas. Si feceris;
gratum erit munus. Urgeor enim à familiari quodam meo, Veson
tino Medico; quod earum ei spem feci. Si multas mittes, refundam
pecuniam. Audio; in vestram Aulam, ex Thracia & Graecia, legato-
rum ad Turcam opera, ad vos importari plurimas quotannis. Jsem
bardus, qui recens Lutetia huc redijt, mihi narravit se ibi vidisse
Ephemerides, ad annum usq. sexcentesimum: & singulis annorum
conversionibus, praedictiones adscribi. praeterita recte hactenus indicata.
Auctorem esse vestratem, ait. non Leovicium Cyprianum; sed Sile-
sium. Scire nomen cupio. & ubinam, & a quo, tum quando sint editae.
De Coloniensium Rep. mira sunt, quae narrentur. Audisti, ni fal-
lor, quae de Calvinianis concionibus urbi proximis, perscripta fue-
runt ad Comitia. Jlle principium fecere, nimis molitus. Bavarus
enim; ex illis Comitijs, huc, per celeres equos, secreto venit. Cum Cano
nicis Comitibus, arcana quaedam tractasse dicitur. nimirum de depo-
nendo ab Episcopatu, Electore. & sibi multorum suffragia procurasse.
Redijt deinum, ad Caesarem; per equos celeres. Causas cur amorum
dns

dus sit, secum, testatus ferre putatur. Haec res, magnas suspiciones Electo
ri creavit. Propterea: pridie Nonas, Bonnam venit; cum quadringentis
peditibus, & ducentis equitibus. eaque potitur. Arcibus porro omnibus, impo-
suit praesidia. Vectigalia Rhenana, cepit. Importari quidquam Coloniam,
è suis ditionibus, prohibuit. Canonicorumque bona detinet. Clerus; con-
silii inops, metu percellitur. Urbs, omnium civium delectum haberi iussit.
& armari omnes, promiscue. etiam exteros. Harum actionum unicus
hic est scopus: ut Elector se deponi nolit. Si tentetur; nam Pontificem
illi fulmen minitaturum; procul dubio prae foribus est bellum. Ru-
mor est: Alenconio, qui haec per suos emissarios excitat, foederatum
ac Bremensi, & Archiepiscopo Brandeburgico; atque Saecularibus, quos vo
cant, Electoribus. Ac seorsim; Joanni Nassauio Comiti, Halpensi,
Benthemio, Vedano, Ludovico Vitgenstenio. & aliis multis. Et, quod
caput est, Agnetem Mansfeldicam, velle in uxorem ducere. & nihilo-
minus; suprascriptorum exemplo, Archiepiscopatum retenturus est.
Eius in re; à Protestantibus, & Belgis, iuvandus creditur. Haec;
undique circumferuntur. Et Comites iuvenes, fortassis uxores ambi-
unt. Salmensis Electori haeret. eique strenuam operam; cuius
Agnes consanguinea est. navat. Praestaret; Bavarum, ab incepto
desistere: ne Respublica perturbetur. & Caesarem inire concordiae rationes.
Vereor equidem: nisi hoc dissidium componatur; ne pereant totae
istae

istae provinciae & una in iis Catholica Religio. quam nos tamen, pro virili defendimus. ea videlicet, ad cupiditates nostras, abutentes; et seditionum obtegentes. Non desunt etiam multi; qui optant tumultus, ut reliquos praeda exponant; & ex aliorum calamitatibus, lucrum quaerant. Et ad haec omnia, praetextus & clypeus utrinq. Religio. Alenconius nihilominus, fertur se, totum prope, amoribus, & ludo palmario, tradere; adeo secure degit Antuerpiae. Locchemio obsesso succurrit. Francus miles, ingressu in Belgium prohibitus, ad hiberna retrocessit. Parmensis, proditione capta Lira, nihil praeclari admodum gessit. Habet exercitum, circa Ninovium. quod deditione cepisse modo, & Lichirchum scribitur. Diestum misit Carolum Mansfeldium, & Allipennium; ut id obsideant. Ipse, fortassis Bruxellam oppugnabit. Cives, omnes pagos, & arces undique ad aliquot milliaria, incenderunt; ne quid ei relliquum sit. Plurima naues hoc mense; una cum mercibus & mercatoribus, ex Anglia, Antuerpiam soluentes, submersa sunt. Octodecim Turcae; Graeco habitu, Antuerpiam appulerunt. quorsum; nescitur. Nam; mercium nomine eos venire, fictus est. & omnia scelerata nunc hostes conantur. Salsedo francolispano; qui Alenconio & Auraico venenum propinaturus dicebatur; caput, Lutetiae, amputatum; sententia lata & per Henricum, Alenconio missum; discisso in quattuor partes corpore. Antonius; Torceram

munit

munit, omnibus rebus, quae ad bellum pertinent. Illustri Viro Eruditiss. & humanissimo doctissimoq; Monavio, salutem plurimam. Vale X Cal. Decemb. ∞D. XXCII. Colonia. Ninovinum Flandriae venit in potestatem Parmensis deditione decimaseptima Novembris. Gasbechinum denuo cepit. Obsidet Alostum & Diestum. Vale.

## II AD Ioannem Metellum V. CL.

Mons.r Vous me mandez de vous escrire le trespas de n͞re amy Mons.r Languet, ce que n'ay voulu laisser comme en passant, ne me permettantz mes affaires pour asteures de le faire à loisir. Quelques quatorze iours avant sa mort luy vint une fiebvre tierce qui n'eut, que troix paroxismes, Toutesfois depuis il ne se porta jamais bien, mais alloit tousiours trainant, iusques à tant qu'une fiebvre continue & maligne le mit au lit de sa mort, La quelle le travailla sans relasche ny apparence de grand changement. Les Medicins les Docteurs Joseph Michaely & Schopperus, qui le visiterent durant ceste maladie, le firent saigner qui sembloit luy ~~donner~~ bailler quelque soulagement, qui toutefois ne dura gueres. Ils estoient aussi d'opinion qu'il prist medecine, mais luy qui abhorroit naturellement de cela, n'en estoit point d'advis, mais voulut attendre le septieme iour pour voir crisin morbi. Cependant ils

ils ne laisserent jamais de luy donner & mesler en ses bouillons
et potages, quelques decoctions, pour le desalterer. Le sixieme jour
le venant voir avecques les Medicins, & discourant de sa maladie,
il parloit de prendre quelque Mezuacan, qui estoit le remede, du-
quel il se servoit volontiers en ses maladies. Mais les Medecins
l'en deconseillerent pour sa foiblesse. Le septieme iour demeurant
en ung estat plus foible, que de coustume, les Medicins tant pour sa
disposition, poulx, & urines firent mauvais iugement, ne faisans
toutefois de rien semblant devant le malade. Mais luy se sentant
foible, voulut scavoir d'eux l'opinion quilz en avoient, La quelle
pour ne troubler le patient, ilz communiquerent à son hoste, le
s[r] Louys Malepart, qui l'en advertit par sa femme. Ces nouvel-
les de luy entendues, apres quelques gemissement et souspirs à
Dieu, il receut sans aultre changement, se remettant volontaire-
ment entre les mains de Dieu. Le lendemain il se leva, & entre
en son contoir serré la porte sur soy, Et y aiant demeuré quelque
peu il sort, portant une chaine d'or qu'il avoit en son mouschoir
et s'estant mis au lit, Une damoiselle avecq le mary de la quelle
(qui estoit absent) il avoit grande accointance, La venant voir
il luy dit, qu'il pensoit, que Dieu le retiroit chez soy, Et que
pour

species Ra-
dicis

Jean Viviang
qui carmine
vertit Eule-
nasten

pour la souvenance de la bonne et estroicte amitié, qu' il avoit eu
avecques son mary il desiroit qu' elle print ceste chaine de sa main.
L' apres disner, moy estant venu le voir, demanday comment qu' il
se portoit; il dit qu' il pensoit mourir, Et me va faire un recit
fort pertinent de son mal, de la diminution, de son poulx, foiblesse,
et signes infallibles de sa mort prochaine, avecques une voix si
asseurée et si haulte, comme s' il n' eut rien eu. de sorte que ie l'
admonestay parler plus bas, Il me dit que rien plus ne le fascheoit
et que son mal avoit perdu son sentiment. Comme une passoit
par la maison, menant grand bruict d' arquebuzades, il dit tout
en riant, Voila une belle musique, pour les malades, Mais tout
cela ne me fasche de rien. Moy le voyant en ces termes luy
vay dire, que je ne doubtois nullement, qu' il n' estoit resolu à ce
qu' il plairoit à Dieu d' en ordonner, et que de faict luy qui estoit
homme d' Experience n' entendoit que la mort est bienheureuse, pour
ceux qui meurent en une ferme esperance, & que la vie estoit plaine
de miseres, & nulle apparence d' avoir mieulx que la passée.
Sur ces parolles il rasserena le visage, & dit avecques une conte-
" nance asseurée: Ouy vrayement ie meurs volontiers, & de si bon
" cueur, que si i' alloys voir mes amys; Le monde est remply de
" desloiaulté: Il n' ay a plus nulz princes vertueux au monde.

Et sur cela il allegua trois ou quatre exemples, que respect me fait taire. Apres il entre un peu en discours, & demande plusieurs choses, tant publiques que particulieres, tenant tousiours ses facons de faire coustumieres, Mesmement portoit soing de caresser les amys, come de coustume. De testament, il n'y a point faict, mais auoit commandé luy faire venir ung notaire pour le Sammedj du matin, pensant encores survivre ceste iournee. Je luy offris compagnie de nuict, qu'il refusa, disant quil n'en estoit point besoing: Aussj ie n'insistois pas, autrement, ne pensant point, qu'il passeroit si tost. La nuict, qui est entre le Vendredj & le Samedy il passa en continuelles prieres, vers Dieu, iusques à tant qu'il rendit sa bienheureuse & saincte ame à Dieu, dont il l'a eue entre les troix & quatre heures de matin, sans jamais tant soit peu auoir perdu la memoire, ou la parole, Mais continua tousjours en une mesme estre, de sorte que sa maladie seruoit d'exemple aulx aultres, & sa mort sembloit plus tost, ung congé pris de ses amis, qu'une mort que le monde craint tant. Il fut enterré le dimanche le premier de ce mois l'apres disner à quatre heures. Le corps fut accompagné pour la bonne memoire du defunct, par tout le magistrat de la ville, & ses aultres amys, aux Cordeliers. Voila en somme ce que me demandez. Ses memoires & coffres

coffres ont esté incontinent tous cachetez par commandement du Prince d'Orange, pour quelques papiers d'importance, qu'il auoit eu entre ses mains. Monsieur Metellus, je vous eusse remis, de vous escrire par ung aultre fois, n'estoit que je craignois vous offencer, aimant mieux vous escrire en haste une lettre de toutes pieces, que vous escondnire vre requeste. Apres mes humbles recommendations je prieray Dieu le Createur

Monsieur vous auoir en sa saincte & digne garde. En Anvers ce 11 d'octob. Ao 81.

Daniel du Moulin.

.:* Mortuus est Hubertus Languetus Burgundus Vir praestantissimus, Antwerpiae XXX Septembr. hora inter tertiam & quartam, post medium noctis. Sepultus Cal. VInb. in templo Franciscanorum. Anno aetatis suae LXIII .:

A Monsieur
Monseig^ur^ Le prince d'Oranges, Conte de Nassau.

Monseig^r^ J'avoy hier au soir, & encor ce matin escript à Vre
Ex^ce^ bien amplement, tout ce que c'estoit passé icy, avecq. beaucoup
de particularitez desquelles hier au soir. l'entendsis encor quelq'unes
environ le minuict au coucher de son Altèze, en espoir, que j'addresse,
roy ma lre par Mons^r^ de Selincourt, lequel m'avoit promis de par,
ler à moy devant son partement. Ce matin son Altèze à esté
mandée vers la Royne, Laquelle finalement luy à dict, que ajant
veu & experimenté sa constance & sa bonne affection envers elle,
qu'estoit contente de l'espouser & le recevoir pour mary, En tes,
moinage de quoy, elle luy à donné ung anneau pour arre de ma,
riage, de façon, que contre non seulement l'opinion mienne, mais
contre la ferme persuasion qu'en avois son Altèze, & contre ce que
tout le monde en attendoit, ils se sont promis resolutement ma,
riage. Adiouxstant la Royne, qu'elle la vouloit lors que tout
le monde en avoyt perdu toute esperance, A fin que son Altèze
sceut le gré à elle seule. Quelle ioye et contentement cela
ait causé pardeça à ceulx qui sont serviteurs à son Altèze n'est
besoing de l'escripre: Vre Ex^ce^ la pourra iuger delle meme. D'
autres

aultres enont esté ameneZ, des passions fort diverses: De ma part je suis estonné, quand ie l'ouis de la bouche de son AltéZe, mesme me souvenoit des propos, qu'il m'avoit tenu hier au soir, & moy à luy. Je croy que Mess^rs^ n'en seront pas marris, Car son AltéZe tient maintenant pour tout asseuré que le Roy ne fera difficulté de se declarer, selon les promesses, infinité de fois reiterees, & me sembleroit bon Vre Exce tient la main que lon faict par dela quelque demonstration de joye, comme j'ay asseuré son AltéZe qu'on fera dont il a receu contentement. Nous estions en toute perplexité du monde, pour le secours de Tornay: mais j'espere, que maintenant nous en viendrons mieulx au bout, si Dieu nous faict la grace, que la ville puisse encores tenir ung mois ou deulx. Iey ay aujourd'huy commencé à traicter, avecq. son AltéZe, mais icelle a desiree que Mess^rs^ de Sedam & la Pree demeurassent encor icy, jusques à ce que la responce & declaration du Roy soit venue, laquelle il attend bien tost par Mons Rinart, au cause que desià long temps a qu'il a envoie exprès, & a donne a entendre a Roy que le mariage se feroit, combien que depuis, il en á esté mis en grandes doubtes, & singulierement hier, lors qu'il me dict, qu'il ne falloit plus parler de mariage, & se trouvoit en grande perplexité, pour tirer quelque secours, ayant avecq. grande instance sollicité la Royne d'avoir son congé & qu'elle

voulsit

voulut faire tenir quelques batteaulx prestz pour son partement. J'ay aussi trouvé bon qu'ilz attendissent ung peu, Ne faisant doute, qu'ilz apporteroient toute bonne resolution. Il reste que Vre Exce maintienne par delà les affaires en estat, & sur tout que la Ville de Tournay ne perde courage. Je ne doubte pas que Dieu ne nous ayde. Qui est le endroict ou suppliant estre treshumblement recommandé es bonnes graces de Vre Exce prieray Dieu de vous donner

Monsr en parfaicte sainte vie heureuse & longue. A Londres, Le xxij de Novembre. Ao 1581.

De Vre Exce

treshumble, tres obeisant & affectioné
Serviteur
P de Marnix.

¶ A Messieurs
Bourgmrs & Eschevins de la Ville d'Anvers.

Messrs Je n'ay voulu faillir vous advertir en diligence ce que Monsr de St Aldegonde m'escript de Londres le 22 jour de ce mois sur la Conclusion du mariage d'entre la Royne d'Engleterre, & de son Altezе: à sçavoir qu'estant son Altezе le mesme jour au matin madi vers sa Mate, elle luy dict, qu'ayant veu sa constance & sa bonne affection vers elle, & mesmes que par deux fois il avoit exposé son

corps

corps en danger, passant la mer pour venir vers elle, que pareillement luy voulut demonstrer l'amour que de son costé elle luy portoit, elle estoit contente de l'espouser & le receuoir pour mary, En tesmoignage de quoy elle luy donna au mesme instant ung anneau pour arre de mariage. Or ne doubtant que ces nouuelles ne vous apportent ung grand contentement, & vous seront tresagreables, pour le bien que nous deuons fermement esperer, que ces pays en receuront, Je m'asseure aussi, que vous en ferez la demonstration de joye à ce requise qui ne pourra sans double que grandement contenter sa Ma^te. Sur quoy esperant me trouuer bien brief pres de vous: ie finiray la presente, par mes tresaffectieuses recommendations a voz bonnes graces, Priant Dieu vous auoir

Messieurs en sa sainte garde & protection. De Gand. ce 27 de Nouemb. 1581.

Vre bien bon amy à vous faire seruice

Guillaume de Nassau.

Clarissimo Viro, & tum doctrina tum pietate praestanti D Petro Monawio S C M medico, domino & amico summe obseruando.

S. Redditae sunt tandem mihi notae illae uere tuae, id est, tum eruditionis tum iudicij plenae. addo etiam candoris tanti, ut plus culpae interdum quam par esset, amicitiae tribuisse nostrae merito uideri possis. Omnem autem modum illa tua superat diligentia, non in expendendis tantum nostris, sed etiam in Typographi negligentissimi corrigendis, quae innumera sunt, erratis abs te adhibita. Hoc uero beneficium quum ita me tibi priuatim obstringat, ut totam meum Ecclesiam comprehendat, operam dabo, si Deus uolet, ut ex proxima editione cuncti per quem ad publicam utilitatem profecerim intelligant. Deum interea precatus ut huic & doctrinae & pietati, quibus te ornatum uoluit magis ac magis benedicat. Bene Vale, Vir eximie, & nos uicissim amare perge. Geneuae, 15 Januarij, 1583: quem nouum annum tibi prosperum & modis omnibus felicem precor.

Tuus Beza.

## IOANNES CRATO, THE-
## ODORO BEZÆ.

S. Dum hic bona Dei voluntate lecto affixus jaceo, & morbo inta-
besco: saepe mihi humanissimis verbis Monavius noster salutem à te
dicit, & interdum particulas literarum vestrarum mittit, quae me solli-
citum & anxium de salute vestra, quo res sint loco doceant. Ex
animo opto & Deum precor, ut dum mundus undiq. turbatur, quietio-
ra tempora vobis concedat. Quieturum vero Diabolum in his homi-
num, qui Theologi vocantur, erroribus & furoribus, animum inducere nequeo.
Nolo quid hic fiat conqueri. De me, Christo gratia, nullam praeci-
puam querelam habeo, nisi quod interdum animi mollicies, dum enim
non satis adversus mortis metum, obfirmatum sentio, molesta est.
Animadverti summum vestrum & divinum Virum statuere, parum
de Christi cognitione certos, neq. satis in schola Christi eruditos, qui
formidinem mortis ponere nequeunt. Cum autem praecipuos pieta-
tis duces trepidasse videam; cum toties Davidis deprecationes, &
patrum terrores legam: cum Apostolos interdum infirma sententia
fuisse animadvertam: erigo me & συμπάσχειν Christum meae
infirmitati statuo. Affirmat Vester, eos non ex animi mollicie:
sed ira divinae sensu metuisse. At quotus quisq. est pius, qui non
quasi continuo se peccare agnoscat, & parvis atq. magnis peccatis

Deum

Deum irascj sentiat? Toto pectore desidero finem peccandi facere,
nec propter ullam aliam causam iuvat vivere: quam quod in isto inertis-
simo & miserrimo otio magis quam unquam alias lectio sacrarum litera-
rum dulcescit: & multa quae cognitionem meam minime consideratam
effugerunt, nunc apprehendo. Itaque ut confirmer, precibus & quantum
per valetudinem licet, lectioni incumbo. Ea quae vel domi vel
foris acciderunt, cum undique tristes nuncij afferantur, multa acerba &
adversa eveniant, modice me attingunt & retinent. Ingens
tamen bonum & θεόδοτον vitam, in qua spacium nobis cognoscen-
di Dej, atque agnoscendi & deprecandi peccata nostra, atque salutarem
migrationem praeparandj, datum, esse duco: atque cum Christus parem
& vitae adiumenta petere nos iubeat, hanc quoque desiderare mi-
nime voluntati suae adversum esse statuo. Interea orandum no-
bis sedulo puto, cum ad vitae exitum Dux noster nos vocabit,
ut animum obsequendi paratum & cupidum nobis concedat, & adver-
sus terrores divina sua luce muniat: Denique cum ipse sit vita &
lux nostra, sensum mortis & tenebrarum, atque tempestatum omnium de-
pellat. Feci quotidianarum mearum cogitationum summam. Si
quid aberrante iudicio scripsi, ut me in viam reducas peto. Saepe
tuum illud in mentem venit: Extremum vitae stadium decurrentj

maiorj

maiori sprm opus esse. Tum igr ut concedat mihi Dnx & autor Vitae Chrs precor. Bene Vale. e lectulo meo. XI Novemb. Ao. cIↃ IↃ LXXIIXC.

II Ornatissimo & Spectatissimo tum doctrinae tum pietatis Viro, Domino Johanni Cratoni S C M a Consilijs & Archiatro, domino mihi summe observando.

Gratiam & pacem a Domino. Quod de bene & feliciter obeunda morte sollicite cogitas, Vir eximie, facis quid vere pium & christianum hominem decet. Huius .n. rei nos admonet ipsa mortalitas: ad hoc nos hortatur haec aetas nullam aut certe non ita longam procrastinationem spondens: Urget etiam conscientia, quae diutius muximus, eo gravius instissimor etiam quosq. sauciens. Nam ut inquit ille hominis non satis intelligens quid diceret, alius fortassis alium, seipsum vero decepit nemo, introspiciat modo vitam suq. quid mereatur intellig rioget: Hoc denique praecipit Dominus, nisi fortassis aliud esse putamus vigilare hoc admonitus conspicuum Satanae insultum excubare. Quam sit autem gravis haec cogitatio non illorum modo exempla ostendunt ab omnibus seculis repetita, quos desperantes tristissima mors oppressit: sed eorum etiam qui mortem negligendo, minus infeliciter se morituros sperantes, sese non tam homines quam bestias esse demonstrarunt: nec multo minus eta

eorum

eorum, qui uel huius vitae taedio fracti, uel mortem esse humanae miseriae terminum somniantes, illam ultro accersiuerunt, insaniam suam eiusmodi facinoribus testati. Deniq. ab hoc errore ne illos quidem eXemerim, commiseratione tamen potius quam insectatione dignos:, qui vanissimis ab humana sapientia petitis argumentis, fefellerunt. Constanter & ipsi mortui fuisse, & alios quoque non metuendae mortis artem quandam docuisse uideri possunt. Quid igitur? nempe ut prioribus illis praetermissis, quibuscum disputare fuerit cum ratione velle insanire, de sapientibus istis dicam. Hactenus illi quidem recte senserunt, quod (ut inquit iniquissimos suos Iudices compellans Socrates apud Platonem) hoc voluerunt esse omnibus persuasum, Nihil tamen bono viro mali accidere posse, nec viuo nec mortuo, nec res eius à Deo negligi: Sed hanc certissimam consolationem ad se pertinere ineptissime collegerunt, eoq. contra artis suae praecepta in hac collectione, praetermisso quod praecipuum erat (nempe τῷ κείρονι, vel, vitiosissime & falsissime suum argumentum concluserunt. Neque mirum est hac in re fuisse hallucinatos, qui nec unde sit[+] perfecta quae sit vera virtutis idea: non deniq. qualis sit Iudex Deus ille opt. maX. futurus, quidue mors sit illa sempiterna: & quod unicum illud aduersus omnia mala petendum remedium cognouerunt. Est igitur

+ profecta mors, ne illa quidem prior in nostris libris appellata, nec quid in ea insit mali, nec +

igitur nobis omnis haec doctrina ab unico Dei verbo discenda, ut certissima cum ratione, quantumuis terribili specie sese nobis obiectantem mortem, non quidem ut futile aliquod Μορμολύκειον videre: sed tamen ut non modo non reformidare nimirum, sed etiam partim quodammodo lacessere, partim obviam collectatum constringere minime vereamur per ipsum nimirum mortis limen, ad aeternae felicitatis aedem penetraturi. Hic ego vero quid tandem ex Dei verbo erutum cogitare vel suggerere queam, quod non ultro tibi iam olim in mentem venerit? Est certe, ut audio, utriusque nostrum par aetas, idem utrique cum eodem hoste certamen, iisdem etiam armis pro singulari bonitate sua ipse rex ille noster nos instruxit. Sed te ad hoc certamen longe quam me modis omnibus instructiorem et paratiorem adesse non dubito: ut haec mihi potius abs te discenda videantur. Cum tamen ita vis, et hanc mutuam in re tanta συζήτησιν neutri nostrum nec iniucundam nec inutilem futuram arbitror; quibus meipsum rationibus confirmem in ista cogitatione in utramque partem gravissima contrueverim, sic tibi paucis explico. Mortis metum arbitror inde potissimum oriri, quod vel carissima sit nobis haec vita, cuius proinde amissionem graviter feramus: vel quod ista corporis et animae divulsio gravissimo cum doloris sensu necessario coniuncta videatur, a quo nos abhorrere natura ipsa vel invitos cogit: vel denique quod ea

ea reformidemus, quae mortem ipsam consequuntur: nec sane quicquam
in istis rebus est, quo non gravissime sapientissimus etiam & constan
tissimus quisq. possit commoveri, atq. adeo penitus deijci, nisi divina
virtute fulciatur. Quid hic igitur nobis Dominus ille noster sug-
gerit, mortem primum in sese θριαμβεύσας, ut ipsius victoriae simus
participes? nempe, non illas tantum omnibus non prorsus ἀναισθήτοις
deploratas huius vitae miserias, de quibus noster Solomon. Sane, inquit,
si annis multis vixerit homo, & in omnibus illis laetatus fuerit, recorde-
tur vero quod multi fuerint dies tristitiae, comperiet quicquid nactus est
fuisse vanitatem: Sed nobis inprimis ob oculos ponit tristissimam
illam & luctuosissimam servitutem peccati, in qua usq. adeo profunde
sumus ab ipso conceptu demersi, ut divinissimus etiam ille Apostolus,
quamvis in libertatem filiorum Dei maxima sui parte assertus: tamen ad
ravim usq. vociferetur: Non facio bonum quod volo, facio malum
quod nolo: Me miserum hominem, quis me eripiet ex isto mortis cor-
pore? Ecquis igitur Dei & recti amore vel levissime affectus, &
secum serio cogitans vivi hanc vitam sine aliqua Dei vel proximi
offensione non posse: Et hinc quidem quod brevis sit omnium huius vitae
bonorum, ipsiusq. adeo vitae usura: inde vero quas poenas vel levissimum
peccatum mereatur considerans: non optet potius sese, siquidem Deo ita vi-
sum sit, ex hac vita statim evocari, quam in peccati caeno demersum

diutius

diutius desiderem! Addidi, si Deo ita visum sit, ut peccati odium, quo pii ducti mortem moderate & ex Dei voluntate appetunt, non aversuntur, ab huius vitae taedio discernam, quo superati impii, furiose huius vitae beneficium proiiciunt. Deinde, si me mundus quidem ipse quantuscunque est conferri cum illius perennis vitae felicitate potest: quantae fuerit amentiae, inanissimi σχήματος istius mundi cum illa solida gloria commutationem ut sibi damnosam tergiversando recusare? Duabus igitur in rebus posita est prima istius aggressionis, vel potius velitationis depulsio: nempe, imprimis in miserrimae illius servitutis peccati consideratione, à qua per mortem liberamur: deinde vero in caducorum huius vitae bonorum usus tam brevis & tam incerti cum solidis illis & aeternis collatione: quod utrumque non possunt non meditari, quos Dei spiritus ab huius seculi vanitate abductos, sibi consecravit. Impios autem, quos non immerito mors perterrefacit, quis tandem solentur? At nos cum Davide dicamus:

| | |
|---|---|
| Ab his tua me tuere | At me iuvet recti tenacem, |
| Manu, bonis quos haec caducis | Tui usque conspectus beato |
| Tot vitae fovit annos. | Fulgore recreari, |
| Tu dapibus istos pasce opimis | Et hoc semel somno solutum, |
| Cum & similibus quod relinquunt | Tuo eminus vultu coruscο |
| Nepotibus supersit. | Usque satiarum beari. |

Ad illos cruciatus venio, quibus tantum abest ut fideles Dei servi eximantur

eximuntur, ut contra in eos potissimum videantur comparati, sive
nunquam delassatam impiorum in sanctos saevitiam, sive morborum qui-
bus ii quoque saepe exercentur acerbitates spectemus, alibi, non imme-
rito de impiis scribente propheta: Laboriosa caeteris mortalibus,

Istis secundo cursu vita labitur.

Istis vero incommodis sane maximis, philosophicum illud minime
opposuero, ferendum esse quod mutari nequit. Quid enim stultius est
quam aegroto dicere, ut illum laborantem recrees, immutabilem & lethalem
esse morbum, cum quo conflictetur? Neque illam obiecero non sapi-
entum certe, sed incredibiliter insanientium Stoicorum ἀναλγησίαν,
& ipsis naturae legibus, & Dei quoque opt. max. voluntati repugnan-
tem. Cui enim dubium esse potest, quin sentiri velit Deus poenas,
quibus tum hostes suos ulciscitur, tum eos quos diligit, vel explorat
vel castigat? Aliis igitur remediis hic nobis opus est, quae &
ipsa nobis unicum Dei verbum suppeditat. Hinc igitur intelli-
gimus multiplices esse causas miseriarum, quas suis à [illegible]
Deus immittit, & eas quidem omnes tum iustissimas tum nobis
utilissimas, ut si forte illas iniquiore animo feramus, tum Deo
ipsi repugnemus, tum nobis ipsis pessime consulamus. Ponamus igitur
nos ob pietatem saevissimis quibusvis mortis tormentis subiici. Quid
hic Apostolus? Datum fuit nobis, inquit, non modo ut credere-
tis

tis, sed etiam ut paterentur. Quis vero donum accipiens non laetetur? nedum ut aegritudinem inde contrahat? Itaq. merito idem Paulus memor nimirum illius Christi dicti, Gaudete & exultate, absit inquit ut glorier, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi. Etenim si fortis miles laudi sibi ducit quoduis pro Imperatore suo periculum adire, quanto gloriosius est homini Christiano, filio Dei in morte quoque ipsa συμμορφοῦσθαι? Nam si una cum illo patimur, simul etiam cum illo regnabimus. At interea patitur justus. Fateor, sed patiendo victor, aeternum illud gloriae pondus adipiscitur, prae quo nullius sunt momenti, inquit Apostolus, quantaecunq. huius saeculi perpessiones. Quod si nobis calamitates à Deo nullis etiam nostris peccatis irritato, immittantur, sicut Jobo inter caeteros usu venisse animadvertimus: quaeso, quam multa hic nobis occurrunt, unde certissimam gaudij materiam in medijs quantumuis ingentibus doloribus ~~nobis occurrunt~~, petamus! Primum .n. quam gloriosum hoc est, quod tum Deus gloriam suam fidej nostrae quasi depositum committit! nec .n. clarius ipsius virtus inter homines elucet quam in suorum patientia. Quid, quod & nosipsi in eiusmodi exploratione, quam ille sibi in promissis suis constet, ex felici probationum istiusmodi quantumuis asperarum exitu, quotidie perspicimus! Oppressio enim inquit Apostolus, patientiam efficit, Patientia vero experientiam, Experientia autem spem. Porro spes non pudefacit.

Quod

gignit /

Quod si denique offensus a nobis Pater ille coelestis, ferulam arripiat, nempe ut τὰ ἁμαρτήματα sint nobis μαθήματα, prolognum quod sic in nobis augetur peccati tum agnitio tum odium (quae duo summa maxima bona sunt) cur non obuijs manibus tantum diuinae ipsius in nos beneuolentiae testimonium amplectamur potius (quam cum benignissimo patre expostulemus? Quem enim diligit castigat. Denique ut nos omnibus omnium dolorum et aerumnarum cuneis instructa Mors nos adoriatur, septemplici inuicti Imperatoris nostri Umbone facile illam repulerimus. Etenim inquit ille, Vestri etiam capilli capitis numerati sunt: ne igitur timete. Et eadem nobis arma suggerens illius nomine Apostolus, Spes inquit non pudefacit. didicerat enim ex Dauide illud, In te Domine speraui non confundar in aeternum. Item fidelis est Dominus, qui non sinit nos tentari supra id quod possumus. Item, Scimus ijs qui diligunt Deum, omnia cedere in bonum. Item, Solidum stat dei fundamentum, habens hoc sigillum, Nouit suos Dominus. Item, Persuasum habeo neque mortem neque Vitam posse nos separare a Dei charitate, quae est in Christo Iesu Domino nostro: ut alios infinitos eiusmodi locos praeteream, quorum uel unicus prosternendae morti suffecerit. Sed hic fortasse nobis quispiam Iobum illum, licet singulare inuictae patientiae exemplum: tamen tot malis cruciatuum multitudine obrutum obijcient diei suo.

diej suo maledicentem. Respondeo, fidelem illum Dei servum in illo durissimo certamine triplicem quodammodo personam sustinere: Unam videlicet athletae sic comparati, ut primam antagonistae impressionem facile sustineat, quum inquit, Dominus dedit. Dominus abstulit, sit nomen Dni benedictum: Alteram luctatoris fortissime quidem pugnantis, sed tamen sic adversarij impetum sustinentis, ut ingentibus acceptis vulneribus quasi mox ruiturus vacillet: quo voces illae de quibus nunc agimus sunt referendae: quibus tamen aliae permixtae sunt, quae laboratam quidem fidem, nunquam tamen de gradu suo penitus deiectam fuisse testentur: Tertiam denique, Victoriam, Deo velut arbitro manifesto apparente reportantis. Ostendit igitur hoc Jobi exemplum in eo quod nunc tractamus argumento duplicitur, & quidem contraria ratione, à sapientissimis etiam plerisque, nempe, & in appetenda & in refugienda morte, peccari: Sed utrumque frenandum esse affectum quod etiam suis largitur tandem Dominus, ut neque doloribus fracti animum despondeant in desperationem abrepti, neque viribus licet divinitus jam antea acceptis, quasi nullis praeterea novis indigeant, freti, tam potentem adversarium improvida quadam confidentia lacessant. Sed quid de Elia sentimus mortem à Deo efflagitante? Certe longe priori dissimile est hoc exemplum. Nec enim suam propriam Elias ut Jobus, sed ipsius Dei causam agit, cuius contemptum, quasi iam omnia essent desperata, ferre se amplius posse negat. Hoc autem exemplo maxime confirmatur, quod

primo

primo loco dixi, nempe, non modo non metuendae, sed etiam summo cum gaudio excipiendae mortis optimam esse rationem, si diuinae gloriae amore inflammati, quam miserum sit huius vitae inter Mesechitas & Kedarenos exilium, serio nobiscum expendamus: quo etiam spectat Apostoli non tantum vox illa, velut hominis seipsum arguentis; Me miserum quis me liberabit ex corpore mortis huius: Sed hoc etiam dictum ut hominis conditionem suam minime quidem fastidientis, sed tamen ad Dei gloriam breuiore quodam compendio anhelantis; Cupio migrare & esse cum Christo: Sed nullam istorum exemplorum ijs fauerit, qui mortem esse metuendam contendunt, quam isti potius explinerunt. Essent igitur potius illis ad excusandum pusillum animum suum proferenda tum Dauidis tum Ezechiae exempla: sed haec quoque nihil illos iuuerint; non quod habuerint Patres iustum aliquid prae nobis metuendae mortis argumentum, ut Chrysostomus & alij nonnulli ex veteribus patrib. existimarunt (quod illorum pace sit dictum) sed quod peculiarem causam habuerint, cur in mortis discrimen vocati merito ad illam exhorrescerent. Quid enim aliud Dauid, tunc moribundus animo concipere potuit, quam sese a Deo non ad aeternam illam vitam euocari, sed ad diuinum horrendum iudicium citari, si prius ex hac vita excederet, quam promissis illis sibi factis esset potitus? Idem quoque de Ezechia dicendum ostendit historiae series: Ut non ipsam mor-

tem

tem, sed horrorem divini iudicij ex repentina mortis denunciatione ~~ortum~~ obortum, dicendi sint reformidasse, neq. vitae huius desiderio fuisse ad illam deprecandam impulsi, sed potius praereptum sibi instaurandi regij & amplificandae Dei gloriae tempus, doluisse. Pertinent autem ista ad tertium illud certamen longe difficillimum, in quo videlicet non tam mortis ipsius quam eorum quae illam consequuntur, consideratione expavescimus. Etenim si corporis ipsius nuper quidem omnibus vitae actionibus fungentis, mox vero in sepulchro jaciturj exanimis & in foedissimam corruptionem transiturj, sortem miserrimam animo concipiamus, quis non statim gravissime commoneatur? Neq. nobis hic succurrit ἄριστον ille λόγος philosophorum: Miserum non futurum corpus, quod & omnis statim sensus expers, & ne corpus quidem sit mox futurum. Nam huius ipsius rei sequuturae cogitatio, quod mox tales futuri simus, quem adhuc viventem non exanimet, nisi aliunde solatium petat? Hoc autem rursum unicum nobis Verbum Dei suggerit, & quidem firmissimum, quod is à Philosophis Atheniensibus derisum, & à Festo pro insania habitum. Cum igitur ex Dei verbo certissime discamus, non idcirco nostra corpora post mortem dissolui, ut vel prorsus aboleantur, vel pro demortuis alia nobis tribuantur, vel ut qualia deposuimus ac rursus moritura recipiamus, sed ut velut in fornace recocta, omniq. deposita terrena sorditie, purissima, limpidissima, immortalitate denique gloriosissima donata

nota, nobis in Christo restituantur. Ecquis tandem pius de hac instau-
ratione cogitans, illam corporis sui, non tam corruptionem quam detorsionem
non potius exoptet & amplectatur, quam ad eius cogitationem cohorrescat?
et mortem audiens suavissimo somno, & sepulchrum strato, non à stultis
et insanis, sed ab ipso Dei spiritu, prolata quoque Christi resurrectione jam
peracta, comparari, non laetetur inenarrabiliter illius temporariae disso-
lutionis adventu, potius quam velut ingruentis alicuius maximi mali com-
minatione, ingemiscat? Et mihi quidem hic vehementer placent il-
la latina Intereundi & interitus vocabula, prae graecis illis φθείρειν
et φθορᾶς. Nam haec quidem abolitionem quandam & peremptionem immedicabilem minantur: illa vero mortem nobis videntur sig-
nificare nihil aliud esse quam iter quoddam inter huius vitae cursum &
alterius melioris initium intercedens. Sed superest illa omnium
gravissima & nullis humanis viribus plane superabilis pugna, in qua
nimirum nobis est cum ipso Deo luctandum. Quid enim aliud nobis
Conscientia seipsam interrogans renuntiet, quam vel Deum nullum esse
(quod sibi nullus quantumvis impius unquam certo persuadere potuit)
vel severissimum ac proinde sempiternum esse peccatorum etiam
minimorum vindicem & ultorem. Et hic quidem placet Platonem
loquentem audire, cuius haec verba sunt lib. de Rep. primo. Hoc,
inquit, pro certo scito Socrates, quum eo quispiam proxime accessit

ut

ut se moriturum existimet, eum invadit metus & earum rerum curam de quibus antea non fuerit sollicitus. Etenim quae prius ridebat de inferis dicta, oportere videlicet qui hic deliquerint poenas illic luere: tunc demum eius animum exagitat, veritum ne vera sint: & tum ille sive senectute debilitatus, sive ut iis quae illic sunt propior factus, maxime illa pervidet: idque suspicionis & formidinis plenus, secum iam reputat & considerat, ecquam iniuriam fecerit. Itaque quisquis frequenter a se in vita peccatum fuisse comperit, formidine corripitur, saepenumero et e somno, veluti pueri solent expergefactus, & mala cum spe vitam tolerat. Ei vero qui nullius iniusti facti sibi conscius est, spes ei iucunda, & bona, ut inquit Pindarus, senectutis nutrix, praesto semper adest. Recte tu quidem Plato, nisi tu ipse paulo post. lib. videlicet de Rep. tertio, a teipso dissentiens, hoc ipsum fabulosum esse velles civib. tuis persuadere quod tamen hominum morti propinquorum mentibus eximi non posse maximo illud quidem errore, studuisti. Cum nam . n. existimare potuisti, bonis post hanc vitam bene esse, quin male quoque necessario malis esse, intelligeres! Nec enim Deus esse Deus, id est, iustus esse potuerit, nisi tam sese malorum ultorem quam bonis beneficum esse ostenderit. Deinde quem tu tandem mihi nullius coram Deo & hominibus peccati reum ostenderis! Sed age Platonem, a quo est etiam Cicero in eosdem errores Tusculana prima pertractus, omittamus. Nobis in hoc poste-

mo

mo agone cum ipso Deo pugnam esse merito dixi, qui nisi sese nobis
se ipso ~~videlicet~~ veluti superandum praebeat, actum esse de nobis faten-
dum est. Quicquid enim sophistae (tam in sese insanum quam ad alios
fallendos appositum hominum genus) de peccatorum coram Deo com-
pensatione a nobis ulla ex parte praestanda garriunt, non modo ut
falsum et ineptum, sed etiam ut in iustitiam Dei contumeliosum et impium
abominari par est. Quid igitur? nempe hoc illud est mysterium,
et iam olim in illa filii Dei cum Iacobo lucta, in qua sese servo fideli
suo quatenus voluit, vincendum praebuit, adumbratum: et reipsa tandem
in servi forma pro nobis assumpta exhibitum: nempe ut filii Dei
armis, id est, nostrae in ipso carnis ab ipso assumptae sanctitate, iusti-
tia et obedientia, perfectissimis et absolutissimis instructi, usque adeo
constitutam iram patris caelestis teneamus, ut ipse iam plene nobis re-
conciliatus, vitam quoque aeternam, ultra absolutionem a peccatis, sese
nobis ex foederis a filio pro nobis impleti formula debere, ultro spiri-
tui nostro per Spiritum sanctum asseveret. Istud vero quid aliud
est quam ipsum Deum ipsemet Deo vincere? Quid igitur nobis in morte
metuendum superest? Imo quid aliud nobis est mors, quam verae vi-
tae limen? Etsi enim mors qualis est in sese, a peccato est: et Deum
nobis ut iudicem repraesentat: tamen non idcirco moriuntur sancti
quod illorum peccatis Deus sit iratus, ut qui sit illis in filio recon-
ciliatus

ciliatus, sed idcirco potius quod vitæ illius melioris hæreditatem cernere nisi altera hac vita semel deposita, nequeant. Obijcientibus ergo nobis Satanæ & Morte peccatorum nostrorum & multitudinem & magnitudinē opponenda est plenissima pœnarum persolutio per eum praestita qui iustus pœnas dedit pro iniustis. Quod si rursus ijdem obijciant, Oportuisse nos ad æternæ vitæ adeptionem non modo non peccare, sed præterea totam iustitiam divinis præceptis comprehensam implere, id est, perfectissime Deum & proximum diligere: hic rursus eundem nostrum sponsorē illis obijcimus, qui pro nobis ex muliere factus omnem istam iustitiā absolutissime præstitit. Si denique veteris hominis nondum plane in nobis emortui relliquias ijdem illi hostes nobis proponant, quasi quod in nobis vitij superest, aditum ad beatitudinem præcludat: tertio iam illos eodem obiecto Christo repellimus, in cuius carne ex spiritu sancto concepta & pro nobis assumpta, perfectissime completa est illa omnis impuritatis humanæ abolitio, qua omnes nævi nostri obteguntur. Quod si ne toties quidem repulsi hostes desistant, & de electione nostra dubitationem nobis injiciant, ad fidem refugimus, donum videlicet electis solis proprium, & in Deo ἀμεταμέλητον. Fidem vero nostram & vivam ex ipsius effectis, quantumvis interdum languidis, id est tum ex S. Sancti testimonio quod spiritui nostro reddit, tum ex sanctificationis in nobis inchoatæ fructib. necessaria consequutione colligimus.

Est autem inter hos fructus ille quoque in hac tentatione, maximi in-
primis usus, quod si filij Dei sumus genuini cum Apostolo, fatentes maxi-
mo cum dolore: non posse nos facere bonum quod volumus, & facere malum
quod nolumus. Itaque tantum abest ut illa carnis bonum nolentis adver-
sus spiritum, sive novum hominem legi Dei acquiescentem repugnantia,
perterrefacere nos debeat velut electionis & salutis nostrae incertos: ut
e contrario certissimum hoc sit spiritus adoptionis nobis concessi argumentum.
Cur nam enim spiritus carni in nobis repugnaret, nisi nobis inesset? Quod
si inest, certe nunquam tolletur, quamvis nostrae infirmitatis vitio fiat,
ut non semper aeque sonoram in nobis vocem edat; sicut ebrijs & lethar-
go correptis accidere consuevit, qui vivi esse & mente praediti non de-
sinunt, etiamsi ad tempus neque mens neque corpus in ijs officium faciat.
Ergo, inquies, sic omnem mortis metum posse excuti statuis, quum
tamen illam ipse Dei filius, utpote omnis peccati expers, tantopere
exhorruerit, ut etiam diceretur ἀδημονεῖν? Hoc ego vero fateor,
& hoc ipsum esse dico, quamobrem Mors non sit nobis reformidan-
da. Nec enim Christus mortem simpliciter, sed cum illa horribili
& incomprehensibili Dei maledictione, omnibus omnium ab initio mun-
di conditorum & ad mundi finem usque exorituorum electorum peccatis
debita, coniunctam sustinuit, hactenus in eo quiescente verbi deitate,
ut nihil in Deo Creatore, praeter horrendum illud Dei iudicium homo ille

intueretur

intueretur, adeo quidem ut, nisi verus etiam Deus in eadem hypostasi
extitisset, procul dubio quantumvis iustus & innocens in sese, tamen sub
hoc pondere fuerit ad infimos usq. inferos corruiturus. Tristis igitur
facta est ipsius anima usq. ad mortem, ut animae nostrae in ipsa
imprimis morte recrearentur: expavit ut securi simus: denique ad inferos
usq. deiectus est, ut nos victor secum in caelos usq. attollat. Neque
tamen ignoro hanc esse carnis in sanctis etiam quibusque imbecillita-
tem, ut vix ac ne vix quidem omnem illum mortis metum possint
penitus profligare, cum Christus ipse Petrum, quamvis procul dubio non illi
benter pro veritate moriturum, significans qua morte ipsum esset glori
ficaturus, his tamen verbis compellet. Cum senueris, extendes ma-
nus tuas, & alius te cinget, & transferet quo nolis. Sed quo sit
tamen nobis aspirandum, & tota fidei contentione enitendum, propositis
istis solatijs, ostendo. Et hoc dicere non vereor, quanto minus mortem
isti de quibus dixi, rationibus, non timere didicerunt: tanto magis
nos in Christiana religione profecisse merito videri. Etsi vero nobis
infirmitas illa non aliunde quam ex fidei nostrae repugnante diffidentia
exorta, summe nobis displicere debet: tantum abest tamen ut
propterea turbari nostram conscientiam oporteat, ut contra magnam
etiam utilitatem ex hoc ipso, qui in nobis superest divini iudicij
metu percipere possimus. Nam sic quoque caro velut suis

ipsis

ipsius armis oppugnatur, quum pœnæ mortem sequuturæ formidine, malum etsi non tollatur, tamen aliquatenus cohibeatur. Nam sic Adamum Dominus etiam ante lapsum in officio continere, illa grauissima comminatione studuit: Quâ die comederitis ex arbore; morte morieris. Sunt tamen, fateor, diuersa, mortem cuius obeundæ necessitatem sic uitare possis, timere (quod Adamo ante lapsum faciendum fuit) et iam decretam et ineuitabilem reformidare, quæ nostra nunc conditio est. Sed hoc non obstat, quominus hinc nostro non tam mortis, quam effugere non possumus, quam pœnarum illam consequentium, quas facile uitare possumus, terrore magis ac magis peccatum odisse, sic quoque uelut lucem ex ipsis etiam tenebris eruentes condiscamus. Et hæc quidem nunc habui ad te perscribenda, Vir eximie, postremis tuis literis prouocatus, non quod illis egere te existimem, sed ne amici officio deessem: Quod utinam faxit Deus ille benignissimus Seruator noster (faciet autem omnino) ut ipsius spiritu magis ac magis confirmati, per istas qualescunque et quantascunque tempestates eluctati et in illum uerae tranquillitatis portum prouecti, æternum cum illo de ipsius in nobis uictoria triumphum agamus.

Hactenus manus ministri: deinceps sua subscripsit

Ignosce, quæso, mihi aliena iam manu et interdum illi apud eos coacto quibus meam obseruantiam testari merito mea ipsius manu consueui.

Hæc

Haec sunt quoque nostrae senectutis incommoda, quae meliorem breui secuturam vitam nobis renunciant: in cuius adeptione si mihi praecurreris, tibi sane inuidebo, quum tribus mensibus prior e carceribus exierim: nedum ut ulla me huius commiseratio capiat. Sed extra jocum, in re tam seria. Idem tibi et certanti et metam apprehendenti, quod mihi in eodem uersanti certamine, et ad eandem coronam, christianis non aegris, hei mihi passibus contendenti, exopto. Meum autem hoc qualecunque in te subleuando studium, interim dum a te pauca expecto, rogo ut aequi bonique consulas. Geneuae, XV Januarij, anno diuinae ultimae patientiae 1583

Tuus Beza.

## II AD D. JOANNEM CRATONEM.

S. in christo. Accepi his diebus tuas, XV Maij datas, ad quas citius respondere non licuit. Precor te melius habentem has legere, si Domino visum est in huius vitae miserijs diutius te detinere. Corporis morbos esse crucem breuem et patienter ferendam, scis, in hac praesertim aetate quae ipsa est morbus; dum modo animus non aegrotet, quo valente, corpus etiam suo tempore habebit, cum fuerit conforme capiti nostro glorioso in caelis. Non dubito autem te animi morbos vicisse aut vincere caelesti medicina illius medici, cuius languore nos sanati sumus, cuiusque carne et sanguine et spiritu nutrimur ut mortem non gustemus in aeternum, et etiamsi moriamur fruamur vivamusque;

quam

quandoquidem credentes in eum jam transiuimus de morte in uitam, & in iudicium non ueniemus. De hac ergo ualetudine animi tui non dubito: quia habenti dabitur, & fidelis est qui cepit in nobis opus bonum, idem & perficiet. Sacrae scripturae certitudinem cum Satan conatur in animis conuellere, non tantum Christiano homini & Deum timenti, sed etiam serio saltem credenti Deum esse, facile est eius impudentiam repellere. Nam scripturae ueritatem in dubium uocare, serio, re nihil aliud est, nisi in dubium uocare, An aliquid sit Deus & Religio? Si enim est aliquis Deus; aut uox prophetica & Apostolica est uera de ipso & eius uoluntate doctrina, aut nulla omnino in mundo; cum preter hanc alia nulla satisfacere possit conscientijs, in quo acquiescant quaerentibus serio, & omnes aliae religiones gloria sua Deum spolient, ac proinde idolum ab hominibus confictum & cum natura Dei pugnans in locum Dei substituant: id quod facile ostendit Collatio, & omnium non profanorum conscientia. Eloquia Domini eloquia pura sunt, ut argentum purgatum septies: Ad quem igitur abibimus, Dne, cum tu habeas Verbu uitae aeternae? ps. 12. Ioan. 6. Conuincit etiam infidelium conscientias ἐνάργεια ueritatis diuinae in scripturis. Viuus est .n. sermo Dei & efficax, & penetrantior quouis gladio ancipiti: ac pertingit usque ad diuisionem animae simul & spiritus, compaginumque & medullarum: & diiudicat cogitones

tationes & conceptiones cordis. Hebr. 4. Neq. relinquuntur in hac dubi-
tatione, quicunq. petunt se doceri & confirmari à Deo, agnoscentes & deplo-
rantes suam infirmitatem. Beati enim qui esuriunt & sitiunt justitiam,
quia saturabuntur: Justitia Dei per Evangelium revelatur ex fide in fidem.
Huic autem fundamento sive Maiori propositioni nostrae consolationis, quae
scripturae summa est; Qui credit in filium habet vitam; Minorem hanc
subiungit fides, Credo Domine, sed opem fer incredulitati meae. Atq.
hinc concludit; Ego itaq. vitam habeo, & ab aeterno ad vitam hanc electus
sum, nec me separabit quisquam à dilectione Dei quae est in Iesu Christo,
nec rapiet me ex manu patris & pastoris mei. Hic si Minorem
argumenti nobis labefactare aut eripere conetur hostis; ac tibi persuadere,
non esse in te veram fidem & conversionem inchoatam; consule cor tuum,
an vere & serio velis & cupias obtemperare Deo clamanti de caelo: Hunc
audite; & filio invitanti te ad sese, Venite ad me omnes qui labora-
tis & onerati estis, Ego reficiam vos: Et Apostolis, Deo nos precante
per ipsos, orantibus Christi nomine ut reconciliemur Deo. Cogita
an non toto pectore abomineris tanquam αὐτοκατάκριτον eum qui filium
Dei conculcat, & sanguinem foederis, per quem fuerat sanctificatus,
profanum ducit, & spiritum gratiae contumelia afficit, respondens Deo,
Nolo audire, Nolo venire, Nolo reconciliari. Scio te abominari &
exhorrescere hanc blasphemam ingratitudinem erga Deum & filium eius;
ac proinde serio velle obedire Deo mandanti & obsecranti ut statuas

ipsum

ipsum tibi propitium esse, remittere peccata, & dare vitam aeternam propter & per Christum. Cum autem cupias credere hoc firmiter & lucteris cum dubitationibus, jam actu & vere credis, iam habes primitias spiritus adoptionis, clamantis Abba pater, & interpellantis pro te suspirijs inenarrabilibus, jam habes initium vitae aeternae. Atque hoc initium est effectus proprius & argumentum nunquam fallens, electionis divinae, & amoris Dei erga electos aeterni & immutabilis. Quicunque sentiunt in corde suo, se cupere serio obedire mandato Dei, de admittendo & accipiendo, sibi oblato tradiatoris beneficio, illis est salutaris & dulcis doctrina de electione sanctorum, hoc est omnium credentium ad vitam aeternam, de certitudine salutis & perseverantiae finalis, promissae universaliter & ratae omnibus verae fidei initia & scintillas habentibus: Hic, hic sese exerit vis & usus promissionum universalium. Eluctatur enim fides ex certaminibus tentationum & dubitationum, in omnibus habentibus eam, quantumvis infirma, dum modo vera sit. Quod enim venit ad Christum, non eijcit foras, sed servat illud, ut det ei vitam aeternam: Calamum quassatum non franget, et lychnum fumans non extinguet. Ubi autem infirmitas aliquando tanta est, ut videantur sibi dubitare credentes, an credant, cum duro & igneo telo hoc petuntur animi; quid si fingas tibi fidem? Ubi sunt fructus fidei tuae? tamen, an velit aut nolit credere, qui agnoscit se debere credere, nullum hominem dubitare sinit sua conscientia: atque ita

nihilominus

nihilominus verum est Augustinianum illud, Credens scit se credere; Et Paulinum; Iustificati fide pacem habemus apud Deum. Vox igitur illa: Vellem credere sed non possum; si in ea persistitur vox hypocritarum est, blasphemiae suae contumaciae culpam a se in Deum derivare conantium. Quisquis n. non credit, aut credere non potest, is Christi spiritum non habet: Hunc autem qui non habet, nec vult nec potest velle credere & obedire Deo. Non enim sumus idonei ad cogitandum aliquid boni tanquam ex nobis. Quisquis igitur serio & ex animo vult credere, is habet spiritum Christi: & qui hunc habet, is iam credit. Qui enim spiritu Dei ducuntur, hi sunt filii Dei, in quorum corda Deus emittit spiritum filii sui clamantem Abba, id est pater. Hoc est quod etiam alias tibi dixi & scripsi: Etiam velle credere est credere. Ac semper exauditur a patre filius pro nobis intercedens ne deficiat fides nostra, cum diabolus nos ventilandos appetit velut triticum: & dat pater "coelestis" Spiritum sanctum petentibus: aperitur omni pulsanti: invenit omnis quaerens. Quin imo, accendendo desiderium sui communicat atque insinuat se cordibus electorum spiritus Christi. Inde fit, ut fides, quantumvis languida & infirma, tamen fortior sit omnibus tentationibus, & vincat peccatum, mortem, diabolum & mundum. Nec tantum de fide vera electorum accipiendum est dictum Domini; Si habueritis fidem, quantulum est granum sinapis, dicetis monti huic, Demigra hinc illuc, & demigrabit; & nihil impossibile erit vobis. Sed multo magis verum est de fide

Repugnare incredulitati est credere.

iusti

iustificante, quae accipit remissionem peccatorum in Christo. Haec enim
praecipitat montes peccatorum nostrorum, & omnium obstaculorum sa-
lutis & consolationis nostrae in profundum maris, Ut in memoriam &
conspectum Dei & omnium creaturarum nunquam veniant in aeternum. Haec
etiam vincit desiderium huius vitae & rerum mundanarum, & horro-
rem mortis. Neque ex hoc quod natura abhorret a morte, colligendum
est non esse fidem inchoatam in corde. Horrebat mortem & Christus
qui tamen sciebat omnia sibi tradita esse, & se habere vitam in semet-
ipso, sicut pater habet: & potestatem habere deponendi & resumendi ani-
mam suam: Sed in hoc horrore dicebat, Pater non mea, sed tua voluntas
fiat. Mortem ergo optabat Paulus, & optant sancti, non quia
mors est, sed quia migratio est ad Dominum, quia transitus in melio-
rem vitam, quia liberatio ex corpore mortis huius & a peccatorum sordibus,
quia complementum est quotidianae precationis nostrae, Adveniat reg-
num tuum, et libera nos a malo. Qui diligit Deum, quomodo non
vellet esse cum ipso? Quomodo non vellet cessare ipsum peccatis
offendere? Quis nisi iste est Colophon consolationis nostrae, quod Dominus
paravit nobis locum in domo patris sui, & nos assumpturus est ad se
ipsum, ut ubi ipse est, & nos simus cum eo semper? Tuis
prospectum est. Accessisti ad aetatem, quam nunc passim excedunt,
In mundo autem nihil quod delectare possit: & peiora indies exspec-

tanda sc

Horror mortis non est signum fidei plane extinctae.

Mors quatenus mors et separatio, semper horrida. Quatenus transitus in meliorem vitam, piis interdum optata.

tanda sunt: Beati ergo mortui in Domino, prius quam videant mala sequuturae. Si non omnia vis, & non ita vis, quae velle & sicut velle te debere intelligis, cogita te non debere tibi postulare sortem meliorem quam omnium filiorum Dei, in quibus, dum vivunt in terra, nunquam deest pugna spiritus & carnis. Non vetus exuitur, nisi sit crucifixus Adamus; Haec caro dum vivit, desinit esse caro. Et tamen qui resurrexerunt cum Christo, superna quaerunt, ubi Christus est ad dexteram Dei sedens; superna curant non terrestria. Crucicirca licet gemat, horreat, ringatur caro & natura in ipsis: tamen interea cor ipsorum canit, Nunc dimittis servum tuum Domine, in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum. Habes theologiam non disputatricem, sed precatricem, quam ego ex praxi magis quam ex theoria didici. Tecum itaque oro Dominum, ut corporis & animi dolores tibi leniat, ac faciat ut velis quae ipse vult, eaque tibi statuas esse salutaria. Saluto tuam coniugem, & filium, si tecum est. Nostrum oppidum nuper coepit infestare lues pestilens. Schola diffluit, Aliqui de fuga cogitant. Ego nusquam nisi ad Dominum confugere, nec possim nec volo. Quantulus est fructus amicitiae quae tantum in hac vita durat! Et quantum bonum, aeterna eius dulcedine frui in Caelo? Vale in Domino. Neustadii 25 Iunij 1582. T. Zach. Ursinus.

X ¶ Ex epistola Abr. Bucholzeri ad Nicolaum Redigerum F.

26 Reperias qui dicant Christum ascendentem in caelos non mutasse locum, nec parasse locum. Caelum ipsis est gloria caelestis. Iam ergo ex te quaero: An mihi hanc expositionem adferre liceat ad scripturae dicta? Modis omnibus inquis. Dicamus itaque: Volucres caeli, id est volucres gloriae caelestis. Caelum et terra transibunt. i. gloria caelestis transibit. Item ps. 102 Ipsi caeli inveterascent. i. gloria caelestis inveterascet. ô interpretationem. Egregium vero argumentum: Λόγος non descendit localiter. Ergo natura humana etiam non ascendit localiter. Si tantum et hoc adderet, Eneque compe... tit naturae divinae, id etiam humanae et divinae competit esse immortalem. Ergo natura humana non est mortua. Da hette allererst der hase funff beyne. Fundamentum doctrinae de cena Domini ipsis non est simplex illud et sacrosanctum ἐνδόξ institutionis dominicae: sed status exaltationis, cum tamen Cena Domini in statu humiliationis instituta sit, quod docent singula verba, nempe: In ea nocte qua traditus est: non, qua exaltabatur. Quod pro vobis traditur: non, exaltatur. pro vobis effunditur. Nam amplius bibam de hoc etc. Vide quomodo Christus distinguat praesentem cenam ab altera illa caelesti: in statu exaltationis. Et certe eadem est ratio praesentiae in Cena D., tam in prima cena, quam in omnibus reliquis usque ad mundi finem. Laboratur admodum in duabus his propositionibus conciliandis: Christus est in caelo: et: Christus est in Cena. Ergo

Ego simpliciter responderem. Fides nitens veritate verborum Domini, seu τοῦ ῥητοῦ pulcre conciliat ista duo. Quod mihi non dat corporis domini ubiquitas, hoc dat mihi verborum Domini veritas. Quid enim amplius in Sacramentis, praeter veritatem ac benignam voluntatem instituentis requiras? Verum hoc illis non satis est, quibus nihil est satis. Magis illi pugnant de suo vel aliorum, quam de Christi ῥητῷ: Cum tamen nostrum ῥητόν, etiam legitime usurpatum non constituat sacramentum; sed sit tantum repetitio primi illius & unici ῥητοῦ à Christo prolati. Ego me intra sacrae scripturae limites contineo, & una cum Paulo Apostolo assero, Panem & vinum (quibus benedicimus ex institutione dominica) esse media communicativa corporis & sanguinis domini. Non autem progredior ad ἀνατάδυτα, illa de modo. Modus Dei est sine modo, inquit Cusanus. De modo igitur non laboro, modo de exhibito & communicato corpore atque sanguine domini certus sim ex verbo Dei. Haec tibi quoque satis factura credo. Examinator ille parvulus Lipsensis defendit propositionem: Naturam divinam non esse humiliatam. Cur ergo non expungitur illud in symbolo: Qui propter nostram salutem descendit de caelo? Neget etiam λόγον assumpsisse naturam inferiorem. Certe omnium excellentissimus humiliationis admirandae gradus est, Verbum fieri carnem, & Creatorem assumere creaturam,

carneque

carnq. sibi copulare unione personali. Christi naturam hum. exaltatam esse contendunt, sed ita ut maiestas discrimen perpetuum verbis ponant, reipsa negent. Quasi vero nunc otiosa sit una divina, & proprietatib. suis essentialibus in humanam transfusis, imperio se abdicaint. Rectius meus Melanchton: Chrs e exaltatus Rex & Sacerdos, inquit, & illud officium administrat secundum utramq. naturam id est, utraq. natura agente quod suum est. Data est ej omnis potestas, scz regia, sacerdotalis & iudiciaria in Caelo & in terra, quia pater omne iudicium dedit filio. Ille nobiscum est usq ad consummationem seculi, scz, ut noster Rex & Sacerdos, interpellans pro nobis, per verbum & Sacramenta operans nobis salutaria, simul agente S. S.to & Eccliam potenter defendens, salvans & servans. Idem implet oia, scz donis regijs & sacerdotalibus & iudiciarijs: Hinc & ps: 68. & Apls Ephes. 4 diserte meminerunt donorum: Dedit dona hominibus: Item dedit alios pastores, prophetas &c. Aliud est ascendere, Aliud Regnare ad dextram patris. Ascendere est naturae creatae & finitae. Regnare est utriusq. Ascensio est iter ad regnum & solenne initium regni: sed regnum est ca finalis ascensionis. Ista duo differunt sicut iter & meta. Ascendit enim (localiter) secundum naturam hum: (ut regnet secundum utramq. Aliud item est esse ubiq (secundum alteram naturam:) Aliud

regnare

regnare ubique secundum utramque. Aliud est, Deum esse ubique: aliud habitare aut efficacem esse alicubi ad salutem etc. Et longe aliud est Deum λόγον esse ubique: aliud λόγον personaliter uniri naturae humanae. Haec ego ex Melanchthone, haereticorum parente.

Triplex vero Ascensio Christi asserta a Fabello, fulcrum est commentum. Christus in utero matris conceptus est, i. ascendit. Verbum caro factum est, id est: ascendit caro. Ergo etiam in symbolo mutemus verba: Descendit de caelo, i. ascendit in caelum. Non contrectes me, quia nondum ascendi, i. antea bis ascendi, in incarnatione & morte: jam tertio ascensurus sum: pro forma. Ascendit ad caelos, i. non ascendit, sed ascendere visus est, & disparuit. Nubes non suscepit illum, sed suscipere visa est. Non sublatus est in altum. Falsi fuerunt discipuli, qui autem in caelos oculis prosecuti sunt, & suspicientes in coelum, crediderunt esse sublevatum Magistrum suum in altum. Verum non libet plura de istis. Ex te autem audire cupio: Quomodo illa simul stent, quae illi defendunt: Naturas in Christo realiter esse distinctas: Et: Naturarum in Christo proprietates realiter inter se communicatas esse. Das kan Ich nicht verstehen. etc. xxi febr. 1583.

Reverendo & Cl. V. sapientia, virtute & doctrina praestanti D. Leonharto Krenzheim, domino & amico s. reverenter colendo.

S D. Reuerende & clarissime domine Superintendens, amice colende. Nullum ad coniungendos bonorum animos uinculum arctius est communi spiritu christi, & eiusdem de Deo fidei ac confessionis societate, ut grauissime meministi Nazianzenum dicere: οὐδὲν οὕτως ἰσχυρὸν εἰς ὁμόνοιαν τοῖς γνησίοις τὰ πρὸς τὸν Θεόν, ὡς ἡ περὶ τοῦ Θεοῦ συμφωνία. καὶ οὐδὲν οὕτως ἕτοιμον εἰς διάστασιν, ὡς ἡ περὶ τούτου διαφωνία. Cum autem solidis hisce & firmissimis Christianae amicitiae neruis animos nostros in Deo copulatos, & unum fuisse non dubitem: magnum & singulare beneficium mihi à Deo, superiori aestate tributum esse iudico, cum ex Stiria reuertenti facultatem coram tecum colloquendi & amicitiam ac familiaritatem inchoandi praebuit. Etsi enim antea pietatem, doctrinam, Virtutem, & humanitatem tuam, honorificis multorum sermonibus praedicari audiueram: longe tamen uicit praesentia famam, ac inprimis mirificum sui amorem in pectore meo accendit ἡ πάντα τ᾽ ἀνθρώπινα ἐπικοσμοῦσα χάρις ex omni sermone, uultu, gestu & actionibus tuis elucens, seu potius Sol iustitiae, filius Dei λόγος in mente tua habitans, & radios suae bonitatis, mansuetudinis, modestiae, benignitatis & caeterarum virtutum spargens. Quod igitur in Solonis Historia Anacharsis inquit: Δῶρον μέγιστον ἥκω ἄγων, ἄνδρα ξένον, φιλίας δεόμενον: id ego

Lignitia

ligritia discedens mihi gratulatus sum, quod Te amicum, Deo & omnibus bonis carum, & singulari ac heroica bonitate & virtute ornatum nactus essem. Interea etiam Homilias tuas de Cœna Domini, pie, graviter, erudite scriptas, & singulari orationis perspicuitate & puritate illustres, legi. Ac totam Ecclesiam tibi pro Controversiæ illius explicatione, adeo plana, nervosa, moderata, & ad veram pietatē in animis auditorum excitandam potius quam rixas augendas accomodata, gratiam debere iudico. Me quidem prorsus ὁμόψυχον καὶ ὁμόσπονδον habes, nisi quod in postrema pagella Brentij doctrinam de Cœna Domini, in libro fundamenti comprobari scribis. Cum totum fere librum illum ad evertenda fundamenta doctrinæ de Cœna Dñj, a Brentio usurpata, & a Lutero ~~etiam~~ primum in magna Confessione de Cœna Domini posita, directum esse appareat. Libros de scrupulis Chronologorum Argentinæ iam excusos esse arbitror, quibus, etsi multa a meis rationib. discrepantia continent, tamen præfationem addidi. Cum primum exemplaria habebo, per nobiliss. & opt. virum D Georgium a Tesmar, qui libellum de Cœna Dñj tuum ad me misit, ἀντίδωρον tibi mittam. Bene & feliciter vale, ac quod aliena manu scripta est ep̃la, invaletudinj meæ tribuito, quæ integrum fere mensem lecto me affixit. Datæ Rostochij. ἐν τῇ ἁγίᾳ πεντηκοστῇ Anno 1575.

David Chytræus.

Nobili & ornatissimo Domino Francisco à Billerbeg,
pro defensione nominis Christiani adversus Turcas
in Ungaria militanti, Domino colendo.

S. D. Nobilis & magnifice Domine, patrone colende. Initio filium Dei Emanuelem & Servatorem nostrum Iesum Christum, à cuius Genethlijs, quae aeternae salutis nostrae exordium fuerunt, Anni etiam novi principium in Ecclesia auspicato sumimus, ardentibus votis precor, ut Annum felicem, tranquillum & faustum Tibi ac toti Reip. Christianae tribuat, teq. incolumem & florentem perpetuo servet, sicut Angelorum suorum castris hactenus te clementissime in longa & periculosa à te instituta peregrinatione protexit. Ex quo feliciter confecta, salvum te ac recte valentem in Austriam redijsse, toto pectore laetor, & tibi ac mihi gratulor. Ego duas à te epistolas, priores anni superioris mense Iulio Constantinopoli, alteras proximis Calendis Octobris Viennae scriptas, non solum studij & benevolentiae erga me tuae singularis (pro qua ab opt. & nobilissimo Viro D. Ludowicio excitata & aucta, immortales tibi & illi gratias ago) verum etiam prudentiae, doctrinae & rerum gravissimarum de tota Turcici Imperij republica, & Persiae, Asiae, Aegypti & insularum maris Aegei statu, expositarum plenas accepi. Quas perpetuo apud me & posteros etiam fortasse nostros, nostrae

amicitiae

amicitia, & tuae πολυϊστορίας ac peregrinationum μνημόσυνον extabit.
Obtemperabo autem deinceps prudenti tuae admonitioni de non statim
edendis tuis aliorumue Orientalium literis: cum id non carere pericu-
lo intelligam, cuius magnitudinem adeo tragicis & atrocibus verbis
quidam apud nos exaggerauit, ut acquiescere non potuerim priusquam
de tuo in Germaniam reditu felici cognoui. Spero autem nunc tibi
non ingratum fore, quod nomen tuum superioris anni epistolae, caeteris
Budewicij & aliorum ex Oriente acceptis coniunctae praescriptum est.
Ὁδοιπορικὸν tuum proximis Viennensibus literis adeo diserte ac
copiose expositum, summa cum voluptate legi, & amicis apud nos
tuis D Janclouio, D Brunsonio, D Jenscho & alijs legendum dedi.
Bolfrasius enim in aula, longius hoc tempore a nobis, pestilentiae
metu in vicinia serpentis abest. Alioquin in toto hoc Balthico
littore Dei beneficio omnia tranquilla sunt. Liuoniam ex Mos-
chi tyrannide a Polono suis extortam esse: Is Borealem illius par-
tem, Neruam, Reualiam, Wittensteinium & alias praefecturas a
Sueco sibi restitui flagitat. Ut igitur Curetes & Aetoli, post-
quam aprum Calydonium una ceperant, postea de pelle illius bellum
gerunt: ita nunc de exuuijs Liuoniae inter reges adfines litigatur.
Sed haec & alia quae in omnibus Europae regnis geruntur, vobis istic
in aula Caesareae fastigio viuentibus, nota esse scio. In Pomerania
tua

tria Rungius propositiones edidit quas mitto. Ramelium qui ante te Asiaticas illas profectiones suscepit, in aula Danica vivere scis. Adamum à Schliben Marchiacum nobilem, recens ex Oriente cum Ducis Anhaltini filio reversum, arbitror tibi non ignotum esse. Voto tuo, pro Christiana reip. adversus Barbaros defensione suscepto, ut aeternus Deus Zebaoth benedicat, & praecingat te virtute, & manus tuas ad praelium doceat, & scutum salutis tuae sit, & dextra sua te sustentet, & victoriam de caelo largiatur, toto enim pectore precor. Non .n. dubito, tibi viro forti & heroico, eos fines in gerendo bello propositos esse, qui in vetusti illius Herois, Homeri carmine celebrati oratione commemorantur. Conferti namque animis ingentibus inter Cuisque suo pugnate loco, nec vulnere quisquam Seu mortis fugiat pavidus formidine victus. Sed jaceat fati si quem sors dura peremit. Pro patria magnum decus est profundere vitam. Nam reliqui cives nostra virtute teguntur, Et salvae interea matres, natique manebunt, Cui sunt aetatis ventura somnia & urbis. Templa manent, legesque bonae, pietasque pudorque. Et tunc quisque suis rebus fruendisque fruetur, Cum pulsi fugient hostes in patria regna. Hos versus cum tibi repetitu non iniucundos fore arbitrarer, adscribere volui. Me scito admiratione & amore virtutis tuae heroicae totum flagrare, & perpetuo grata mente & voce memoriam

tuorum

tuorum erga me beneficiorum celebrare. Bene & feliciter Vale. pridie Natalis Christi inchoantis annum 1583. David Chytraeus

EIDEM.

S. D. Nobilis & ornatissime Vir, amice carissime. Literis tuis Viennae superiori autumno datis, initio huius anni respondi. Cum autem Monauius noster se epistolam illam in fasciculo non invenisse ostendat, denuo eam descriptam cum pagellis aliquot adiunctis [illegible] quibus de lioniis praecipuis rebus cognosces, ad illum mitto: teq. oro ut prima occasione, an has acceperis significas. Bulgariae Rasciae, Servia, Bossena & Croatiae limites certos quaeso ut istic inquiras, & mecum communices. Nominatim vero de Croatiae finibus & urbibus praecipuis, quas nostri, quas Turci teneant, me doceas. Fluvium Unnam in tabulis theatri mundi vel non invenio, vel aliud nomen mihi ignotum substitutum. De Coloniensi bello, quod utinam non in totam viciniam grassetur, non dubito vobis omnia isthic nota esse. Valde intempestivae & infaustae Archiepiscopi nuptiae illae, & [illegible] celebratae fuerunt. Belgae cum suo Alençonio de reconciliatione denuo agunt, quasi nondum satis à Florentino illo semine, ὧ οὔτε βωμὸς, οὔτε πίστις, οὔθ' ὅρκος μένει, decepti sint. Walachiae utriusq. principes, qui ab anno 1500 huc usque vixerunt, & quo anno regnare singuli coeperint? & quo anno

Turcor

Turcæ primum tributarij facti sint, quæso ut investiges. Bene Va-
le. 8 Aprilis, Anno 1583. David Chytræus.



Ornatissimo Viro, sapientia & Virtute præstanti
D. Eberhardo Mollero, patritio & Senatori inclytæ
reip. Hamburgensis, domino & perpetuo colendo.

= Langueti Ep[isto]la

S. P. D. Ornatissime Vir, tam arcta intercedit mihi amicitia cum doctissimo tuo fratre Mag. Henrico, ac etiam intercessit cum Theodoro cuius immatura mors summum mihi dolorem attulit, ut fiducia istius amicitiæ, ac etiam tuæ humanitatis, quam dudum sum expertus, audeam tibi commendare nobilem Virum & mihi singulari amicitia coniunctum, D. Ludovicum Lambranum popularem meum, qui istuc profisciscitur ob quædam negocia quæ pertinent ad conservationem nostrarum Ecclesiarum, & ad salutem eorum qui ut se in libertatem christianam vindicarent, tyrannicum iugum Pontificis Rom. excusserunt. Caussa quam agit, eum tibi satis commendabit, cum sis ea prudentia, ut facile intelligas miseram nostram Galliam esse theatrum, in quo agitur tragœdia, de cuius eventu decet omnes bonos & pietatis amantes esse sollicitos. Errant .n. qui existimant Reges qui autore Pontifice Rom. adversus Christum conspirarunt statim reconditi[?]uros gladios nostro sanguine madentes, si Victoria potiantur, & non progressuros ad eos, à quibus emanavit doctrina
illa

illa, ob quam tam avide sanguinem nostrum appetunt. Quantum autem ipsorum intersit nostros in Gallia opprimi satis ostendit Albanus, qui cum sit arrogantissimus & insolentissimus, & recens ab Anglis, maximis damnis, & (si ita loqui licet) iniurijs sit affectus, ac etiam contemptui habitus, tamen haec omnia dissimulans, bonam partem militum quos secum habebit, mittit subsidio Regi Galliae, & in id tantum incumbit, ut Nostri opprimantur, existimans fore facilem de religionis victoriam, ubi fuerint oppressi. Sed sperandum est Deum tandem exauditurum clamantem ad se innocentem sanguinem, qui pro ipsius nomine quotidie effunditur, & in ira sua correpturum Tyrannos, quorum crudelitate ad punienda suorum peccata utitur. Quae de rebus Gallicis habemus, intelliges ex Dno Lambrao. Ego tibi & tuis omnibus omnia fausta & felicia precor. Francofurti. 20 April. 1569

Tui observantissimus,
Hubertus Languetus Burgundus

Doctissimo Viro, pietate & Virtute Praestanti
D Laurentio Ludovico, docenti iuventutem
in schola Gorlicensi, amico suo colendo.

S. Misit nuper ad me Vir clariss. D Jac. Monavius historiam Synodi Ephesinae abs te expositam, Ludovice doctissime, & in schola Gorlicensi publice recitatam. Eam ego orationem tuam magna cum voluptate perlegi, & non tibi tantum qui in istis locis periculo proximis

versas

veras sententias constanter retineres & defenderes, sed toti Ecclesiae suum gratulatus quae non desinit subinde φιλαλήθεις καὶ γνησίους discipulos suos in palaestram producere, quorum opera & studio Veritas tot improborum armis & telis petita strennue defendatur, & certa sanae doctrinae forma ad posteros transmittatur. Ac Deum oro ut labores tuos quos pro defensione Veritatis suscipis, spiritu suo regat & gubernet, animumque tuum invicto robore instruat, quo persistere fortiter in acie & repellere feliciter hostium insultus possis. Audio te alia multa lectu dignissima prae manibus habere & iam ἀναλύσεις Dialogorum Theodoreti, & methodi Melanchthonianae de filio Dei meditari. Ex eo labore cum plurimum utilitatis redire ad Ecclesiam queat, hoc praesertim infelicissimo seculo, quo Nestorii, Eutyches & aliorum monstrosorum capitum furores ab Orco quasi revocantur, vehementer abs te peto, ut in his & in aliis utilissimis ac pulcerrimis scriptis absolvendis operam & studium tuum bonis omnibus probes & hac quasi ἀντιπελαργίᾳ Ecclesiae Christi senescenti & multipliciter laboranti reddas, ut quam doctrinam ab illa puer hausisti, eandem recreandae ac reficiendae matri languenti & senectuti fovendae fideliter servasse te boni omnes gaudeant. Liberius forte quam par erat haec ad te scribo, cum quo mihi familiaritas nulla hactenus intercessit. Sed cum in eadem Ecclesia, quae nobis patria est, nati atque educati simus,

Ludovice

Ludovice carissime, non puto magnopere mihi laborandum esse in hac παρρησία nostra excusanda et te credo ea humanitate praeditum esse, ut quos idem tecum de reb. divinis sentire intelligis, eos non ultro tantum in amicitiam tuam recipiendos, sed etiam si te ad perferendos labores Ecclesiae profuturos hortentur, placide audiendos esse censeas. Itaque nihil quod me tibi purget nunc addo. Tantum te bene valere, et quae bene coepisti feliciter perficere cupio. Ex patria. 10 Iunij. Salutem opto D Ioachimo Meistero, amico colendo.

Tui studiosiss. Henr. Moller.

Nobili et eruditissimo Viro, D Ioachimo Bergero, Consiliario Caesareae Maiestatis meritissimo.

Jacobus Cuiacius D Ioachimo Bergero S. Quae mihi intercedit necessitudo cum D Salagasto, et contracta est ex morum similitudine et virtutum quae in ipso elucent splendore maximo, postquam ab eodem intellexi et pari cum tibi necessitudine esse coniunctum, impulit ea me effecitque ut cuperem eodem quoque tibi amoris et observantiae vinculo constringi, quod cum non possem alia via de te impetrare quam beneficio literarum, has ad te brevissimas ausus sum exarare, quae testificarentur non ex animi mei sententia meam erga te benevolentiam, vel ambitionem potius tui cognoscendi et amplectendi. Possit ex nobis tribus, si gratum est, confici ut illi nodus Herculeus, nullo cuiquam nullave arte solvens metuensque solvi. Ego iam pro mea

parte ultra spondeo, ac prolixe polliceor, me futurum semper in potestate tua, quamdiu scilicet & tuus erit meus Salagastus, qui diu communis amicus & frater. erit autem is utiq. semper apud te, apud me quoq. quamdiu hanc spirauero animam, quae mihi duxit manum scribenti ad te, quin & postquam euolauerit corporis abiecta sarcina, ac rursus redivivum corpus idem receperit. ita credo τὸ λογιστικὸν quo maxime uiget & constat reminiscetur Salagastum, agnoscet nomen, & colet longe maiori certiorig. & quod caput est, perpetua atq. immortali memoria. Haec scripsi ductim, ne mirere lituras. Vale. Lutetiae Parisiorum. Kal. feb. CIↃ IↃ LXXXIII.

Ornatissimo Viro, Dno Andreae Dudithio, Sacrae Caes. Maiest. a Consilijs, Domino mihi summe obseruando.

S. Ego uero, Vir Ornatissime, nullas mihi abs te redditas memini. Redditas autem mihi arbitror plures quam commemoras, quibus non responderim, quum praesertim Vestrates a nobis discederent. Et ita sum comparatus, ut quiuis quod ad animi sensa non cum omnibus mihi conueniat, & ab ijs plane abhorream quae mihi uidentur non incerto animi iudicio improbanda censere: tamen a memor mortalium abhorream, Et quoniam homo sum, idcirco nihil humani a me alienum putem. Cuinam igr mihi fuerint ingratae

illius

illius literae, in quo tam multa sunt amabilia! Immo ut hoc magis noris, etsi mihi non defuit unde suspicarer te nonnihil à me alienatum, nec per alios stetit quo minus illi epistolae tuae responderem, qua mihi plane adhuc videris in pessima causa defendenda ostendere voluisse, quantum ad optimam tuendam valeas, si quando illius defensionem susceperis: nunquam tamen à me potuit impetrari, ut longius in hoc argumento adversum te progrederer, unde aliqua animorum offensio inter nos oriretur. Sum igitur is qui fui, Dudithij eruditionem, caeterasque virtutes amo & observo. Neminem, ac ne mihi quidem inimicissimos odi. Si qui à me dissentiunt, aut si à nonnullis dissentio, studeo errores aut illorum aut meos agnoscere. Hunc candorem in paucis agnosco, ab omnibus mihi praestari desidero: quod etsi non obtineo, tamen quantum in me erit, officij quod Christianum decet, meminero. Agnosco verum esse quod de bonis illis Pseudoiesuitis scribis: neque ita miror evenire. Mundus enim amat quod suum est, & dignus est mundus istiusmodi argutatoribus: cuiusmodi tamen non sunt illi omnes, quum ipsorum quibusdam, etiam principibus nihil certe ineptius, imo ne impudentius quidem fingi possit: nisi sum ego potius omnium qui ipsorum scripta legunt ineptissimus. Sic igitur exploravi nos decet; Sic etiam ulcisci Dominum Verbi sui contemptum, ut semper factitavit. Manet interim firmum illud fundamentum, quod in eadem re commemorat Apostolus: No-

vit

uit Dominus qui sint sui. Paucitas ista vero nostrorum quam commemoras prae illorum multitudine, stare potius a nobis quam ab illis veritatem arguit (quamuis non ἀναγκαῖον) quum maior semper fuerit stultorum numerus. Quod si veteris Ecclesiae historiam repetamus, comperiemus illam nunquam magis floruisse quam cum in ea nihil eorum quae isti iactitant eminerent. Bene est autem quod illis oppositus est Socinus ille, Ecerinus videlicet cum Paciciano, vel potius cum superstitionis daemone, impietatis daemon, Christo de utroque triumphaturo, uter vincat. Nec enim Socino quidquam magis impium esse potest, ut qui Christum non ut poenas peccatis nostris debitas lueret, sed duntaxat ut nobis singularem praeberet patientiae exemplum, tot aerumnas ipsamque adeo mortem subiisse, os impudens arbitretur. Itaque cum isto sane quantum et quamdiu volent digladientur Iesuitae. Nos et istos et illum detestamur quamuis iste quidem longius etiam multo quam illi, manifestus videlicet Pelagianus, atque adeo Pelagio quoque deterior, a scopo veritatis aberret. Poloniae vero et vicinarum regionum vicem magnopere doleo, in quas Satan velut in sentinam foetidissimas tot sordes expuerit: a qua Mephiti recte feceris, si eius memor quod de Ioanne dilecto illo Christi discipulo narrat Eusebius historiae lib. 4 cap. 14: ac multo magis eorum quae praecipit vere Christianus Apostolus. 1 Cor. 5. 11. diligentissime

tissime tibi caueris, neq. q̃ longissime disiunxeris. De Simonio tempus
fuit, quum non prorsus desperarem & pro illo quantumuis in me
ingrato Dominum deprecarer: nunc vero cum illum audiam ex malae
mentis homine prorsus amentem factum esse: etsi hoc illi accidisse do-
leo, quem resipiscere mallem: tamen spem omnem abieci. De D. Erasti
scripto quod commemoras, nihildum prorsus accepi. Hominem non
tantum eruditum & ingeniosum, verum etiam pacis, ut arbitror, a-
mantem, prudentia quoq. utrumque spero, neq. his praesertim temporibus
hoc quoq. μῆλον ἔριδος in Ecclesiam coniecturum. Quod si vel
Socinus, vel alius ex illa hominum fere quispiam, ut tuam, te
non consulto, epistolam, sic aliquod Erasti scriptum, ipso inscio ediderit,
non erit tamen nobis in illius quam tuemur causae defensione laboran-
dum, quae tum expresso Dei verbo, tum perpetuo universae ab orbe
condito Ecclesiae consensu nititur. Quod ad Praedestinationis contro
versiam attinet, quoniam ad illas vanissimas consequutiones, quas
etiam ex professo Paulus refutavit, millies iam respondi, & editae
sunt superioribus nundinis meae in nonum Epistolae ad Rom. caput prae
lectiones, in quibus quae ad illa quoque Castalionis obiecta pro meo
modulo respondi, videt me toties iam actum agere: nec facile
quisquam a me impetraverit, nullis etiam conviciis, ut de istis quicquam
amplius scribam. Qui aliter sentiunt, viderint quo fundamento
stabiliant conscientiae suae pacem. Est enim necessario a Christia-

nismo

nismo ad Pelagianismum, id est, à luce ad tenebras, nisi hac po-
sita doctrina transeundum. Scaligeri nostri libros septem de tem-
porum supputatione accuratissime, & ut ipse mihi affirmat, prorsus
κατὰ τῶν ἀποδείξεων ἀναγκαίως scriptos spero me intra paucissimos
dies accepturum, nisi forte Pontifex illorum impedierit editionem.
Posnaniensium thesewn de Ecclesiae notis gravissimam & novissimam
refutationem Sadeelus noster scripsit, quae tamen serius est mihi
reddita quam ut his nundinis edi potuerit. De Danaeo non habeo
quod scribam. Is utinam tandem sese inde possit salvum extricare,
quo praeter amicorum consilium sese coniecerit. Quod ad meas in No-
vum Testamentum annotationes attinet, si quid in iis praestitum est
quod ad Dei gloriam, & adiuvanda piorum studia faciat: Deo gratias
ago. Sed ego quidem certo meae tenuitatis mihi conscius, libentius au-
dierim me ab amicis, sicubi non est ipsis satisfactum, admoneri quam
laudibus, quas minime mereor, onerari. Quod ad inveniendum
filio tuo praeceptorem attinet, nihil profecto fecerim libentius. Sed
nihil hic habeo quod tibi pollicear, ut nunc quidem res nostrae st.
Etsi enim repressa est aliquantulum vicini principis audacia Helve-
tiorum auctoritate: eadem tamen illum moliri minime dubitamus,
ut qui ne nunc quidem sese ad diem audiendis & diiudicandis
nostris controversiis stiterit. Itaque instaurata quidem est utraque
schola

repreh[ensa]

scholæ, & quadam tranquillitatis specie fruimur: sed ita ut adhuc incerti inter pacem & bellum hæreamus, quod à nobis adhuc multos Musarum cultores avertit. Si quem tamen mediocriter saltem ijs quas scribis artibus inscriptum reperero, non committam, ut in me ullum officium desideres. Bene Vale Vir Ornatissime. Dns Iesus, Deus & servator ille noster, invitis Blasphemis Arrianis patri ὁμοούσιος magis ac magis tibi familiaeq. tuæ benedicat. Genevæ XII Martij Ex vetere Calendario 1583.

Epistolæ tuæ neq. annum, neq. diem, ac ne locum quidem adscripseras: sed illam scito mihi demum XXIIII die superioris mensis redditam: ne forte tibi serius me respondisse arbitreris.

Amplitudini tuæ
addictissimus Theodorus Beza.

## Fragmentum literarum Theodori Bezæ ad Wilh. Landgrafium H.

&c Novit optime omnium C T certaminum istorum & initia & progressus: Novit quaenam instrumenta in his tragædijs Satan adhibeat, & quid per ea sit effecturus, nisi clementissimus Pater cælestis ipsius conatus super longius progressos, impediat: nimirum aut ea ipsa hæresi, quæ Orientis imperium evertit, Germanicas omnes q Papatum ejurarunt, Ecclesias subruiturus: aut eas inter se commissurus, ut quod prædictum est in Apocalypsi, plaga bestiæ sanetur. Hæc autem cum mihi ulli, ne Theologo quidem melius q Cni Ta sint perspecta; superest ut

ut Deum opt. max. precor Illustrissime princeps, ut C T temporibus maxime necessarijs heroico illo spiritu induat, ut illustre sit & omnibus gentibus ac seculis ipsius gloriae conspicuum organon. Ego vero, quod unum mihi relictum est, preces istas minime, ut spero, inanes futuras, assiduas adhibebo. Quod nisi etiam ego minimus eorum, qui Veritatem adversus istos tuentur, & nisi constaret ipsismet etiam testibus praeclaros istos ἐιρηνοποιοῦς communem doctorum & piorum conventum non minus refugere, quam aiunt Pontificij daemonibus invisam esse crucem & aquam benedictam: auderem Ego me ignis poenae coram idoneis iudicibus (quales fortasse ex ipsismet eorum fautoribus deligerem) subijcere, nisi ipsos tam perspicue, quam Sol lucet, non tantum haereticos, sed etiam prorsus impios, ex istis eorum scriptis demonstrarem. Fiat ergo voluntas Domini, non minus iusti Iudicis, quam misericordis patris: Et incipiat sane iudicium à domo ipsius. Quid si vero reijciantur nunc quoque Primogeniti, ut olim Ismael, Esauus, & Reuben, & Davidis fratres? At T C. princeps illustrissime, pijsque Ecclesiae suae nutritijs magis ac magis benedicat Dominus: quod futurum etiam confido, & quidem tanto illustriore futura Veritatis victoria: quanto pauciores, & secundum carnem infirmiores habuerint propugnatores. Redeo &c. Genevae. IX Augusti CIↃ IↃ LXXX

Th. B.

## D. Ioanni Cratoni.

Non edita inter Eplas Joach. Camerarij

S. D. Quae modo misisti, ea antidotarii attente nondum potuj. Inspicienti mihi accurate facta esse oia visum est. Mea propemodum opinio est: de hac quaestione, dissentirj magis verbis quam re. Sed hoc nimirum seculum dissipationis est & certaminum, non concordiae & quietis. Eduntur modo ut audio scripta contumeliosa adversus Phil. Mel. Multis autem in locis ista contentio oritur. Conventurj principes aliquot dicuntur Naumburgi in vicinia XIII Cal. febr. cuius conventus utinam sit felix eventus. Libellus noster prodijt dum festinatur, & ego interdum absum minus diligenter elaboratus: Varietate poterit fortasse commendarj. Quae ad te scribuntur spero te non improbaturum esse. Filius meus si non exequitur mandatas res aut si hoc minus sedulo facit, a te velim obiurgetur. Mea familia te salutat, & honestissimam foeminam coniugem tuam. Vale. pr. Non. Jan.

Joach. T.

## EIDEM

Non ed.

S. D. Indicabat mihi modo abituros die crastino bestiales ludovicus noster, cum essem nimirum ociosus, vel potius perpetuo occupatus: Nolui autem illos sine meis literis ad te dimittere & pauca polig raptim (sic) nihil omnino dum cupio plura attente scribere. Remitto disputationem tuam quae est ad quam destinetur videor mihi intellexisse. Horresco autem cogitans qualia ediderint, allata his diebus quidam οὐ τολμηροὶ ἀλλ᾽ ἀναιδεῖς: Itaque mirifice

perturbor

perturbor animo istius certaminis renovati tumultu. fervet opus, imo gliscit furor: Quid igitur fiat admodum vereor. Principes aliqui conventuri dicuntur Naumburgi in vicinia. Papa Oecumenicum concilium indixit: ἡμεῖς δὲ οὔτε νικῶμεν οὔτ᾽ ἀξιοτοῦμεν, ac potius μεθυσκόμεθα, μαινόμεθα καθεύδοντες ἐγρηγορότες. mirabilis est n. vitae rerumque confusio. Sed quo prolabimur Questerum negociosi. libellum nostrum te accepisse confido, et probari tibi cupio: Editus est ita ut vides. Verum de hoc ipso plura scribenda non sunt. Te cum honestiss. coniuge tua bene v. opto. Vale. Vld. Jan.

Joach.

EIDEM.

S. Quod gratum tibi est studium impensum edito libello quem ad te misimus cum proemio versuum meorum, et te delectari honorifica mentione nominis tui sane laetor, etsi aliter fore numquam putavi, vel potius ita futurum esse mihi fuit semper persuasissimum. a me quidem ἔχοντας τὰ ἀπὸ ψυχῆς, Sed de his satis. Fui his diebus Naumburgi, ut convenirem filium meum, et Sicigerum Cancellarium, cui rei tributum est diei dimidium. Neque ego principem ullum vidi, neque alios accessi praeter nostros. Nuncius quintus venisse eo perhibentur Caesarei legati, interque eos D. Melius: Itemque pontificii, quorum caput nominatur Delphinus patria Venetus, celebris inter doctos. Quid agatur nescio. Principes tamen convenisse ajunt in exemplum Augustanae [illegible]



*Ita edita*

Μολοσήνεως, quod μετ' ἐκείνων ὑπογραφῇ publicatur. Hoc
quale sit, aut quantum momenti habiturum ad quietem Ecclesiæ
mihi nondum liquet: Sed speremus optima. Quæ misisti ea
percurri: sed cognoscam studiosius. Non abhorrent, ut videtur,
a mea sententia: Verbis tamen exponuntur quædam, mea quidem
opinione, τολμηρότερον, vel certe παραδοξικώτερον. Et adhuc
sum in ea sententia, in qua me esse antea tibi ostendi, rem hac in
parte implicari insolentia orationis. Editur iam liber in Suevia,
qui & eorum quæ exponuntur, & autoris refellit, ut vereor, novæ
aliquid turbulæ dabit. Sed negocium ipsum sese impellit scilicet.
Ἐγὼ χάριτι θεοῦ καὶ τούτων πέρι πεπληροφόρημαι: Contentio
nis periculum intelligo & fugio: Confessionis oratio extabit ubi opus
erit. Interrogatus respondeo quæ sentio: Itaque quod restat permitto Deo.
Infinita sunt disputationum certamina, nisi diiudicando finiantur:
πολὺς γὰρ ἐπέων νόμος ἔνθα καὶ ἔνθα. Iudicio igitur & hac
in parte opus est, non ad decidendum quid verum sit, sed reiicien
dum id quod altercando adhæresit. Fortasse nostræ negligentiæ
pœnam damus. Φιλόσοφον ἡσυχία δίκαιο ἀγάθεσ, nihil te est
venustius nihil melius. Verum in his nimis diu moror. A
Ioachimo meo nihil literarum accepi pene IIII mensibus, cum tamen
pecunia ei curata sit anno superiori iterum: Cetera nostra sunt
veteri loco. Confusa negocia in patria conturbant rationes meas

de studijs filiorum meorum. ἀλλὰ καὶ τοῦτο εἰς τὸν Θεὸν ἀνα-
πτέον. Vale cum tuis. Cl. febr. Joach. C.

EIDEM.

S.D. Gratissimae mihi literae tuae his diebus redditae fuerunt: Nam (edita.)
sparserat fama aliquid non modo de adversa valetudine tua, sed
plane morte. Etsi autem bonis & recte amantibus religiose aeternum
Deum in fide Iesu Christi nihil accidere mali scio decedentibus ex hac
misera vita, his praesertim temporibus: ea tamen est amicitiae nostrae
necessitudo, ut alter altero orbari se aequo animo pati non posset:
Sed ista Deo sunt permittenda. de filio Ioachimo solicitudo quam
quidem levare literarum tuarum significatio studet, adhuc perma-
net, cuius salutem Christo commendo. Caetera etiam in tuis li-
teris me magnopere delectarunt, praesertim illud in quo mihi assen-
tiris de circumspiciendo & cunctando, nec nisi interrogatum, cum-
necesse sit ut aliquid dicatur, sententiam tuam exponendo. Vides
quibus e medio sublatis qui succedant, quam minime pares faculta-
te, quam intollerabilis vero audacia! Itaq. rebus pene desperatis
reliquum hoc scilicet est, ut quibus moderari nequeunt ab ijs rece-
dant qui sapiunt & recipiant se ἐν τὸ ὀχυρὸν εὐλαβοῦς σιωπῆς.
Quae remitti tibi cupis ea nondum potuj attente perlegere. In quo
multiplices curae & variae occupationes, molesta etiam negotia mihi
impedimento hactenus fuere, quibus nunc quoq. sic satis exerce-
mur.

mur. Hic interpellationes crebrae nos perturbant: E patria aut mea ea nunciantur ut non possim non dolore affici pro mea incommoda & miseriam meorum. Iam mala Ecclesiae & reip. considerans ferreus sit qui non maxima tristitia afficiatur. Ludovicum meum optarim satisfacere aliqua saltem ex parte expectationi tuae, diligentia operis sui. Mea uxor te & tuam amantissime salutat. Vale cum tuis. M V D Melij hic convivia fui & sermonibus humanissimis illius admodum delectatus. Iterum Vale IIII Cal. Martij Ioach. C.

## EIDEM.

Non ed. // S. D. Quae remitti cupis, dabo operam ut quamprimum accipias. Cum quidem afferre mallem, sed vereor ne alio mihi proficiscendum sit, confusis omnibus rebus in patria, & meo patrimoniolo dilabente, unde meis me expeditaturum necessaria speraveram. His diebus ἀϋπνία mihi permolesta fuit, & hac tota nocte parum dormivi, & nunc eram minime negotiis. Sed secundum veterem poëtam τολμᾶν ἐστὶν ὃ ὑπὲρ τῆς ἐξ ἀνάγκης ἰδίας ... Caetera ergo deo permittantur. Meus Ludovicus si diligentia in scribendo & curandis mandatis tuis satisfacit tibi, sane laetor. Magna est segnicies illius & pene iners: Et ego non possum instigare vel exercere eum, cum enim aetate longiore indies fio, tum varijs curis debilitor: neque parum me publicarum miseriarum consideratio affligit. Cui quorum respondere scribes, enim haud scio an et non facere ... melius. Cum autem scriptum istud inspexissem ita tum esse

mulier

mente commotus, ut ego quoq. aliquid scribere inciperem, οὐ περὶ ἄρ διαπλακτίζοντας ἐκεῖνοι, ἀλλὰ ὑπὲρ τοῦ ἡμετέρου φίλου ὃν ὁ κατάρατος οὗτος βλασφημῶν ὑβρίζει ἀναισχυντότατα ψευδόμενος. Sed nuper illam indignationem meam quae maxima mihi visa est vicit alia maior, allato Staphyli scripto impurissimo & inepto nugas scelestissimo. Quod si illos quibus tam nefarie assentitur Staphylus non pudet talium ἤτοι συνδίκων ἢ ὑπερδίκων: quid in ijs mentis aut animi religionisve esse putem nescio! Sed non vulti istum scri bere & scripsi tamen. Vale cum tuis. IX Cal. April.

Joach. T.

EIDEM.

S D. Redditae mihi literae tuae sunt occupatissimo nugatorijs qui dem illis sed molestissimis negocijs: Nosti autem genus scholasti corum negociorum. Modo hic modo ille accersit hunc aut illum: atq. etiam creberrimae fiunt interpellationes diversorum, Et tabella rius noster properare se aiebat. Vix igr haec negligenter scribere licuit: tantum abest ut potuerim accurate quam maxime volebam. De tua deliberatione ego in sententia maneo, ut repugnandum tibi sit, Idq. Mag^co Viro, Summo tuo, D Antho me esse probaturum, si coram eo disceptandum sit, spero. Sed necessitas scilicet delibera tionem non admittit, cui parendum esse omnes sapientes docent, id est, libenter faciendum id quod facere cogaris. Περὶ τῶν θεο λογικῶν scito & meas curas atq. sollicitudines esse ingentes &

cogitationes

Non ed.

cogitationes tristissimas. Libros tamen qui scribi isto argto dicuntur non soleo requirere ad legendum, cum quia non admodum uacat talibus cognoscendis operam dare, tum quia hoc etiam est interdum in aio quod ait Sceulas Comicus, si forte opus sit jusiurandum, ut liquido possim me sciliet ista non legisse. Jocari me dices in re tanta? Ego uero serio optimum esse duco ab eorum librorum lectione quibus contendendo & alter-cando agitatur haec quaestio abstinere; praesertim si nulla sit dubitatio de re in animo alicuius. Mi Crato, vir optime & veritatis amantissime, silere aliquantisper rectum esse statuamus, saltem donec nonnihil conticescat ista clamorum turba. Meum amicum se admiscuisse certamini isti doleo. Cuicqd autem acciderit ego quod monuerim scio, neque fore existimo ut monitionis meae me poeniteat. Vale. Lips. x Cl. Junij Joach. C.

EIDEM.

Non edita = S D. Tabellarius vester nuper literas attulit a Cl V. d Baldassaro quibus meus gener Hamilius inuitatur ad nuptias ipsius, & Ego ὁδοῦ παρεργον. Eius tabellarij reditum dum operimur, afferuntur interea tuae ad Ludouicum filium. Sane qd fieri cupis id quomodo curatum sit uesio, Et in me ad nullas res aut actiones est industria καὶ δεξιότης, κατὰ τὸν Ἀισώπου περὶ αὐτοῦ λόγον tanquam in cicada vocis sonus ita fortasse quaedam facultas & tinnitus sermonis non indiserti. Aduenit Vector die dominico & se dixit postridie me = discessurum

discessurum: Vasculo igr utendum fuit quale nancisci potuimus. Geor-
gius autem noster promisit vinum bonum vobis se esse curaturum. τοῦ
το δ' αὐτὸ δείξει διάκονος. Quod de pecunia scribis, tum ea scilicet
petetur cum rationibus subductis deberi mihi aliquid constabit, de quo
me magis sollicitum esse qj te decet. Quod autem ad mentionem conten-
tiunculae cuiusdam attinet, quam prox. literis ad me tuis scristj, mehim
mi Crato Vir opt mihiq. merito tuo carissime ipse ἀπὸ τῆς ἐπὶ χειρ
moderaris animo tuo. Atq. ne quid te celem, quum de mea fide prae-
clare sentire scio, Alij quoq. de eodem negocio sic loquuti sunt ut mo-
derationem in te desideraij indicarent. Mihi autem non est ignotum
te vehementem esse solere in quamcunq. partem incubueris. Non scribo
hoc reprehendens aut obiurgans te, sed animo solicito de te quem ma-
xime liberum curis eam navare operam vellem qua neq. molesta
tibi & alijs fructuosa esset. Nam τὸ ἀμφισβητούμενον cur non
in eorum numero ponam non video, de quibus hoc legimus: ἕκαστος ἐν
ἰδίῳ νοΐ πληροφορείσθω. Utinam de his coram liceret colloqui: idq.
mutuum prorsus desperavi. Magnifico Dno Melio damnum grave
datum esse incendio audimus, sumusq. eo nuncio affecti magno dolore.
Tuam coniugem opt & honestiss. feminam salutabis verbis meis &
meorum, qui te qq. omi salutant officiose & amanter. V. prid. id. mcb.

Joach. T.

EIDEM

S D. Modo advenit tabellarius vester & ego negocijs diversis Non ed.
eram

eram occupatus; non volui tamen sine meis eum ad te literis dimittere. Vinum adiunctum istuc esse confido, Utinam tibi placeat, Sed qualecunque hoc boni consulendum tibi est. Edita sunt capita quaedam disputationis solennis instituto nostrae Communitatis, ea tibi misi. Unum est perscriptum minus diserte: caetera tibi non displicitura esse spero. Tuas literas à Vestratibus ad mercatum nostrum expecto: quibus cupio significari mihi & ubi sis? & quid de te & tuis fiat? Bona autem in spe sum tranquil-le te vivere. Pindarus cum ἡσυχίαν φιλόφρονα appellat, hoc etiam videtur innuere, consideratione & attentione animi illam contingere. Etsi autem à nostris dici solet Ut pacem aliquis habeat, per vicinos stare: multa tamen declinatione vitari incommoda, & dissimulatione leniri pos-sunt. Sed de his mallem coram tecum. Te feliciter cum tuis vivere & recte valere optamus universi apud me, & vos officiose & amanter salutamus. Vale. XII Cal. VIIIbr.

Joach. T.

EIDEM.

Non ed. //

S. Allatae sunt literae tuae scriptae ad Ludovicum meum, in quib. men-tio fit epistolae ad me, Sed eam nondum accepi. Id mihi triste accidit, versus P. Lotichij qui penes te fuerunt esse missos alio: Nam ego uerso alteram editionem operis mei, quae illorum accessione poterat complere instrui & ornari: Sed omittamus praeterita. De meo itinere, quod his diebus, quibus esse aliquin feriati a dicta publica solemus, suscipere cogi-taram ut te convenirem, quid futurum sit nescio. In patria tuus ex filijs fratris mei nuper mortem obijt, alter inconstantia & levitate sua multum

multum mihi negocij exhibet: Et tu significas te quoque iter mesio quod ha-
bere in manibus. Ego si me in viam forte dabo quod admodum incertum
ita meum consilij, me pridie Id. Gorlicij futurum, si non licuerit ulterius.
Sed nihil certe demonstrare possum Cnappe mea causa nolim te mutare
id quod agis. Ut autem hoc tempore congredi non liceat, alio fortasse aliquan-
do commodiore concedetur. de his igitur hactenus. A Joachimo nostro ac-
cepi literas scriptas Cal. VIIIbr. Cupit hanc hyemem in Italia consumere,
neque ego sum voluntati ipsius adversaturus. His scriptis accepi cuius-
dam literae mihi redduntur, quibus ea significantur, quae me quidem semper
necessitudinem nostram instigant, ut tecum colloqui cupiam: sed deterret
a proposito istuc veniendi. Narrant autem literae illae tuam civita-
tem alienatae erga te voluntatis manifestam dare significationem. Hoc
si verum est etsi confido te aequo animo ferre, me tamen tali tempo-
re accedere ad vos non existimo oportere. In itinere alicubi tibi occur-
rere potuissem, si res tulisset, et uterque alterum de suis rationibus fa-
ceret certiorem: quam opportunitatem temporis brevitas excludit.
Differatur igitur hoc consilium, et expectetur congressus nostri alia oc-
casio. Iam autem multo avidius tuas literas expecto. οὐ δὲ ἄλλι
προὔργου. Bene vale. Scripsi haec festinanter, cum tabellarium
istuc mitti ab Hengelio mihi fuisset nunciatum. Iterum vale cum
tuis καὶ εὐθύμει. Lipsiae Non. VIIIbr. Joach.

Valde te rogo ut literas ad me tuas prima quaque occasione mitti
studeas

studeas, mihique significes quid te fiat? & quo in loco sint res tuae? Ac opto quidem ea cognoscere ὥστε συνήδεσθαί σοι, Et est tamen καὶ τὸ συναλγεῖν officium amicitiae.

EIDEM

Edita

S. D. Cum longiusculas tuas literas, serius quidem illas attulit, ex eo cognovi tandem aliquid certi de rebus tuis, Atque malim de his tecum colloqui quam ad te scribere, Sed cum illud fieri hoc tempore neque facile possit, neque omnino debere videatur, hoc studuimus. De ipsa quidem re optarim non esse tantum occasionis datum malevolis; ἀλλὰ τὰ μὲν προβέβηκεν ἀμήχανον ἔτ᾽ ἐστὶ γενέσθαι ἄεργα· τὰ δ᾽ ἐξοπίσω τῇ φυλακῇ μελέτω. Quod autem videris graviter & iniquo animo ferre: de eo mihi in mentem venit τὸ τοῦ Διογένους, cui cum quispiam τὴν καταγνωσθεῖσαν ὑπὸ Σινωπέων φυγὴν exprobraret, ille se eis τὴν μονὴν κατεγνωκέναι respondit. At infamiae, inquis, opinio non est ferenda? Idem eiusdem Cynici dictum expedit, εἰπόντος γάρ τινος ὅτι πολλοί σου καταγελῶσι, κἀκείνων τυχ᾽ εἶπ᾽ οἱ ὄνοι. ἀλλ᾽ οὔτ᾽ ἐκεῖνοι τῶν ὄνων ἐπιστρέφονται οὔτ᾽ ἐγὼ ἐκείνων. Facile ista commemorari scio, & quid ad huiusmodi in mentem veniat τῷ παθόντι me non fugit. Necesse tamen est eam medicinam usurpari quam morbus requirit, si quis non assentari laboranti sed subvenire velit. Animadverto te animo commoto & veluti lugenti varia circumspicere & fortasse moliri. Verum Vir optime & mihi carissime Crato, hoc est videndum, ne quis κακῷ κακὸν διδοὺς ἄκος πλέον τὸ πῆμα τῆς ἄτης τιθῇ secundum Sophoclem. Saepe agitatur aliquid, quod non

attingi

attingi fuisset melius. Quae autem sint formidata fuerunt, ea non audeo
explicare scribendo. Tuum etiam iter quo tendat animadverto, nisi fal-
lor. Tu vero, mi Crato, cave fretus ullo sis in quocunque regione, quod
non poterit a te solo sustineri. Tua pietas, virtus, doctrina, eruditio, quaeque
his es consequutus nonnullorum invidiam habent, quibus si impellere te
libuit, quod conati sint in adversariorum inventum est, denique his te oro ut
cogites diligentius. Sed de calamitate ista fortasse dicis quod non expectas,
consilium quod cupias, non dari. Primum igitur, in quo sunt omnia, quod
facere tali in casu hominem Christianum necessarium & verum sit, tibi explo-
ratum, neque exponi nunc opus est. Prudentius enim ὑποθήκας non igno-
ras. At vero his ut Solis luci nubes interdum, sic perturbationes ἐπιπρο-
σθοῦσιν: Unum igitur hoc interea dum tuae considerationes maturius emine-
ant, τὸ σπεῦδε βραδέως. Et a sapientissimo principe Caesare Octavi-
ano additam ἀντιλογίαν veteris Euripidei ἀσφαλὴς γὰρ ἐσθ' ἀμείνων
ἢ θρασὺς στρατηλάτης. Crede mihi & res ipsa & tempus expediet
ea quae machinando & te simul & alios fatigando magis implicarentur.
Nomen etiam tuum tibi subjiciet roboris aliquantum utrum, & hortabitur te
ut fortiter feras fortunae iniuriam ἐγκαρτεροῦντα τῇ τῶν συμφορῶν
[illegible]. Quod restat igitur te moneo, oro, obtestor, ne praecipites
non ruas ulla in parte, sed tolerando & dissimulando expectes oppor-
tunitatem quae profecto se offeret aliqua ut spero brevi, non expers
dignitatis. Solicito haec animo scribo, quod mihi versentur ob oculos ea

pericula

pericula, quae aliter quam ferendo et tacendo declinari vix possint. Utinam non verbis sed re declarare concederetur voluntatem et studium meum in his curis et rebus adversis tuis: non legeres epistolam sed operam experireris. ἀλλὰ ἐν ἔσται. Oro Deum aeternum ut gubernet consilia tua, et actiones fortunet. Vale. IIII id. Vmbr. Joach. T.

EIDEM.

editta S. D. Nullum vidi Polonum, qui tuas literas afferret: καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ τοῦ ἔθνους οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἀσύμφορα ἡμῖν ἐστι. Quid igitur illis in literis scripseris tu recordabere. Te istic remanere, et id quod accidet non modo aequo, sed forti quoque et excelso vel etiam elato animo ferre velim. Crede mihi, neque tibi rectius consulere, neque gravius ulcisci malevolos poteris. Quam enim tu tibi quodammodo obstrepere significas sententiam carminis Pindarici, eam non nego viro bono diligenter esse considerandam. Totum tamen carmen illud quaeso videas, et simul eiusdem poëtae τὰ κατὰ τέλος τοῦ [illegible], vel potius ὅλον εἶδος ἐκεῖνο. Sed quid opus est talibus scholis? Hoc agatur ut sit liberum iudicium, neque indulgens affectibus agitatio, et res facile explicabitur. Revera autem ista ἀνανδρία est τὸ μὴ δύνασθαι καρτερεῖν λυπούμενον. Haec scripsi cum et alteras tuas accepissem, et reperissem hic meas ante biduum exaratas, nondumque traditas vestris, redieram ab opt. principe Ioachimo Illustr. pr. Anhaldino, ad quem cum Casparo Peucero excurreram, ut viderem non tam νοσοῦντα quam μελαγχολῶντα πως. Multa sumus eo itinere περὶ τῶν συμβαι-

τῳ colloquij, fuerintq. sermones Peucerj de te cum honorifici tum solli
citj. Consensimus autem περὶ τοῦ ἀνέχεσθαι καὶ ἀπέχεσθαι: quam
ὑποθήκην audio ante tuas aedes conspici. Multis, inquit tuus lyricus,
praeter opinionem tristia accidunt, οἱδ' ἀγαθῷ ... ἐσθλὸν βαθὺ πῆμα ... ἐν μικρῷ ... χρόνῳ. Hoc igitur
tempus expectemus. Nostrum congressum impeditum esse propter occasionem
ereptam debortationis mutuae moleste fero. Xlam, ut Pindarum com:
mentari pergamus, μαστεύει καὶ τέρψις ἐν ὀμφαῖς θεῶν ...
Ad illam vero pompam contendere animus mihi fuit nunquam, ad
quem neq. directu fuisset invitatio & a quo ornamenti actioni illi ni
hil accederet: Et suscipiendum modo iter inspiciendi ludos illustrissimos
causa, & alia sane in manibus erant, neq. habebam quid modo prae
terea scriberem. Valebis igitur cum tuis opt. & rectissime, & Musis
amicus tristitiam & metum trades protervis in more Creticum portare
ventis: secundum Romanum lyricum. Quid autem sunt Musae? Bo
nae conscientia inprimis, & cura studiorumq. religiosa pietatis, officij,
constantiae & his similes διαθέσεις. Vale. Mei te & tuos sa
lutant. Iterum vale. Id. Nov.br. Ioach. T.

EIDEM

S.D. Ea est constantia amoris summj erga te, & de sapientia atq. doctrina tua existimatio mea: ut quicquid a te consulto factum esse cognoverim, id non possim improbare, ac potius defendendum mihi statuam. Quae autem te adhuc deliberante tu pro tua praecla ra"

edita

praeclara opinione de me & nostra singulari necessitudine ad me referenda
forte putaueris: de iis ut quid sentiam libere tibi demonstrem & non
uelutj assentari nostrae beneuolentiae audeam, meam fidem iudico postu-
lare, sine qua amicitia vera esse nequit. Tuum igitur prooemion
mihi ualde placere scito in iis disputationibus quae de arte tua ibi
exponuntur, et in quibus & considerata res diligenter & dilucide ac
copiose explicata uidentur. Postea uero ubi ὥσπερ ὑπὸ πνεύματος
ἀπενεχθεὶς in quendam aduersarium tuum inueheris, neque tuae
dignitatis rationem te habuisse, neque quid expediret cogitasse, denique
quasi de gradu ut dicitur plane deiectum esse perspicio, uel certe opi-
nor. Mihi autem ista mutare cum est per se difficile & graue
tum non relinquitur tempus ad cogitandum & perscribendum cogitata,
praesertim nunc occupato curis & negocijs publicis atque priuatis, in
quibus me domestica in patria mea ubi adhuc ambo filij commo-
rantur, sane admodum exercent. Quod igitur fieri iubes. Isto
modo tua ut edantur, auctor, suasor, adiutor ex animi quidem sen-
tentia esse nequeo. Nam constandum mihi esse persuasum habeo
quicquid consilio opeque mea factum sit. Ubi tamen nostrates adhuc
norint, & ego cognoscere potero: quis exprimat scriptum? Videbo
enim qua ratione iniri possit ne expectatio tua ulla in parte frus-
tretur, neue negligentia mea operis tui elaboratio impediatur. Quod
si illa tua edi omnino voles, non repugnabo, tecumque una crimen

facti

facti praestabo, sed in consilio dando religio fuit adhibenda. Non potui nunc plura, auctore ad quarundam scriptionum necessarias operas magno dolore, quem accepi nunciata modo morte uxoris M V D Med. Pisterij, quae illam hac nocte obijsset. Hic casus multas ob causas perturbat vehementer animum meum. Vales igitur cum tuis & me tecum in amicitia mutua facere paria tibi persuadebis. Lips. Vale. XIIII Cal. Apr.

Ioach.

EIDEM

edita

S D Meas certe literas debuisti tunc habere cum Iacobo sunt datae nisi si ille alter qui accepit, recte ambulavit, vel eas omnino reddidit. Ostendi autem tibi meam sententiam de quibus illam rogaveras libere & pro nostra consuetudine aperte: in qua adhuc permaneo. Istam enim quasi accusationem ad hunc modum δικανικῶς καὶ ὑποθετικῶς perscribi, nescio quo pacto neque tuam personam decere, & causam non tam ornare quam laedere videtur. Quapropter censeo communi quadam & generali mentione illa attingenda potius quam διαῤῥήδην edisserenda. In quo neque ἐπιχειρήματα neque μέθοδον tibi ἐιδότι ut ἄλλο ἔλεγον subijci admonendo opus fuerit. Quae autem ego excogitare potuissem, ea inculcata dissimilia tuorum in ista copia essent, cum mea iam indicis aridior aut certe contractior oratio existat. Remittendum igitur totum scriptum tibi duxi, quod si assentieris mihi in illa

sine

sive accusationis sive defensionis parte, corrigendo mutares, Si vero haec ita quemadmodum scripta sunt edi volueris, scito neq. consilium neq. factum me reprehensurum esse, cum & quibus moveare, & quid spectes τοιου, τότροπος ἀνάγκης tibi exploratius esse, quam mihi appareat. Te n. exercet negotium istud, & res hominesq. noti tibi sunt. Vale una cum tua domo universa. Mei vos salutant. Iterum vale. die natali meo, ordiente annum aetatis LXIII.

Joach. C.

EIDEM

editi S. D. literas tuas animo non illo quidem turbido, sed aliquanto tamen diffidentius scriptas accepi, quarum quasi contestatio quae est in extremis me sane ut verum fatear tristitia quadam afficit in recordatione eorum quae molestia carere non possunt. Sed tu, mi Crato, vide ne indulgendo talibus cogitationibus ipse tibi ἐπὶ σὸν μόρον ἄλγεα secundum Homerum, atq. adeo mali quippiam accersas. Illud igitur προχειρον ἔστω: Capilli capitis nostri numerati sunt. Sua enim incommoda tractando fovere rectum non est, neq. decet. Haec non sine solicitudine ad te scripta accipias in optimam partem. Epistolam ad Gesnerum animus fuit Augustam mittere, unde ad illum amicorum opera perferretur: sed nactus modo tabellarium, prius faciendum putavi ut ostenderem eam referri ad te. Pellegisse me hanc animadvertes. In uno loco mutare quaedam coeperam, sed cum causas te graves habere talis mentionis suspicarer, sustuli manum & obsequendo vel in-

dino

dino tuo vel perturbationi, illa reliqui ἀδιαφόρως. Alterum scriptum considerabo diligentius, & ut tempore accipias curabo. Mei omnes te salutant. Vale. Non. Junij. Joach.

EIDEM

Non edita Jo. Camerarij

S. D. Cum nunc tam anxie requiris eorum quae alterum ad me ante missum Dn. iampridem cum iudicio sententiae meae remisissem, una cum cura cogitationum de illis deposita iacebant inter chartas meas: & nunc te reposcente in has ipsas literas implicavimus. Permaneo autem in sententia demonstrata: vel esse hac omittenda, vel mutandam formam contentionis, id est ἀγῶνος. Cum enim tam sollicita defensio suspicionem aliquorum commovere posset: iam quasi vulnera animi tui detegi, & divulgari crimen qualecunque. ἐπιπόθεστερον ἢ ἐπιφθονέστερον [illegible] Tu igitur, inquis, informa hanc partem: Nam silentio ista praeterire non libet. Ô noster Crato, annitamur nunc etiam minus graviter ferre, quamvis gravissima sint, quae permittente Deo plagae immittuntur. Hoc etsi factu sit difficile: recte tamen fieri scio, & ut fiat operam dandam esse studio. Non colligam plures de hoc sententias quae tibi ignotae non sunt. Tu modo nubes obductas intelligentiae tuae ratione recta detegere studeas, sitque tibi in animo Platonis hoc: ὅτι νικᾷ ἀνὴρ ἑαυτὸν, πασῶν νικῶν πρώτη τε καὶ ἀρίστη. Vale cum tua domo tota. XV Cal. Jul. Joach.

EIDEM.

S D. Cupiditati filij mei proficiscendi istuc & te conveniendi nolui adversarj, cum praesertim hoc officium tibi gratum fore mihi esset persuasum. Complecteris igitur eum humanitate & benevolentia, & ex eo cognosces τὰ περὶ ἐμοῦ καὶ τὰ ὑμέτερα καὶ ἃ δὴ καὶ τὰ ἄλλα ἅπαντα. Neque tali tabellario epistola prolixior danda fuit. Filium Dei Χριστὸν σωτῆρα oro ut te & tuos benigne tueatur, & fortunet iter filij mei. V. xu Kl. IXb.

Joach. C.

EIDEM

Non ed. S D. Joachimum nostrum ad te venisse confido eo die vel certe postero quo literae scriptae fuerant ad ipsum quas hic tabellarius attulit. Meam assiduitatem in respondendo videris requirere, & propemodum accusare negligentiam. At ego me facile cariturum culpa speravi, si ipse interdum nonnihil ad te scriberem, cum hoc munere & suam & meam vicem fungerentur filij mei. Mihi autem quo minus interdum literas ad amicos mittam, non tam exarandi illas quamvis occupato labor obstat quam deficiens in componendo cogitatio. Nam & alienarum rerum cura distrahunt animum perscepi, & quae molestia ex ijs capiuntur ea hebetem me reddunt. Me vero obiurgatiuncula ista tam mollis praesertim brachij non solum non offendit, sed grata etiam est atque iucunda. Declaratur enim hoc desiderio tuo & amor erga me tuus singularis, & de me iudicium praeclarum, quorum utroque profecto ad opt. & doctiss. viro me laetari necesse est. Sed de his satis. Has literas te post discessum filij abs te mei accepturum existimo, qui ad eorum venerbor de quibusdam alijs literis tuis, ut istic te reperiret. Hoc

iter

iter ipsius precor filium Dej φύλακα ἡς ... generis humanj ut feliciter evenire velit. Vale. v. Id. Ixb. Joach.

EIDEM.

S D Quo minus saepe lrae hoc tempore ad te meae pervenriant, duae sunt causae, Una quod quibus dem rarius offeruntur, altera quod ad te scribere meum filium Joachimum non dubito diligentissime: a quo cum crebras literas accipias, facile te lectione mearum carere existimo. Tua autem assiduitas, praesertim tam occupati mihi gratissima est. Quod autem uidere non modo mollius ferre ea quae malis nobis perpetienda sunt, sed quid hic aut ille de te loquatur ac sentiat rumusculos ut ita dicam aucupari, non possum non requirere in te constantiam & firmitatem animj dignam doctrina & sapientia tua. Quid tu nunc moraris sermunculos uel inuidorum, uel maleuolorum, uel certe aliquorum? Conscius ipse & opt. testis tibi consilij factique tui. Pueri ter ludentes Rex eris. Si recte facies & cetera. agnoscis enim Hora tiana. Quapropter non modo tu ut quietior sis, sed aduersarios etiam inimicosque grauius ulciscaris, ne audies quidem admittesque talia aut certe contemnes. Quae quidem ad hunc modum ab te amante & fideliter scripta in opt. partem accipies, id quod te esse facturum non dubito. Apparatus belli fama animaduerto multorum aures percelli. Ego uero quid suscipiatur, moueatur, agatur plane ignoro, nisi quod uastatio patriae est ante oculos. Heri attulit Gallicus quidam

adolescens

adolescens nobis ab Huberto Languetto, ex quib. tibi inscriptas his adiunxi. Res domesticae nostrae, Christi gratia, tolerabiles sunt. Te bene valere una cum tuis ego et omnes mei cupimus. Vale. Lips. prid. April. natali meo LXIIII.

Ioach. C.

EIDEM.

Edita

S D. Proficiscenti istuc Cl. Viro D. Francisco Crammae has dedimus in cupiditate quidem non levi adiungendi comitem illi vel me vel filium, sed me cum alia negocia tum opera scholastica neq. necessarium et tam longum iter ingredi non sinerunt. Ludovico autem vectura defuit commoditas, neq. onere hoc gravari quemquam voluimus: Ita factum est ut pro nobis literae ad te nostrae pervenirent. Accepi autem tuas his diebus binas, in quibus alteris obiurgationis nostrae mentionem facis non tu quidem χαλεπαίνων, sed nescio quo pacto tamen δυσφορούμενος: Erga te si ἀτίως sum, et feci id animo studioso dignitatis tuae, et singularis benevolentiae, cum neq. te fugiat hoc quoq. genus ab amicitia vera alienum non esse. Animadverteram autem omnino te vulnera quaedam gratiae faciliorem non sanare sed magis exulcerare, de quo ostendere sententiam meam officij mei esse duxi. Sed de his scribenda plura non sunt. Quod de valetudine tua significas, id me admodum sollicitum tenet. Fac igr te sustentes non solum arte ista Apollinari Asclepiadum qua excellis, sed altera quoq. νουθετικῇ, ad quam praeclaram illa extrema accessit. Multum etiam et momenti in coniugio suavissimo tuo ad animi quietem, et hac corporis vires sustinenti

sustineri

sustineri poterant. Haec scripsi tempestate quadam horridiore quae aperte
est indicata syderum mirifico concursu & decursu: Neque dubium est
quin aegris corporibus gravis accidat. Reconciliationem gratiae & patriae
& tibi gratulor, atque haud scio, utri magis. Si quid vero nunc etiam quasi
nodus restat, is dorride(?), ut spero, ipse quoque facile dissoluetur, aut non
erit saltem molestus, te praesertim adhibente aequitatem & moderationem
dignam sapientia & virtute tua. His diebus renunciari debet The-
ologiae Doctor Ihenae nuce quidem Dni Viri d. Pauli Eberi: & S[illegible]
ipse quoque ad illam actionem humanissime literis invitatus, atque erat ani-
mus autore quidem & hortatore Cramma(?) meo proficisci, quoniam plurima
caderet sane large. Haec concordiae initia ut princeps pacis filius Dei
benigne fortunet, & ipsam firmam esse iubeat precor. De caeteris
omnibus publicis & privatis apud nos habes Cl. V. D. Cremmam(?),
quem quanti faciam non ignoras. Perspexi enim hunc & ingenio
esse excellenti, & veritatis amantem, & summum amorem humani-
tatemque eius erga me tum expertus. Nam de aliis laudibus quae in illo
eminent me scribere non est necesse. Huius congressum scio tibi
iucundissimum fore, & hoc ipso noster tecum quasi repraesentabitur,
siquidem est ὁ φίλος ἕτερος αὐτός. Vale cum cariss. coniuge &
dulcissimis liberis. Mea domus tota vos amantissime salutat.

Joach.

EIDEM.

S. D. De tristibus negotiis nihil vel possum vel libet aliud scribere, nisi
Pindaricum

Non ed.

Pindaricum hoc φέρειν ἐλαφρῶς ἐπαυχένιον λαβόντα ζυγὸν ἀρήγει. Leniendum igitur in adversis tuis adhibebis τὴν τλημοσύνην, quod diminuit ἀνιχέσιοι καρδίοι correctum esse Epicharmum scripsisse accepimus. de his igitur satis. περὶ νάρδου πιστικῆς etiam ego haesi aliquando, neque adhuc sane quicquam habeo certi. In narratione Evangelica est, ut scis νάρδου πιστικῆς πολυτίμου ut contra ψευδόναρδον ita illam celebrari mihi venerit in mentem. Sed miratus sum Nonnum produxisse penultimam cum facit: πιστικῷ τρία μέτρα φατιζομένῳ ἀπὸ νάρδου. Itaque reliqui illa explicans olim in medio. Quod exemplum misisti mihi epistolae Seldianae, habeo gratiam. Nam scripta Viri illius exprimunt incredibilem sapientiam, Virtutem, humanitatem, fidem atque solertiam, cum verborum compositione elegante, et sententiarum gravi explicatione. Et recte autem monstret tu perspicis silicea liquidius, cui illae res sunt notiores quam mihi. Ego inter alias interpellationes et occupationes meas iam absolvi narrationem de Philippo Mel. atque in fine selegi maximas, rarumque saepe regendi prudentiam ut de quibusdam colligi possem: etsi non festino edere quae scripsi. Venire autem in mentem tibi puto in quam parte potissimum expositio adhaeserit, cum de illis rebus aliquid dicendum fuisse cogitare possis propter quorum doctrinam et perhibuerunt quidam dissentanea, et eum mortuum insectati sunt, et atrocibus contumeliis appetiverunt. Mihi autem insolentia et pervicacia quorundam indicis magis improbatur, qui impropria improprijs non desinunt exaggerare.

Sed de his nunc scribendum non est: Tu valebis una cum tuis καὶ εὐδαιμονοίης. Vale. Lips. prid. id. Maij

Ioach.

EIDEM

Edita

S. D. Ita est ut veteris notis memorat, celerem esse perferendo famam malorum: Nosti .n. hoc, ταχεῖα πάνυ τῶν κακῶν ὁδοιπορεῖ. Pervenerant igitur huc iam nuncij tristissimae & lacrymabilis mortis Summi Viri, antequam afferrentur litterae tuae, in quibus tamen narratio erat infelicis casus disertior. Amisi ipse quoque unum a quo opuscula Musarum mearum mentibus consentanea fuisse scio: Sed reip. damno magis moveor: Denique nocte hac somnum capere non potuimus, sententiam doloris mei conieci in versus duos, quos duxi adscribendos.

Cum Selde ereptus terris Sigemunde Georgi, Hoc res, busto obita, publica, morte iacet. Ex animo opto me haec effundentem non fuisse si nunquam vatem. Sed reijciamus ista in Deum. Te animadverto re primere magis curas sollicitudinesque tuas quam elidere, et non fugit me difficile esse animum vincere, praesertim adversantibus complurimus: Facies tamen quod poteris & feres animo aequo ea quae sublevari non conceditur. De meo scripto & ipse optarim me posse te habere lectorem illius, atque velim sic sane iudex ut esses: Studeboque gustum saltem mitti tibi: totum enim vix licebit. Reliqua quae sunt in epistola tua curae erunt mihi: Tu cordi tibi sint facito bonestissimae rationes tuae vitae: Hesio quod modo scribam praeterea

& fac

et haec scribens sum aliquoties interpellatus, & aiebant properare Tabellarium. Valebis igitur una cum tuis. Mei omnes vos salutant. Vale
Lipsiae XXIII die Maij Joach. Camer.

EIDEM.

Non ed. // S D. Neque multa potui nunc, neque nihil volui scribere oblata mittendi literas ad te opportunitate. Cum autem sciam Me & meos abs te & animo diligi & haberi carissimos, non potui non communicare tecum acerbissimum dolorem quo nudius Xtus affectus sum nuncio allato filium meum Philippum Neapoli Romam revertentem ex odium nominis mei in durissimum carcerem coniectum esse Romani pontificis mandato, atque narrant delatum eum a Mureto fuisse: qui nescio quam ob causam me tam atrociter odit. Quod genus hoc hominum? quaeve hunc tam barbarum morem permittit patria? Mater consicitur lacrymis. Ego si me vehementer perturbari hoc casu negem, mentiar. Multa autem & varia sunt quae me excruciant, non perscribenda literis: preces relinquuntur, Teque scio ardenter cum vestris tuas etiam coniuncturum. Caetera permitto Deo aeterno, quem oro ut filio meo constantiam in confitenda veritate, & patientiam in adversis omnibus benigne largiatur. Vale. Lips. VI die Mensis Quintil. Joach. Cam.

Hoc est manus, ut ne hoc quidem te celem, Iohannis filii mei, qui his diebus a suo principe ad me venit, cum neque dimittatur neque retineatur clementer. Ut meis curis hinc etiam aliquid cumuli accedat.

EIDEM.

Non ed.

S D Literas quas scribis Lincio datas non accepimus, Sed prox. missas
Augusta attulit nescio quis inde reuertens in Marchiam, atq. tum forte
aderat Clariss. Vir Caspar Peucerus, cum Illustriss. pr. Elector Augustus et
praeterea Princ. Elector Palatinus, & Dux Saxoniae Johan Wilhelmus adessent.
Ei illas tradidi. De Papa nouo prima fuit tua significatio, quam Nuncij
aliorum secuti sunt: Nunc narrant qui uiderunt & corpore & animo esse
detorto atq. prauo. ὁ δὲ τρίστοιχος στέφανος ἴσως καὶ ποιήσει δεινότερον,
ὥσπερ τὴν ὁμηρικὴν σκύλλαν οἱ τρίστοιχοι ὀδόντες. ἀλλὰ χαιρέ-
τω ταῦτα τῶν τεράτων. Ego, ut tibi probarem diligentiam meam, has
scriptas studij τοῦ ἀγγελτίου istuc profectus, nauante hac in parte ope-
ram amplius V D Georgio Cracouio. Narrationis περὶ Φιλίππου τοῦ
Μελχ nostra editio procedit: quam diuersa iudicia, aliaq. aliorum, ut
Plautino uerbo utar Consiones hactenus impediuerunt. Nunc hoc restat, ut
bene precaris proiecto quasi in altum. Mihi certum & ipsi grauissimum
uisum est ista prodire me uiuente, & amicorum cohortationes aliquid
animi mihi timido addidere. Itaq. tandem passi sumus & has nostras
chartas euolare. Apostolicam autem Epistolam iussi filium meum
Joachimum tibi mittere. Idq. esse factum confido. περὶ τῶν ἐκκλησια-
στικῶν οὔτ᾽ ἐνθυμεῖσθαι οὔτε γράφειν ἔχω τι. περὶ ἡμῶν οὖν ἐλπί-
ζε καλῶς. Hoc autem tristiss. accidere animaduerto ὅτι τῶν πρε-
σβέως δικαίαν νομίζομεν ὅσον ἡ ἀδελφὴ καθάρσια φαίνεται διωκομένη
ἡ συμφέρεια, ὥστε κινδυνεύειν διὰ χρόνου αὐτὴ ὑφ᾽ αὑτῶν. Ego
nihil aliud possum nisi deplorare miseriam nostram, & Dei aeterni ope
implorare

implorare ἐν τῷ χειρὶ, κατὰ τὸ τῆς ψαλμοῦ ἦθος. Magnifici Viri D. Zasij luctus mihi & caeteris quibus indicavi, D. Cramme inprimis magnum attulit dolorem. Filium Dei oro, ut ipsum benigne consoletur, & una cum suis deinceps tueatur. Te & tuos bene valere optamus Ego & mei omnes. Vale. Lyps. III Cal. febr.

Ioach.

EIDEM.

Non ed.

S. D. Heri accepi literas tuas: hodie tabellarium nactus admodum festinantem ante lucem haec scripsi. Significavit autem mihi filius meus Jochimus etiam alia pertinentia ad considerationem earum rerum, quae narrationem a me adi ad te scripseram. Sed nudius tertius opus illud absolutum aptum est, ultima charta ad inspiciendum mihi missa. De alijs igitur alias: Nunc nos ut bene eveniat quod factum est precemur. Cum primum fieri poterit mittendum libellum ad te curabimus sane grandiusculum. Sunt enim ei ne commemorata narrando, & disputando expositae rationes ut spero, neque futiles aut leves: de quibus tamen legentium est futurum, quemadmodum debet, iudicium. Has literas cum accipies jam scilicet loquuti eris ὁμολογουμένως cum Casparo Peucero, cuius sententiam emittendis istis hoc tempore secutus sum. Non satisfiet expectationi omnium, quin etiam quibus aliqui offendantur, & quae notentur, reprehendantur, fortassis etiam refutentur: haec omnia sunt a me praevisa: Itaque ἐῶ τὴν τύχην ἐκ ταύτης. Tibi tamen tuique similibus bonis viris & doctis non improbatum iri illa habeo persuasum, eoque facile contentus sum. Salutem rogo dicas verbis meis D. Casparo, & tuo Joanni

Bap[le]

Baptista, Wolfio etiam, quem esse tecum saepe non dubito, teq. eius familiaritate delectari. Vale una cum tuis. Lips. IX die Martij.

Joach. C.

EIDEM.

F non ed.

S. D. Quoties occasio datur literas hinc tibi mittendi, cupide ea utor. Tabellarios etiam nactus mitto ad Joachimum filium meum, a quo curentur ad te perferendae. Eiusdem etiam operae accepisse te iamdudum puto libellum narrationum mearum de Philippo Mel. Perre cum adhuc madidum ex officina unum studui ad eum deferri, ut te quam recentissimum haberes. Jam vero te laetor habere cum quibus familiariter seria & iocos quemadmodum dicitur: inter quos facile primas tenet Poucerus noster. His dieb. accepi epistolam unam tuam scriptam superiore anno. Quod si ideo meis caruit sine mea quidem culpa, sed non sine causa queri potes te meas minus crebras accipere. Non habebam sane modo quid scriberem, sed nactus tam opportunum tabellarium, unum ex nostris bonarum artium magistris, sine meis literis dimittendum non putavi, brevi praesertim ad nos reversurum. Te & tuos mei omnes amanter salutant. Vale. Lips. VIII Cl. April.

Joach.

EIDEM.

Edita

S. D. Non dubito quin tibi indicaverit V. Cl. D. Peucerus consilium itineris mei in patriam. Veni autem huc heri una cum Philippo Filio meo & diverti ad Joachimum virum moestum, variisq. curis conflictantem, quarum scilicet participem me fieri necesse est. Hieronymum autem Paumgartnerum cum incredibili dolore summi amici amissi requiro,

cuius

cuius consilio opeq. sustentari adiuuariq. inprimis potuissemus. Nosti autem illud, ποτὸν ἀνὴρ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου ἀντερύσασθαι ἄξιος, idq. profecto non modo ἐν χαλεπῇ διχοστασίῃ, secundum poëtam illum, sed omnibus in negocijs & rebus. Verum quiescere optimum & pietate, fide, virtute praestantissimum virum patiamur. Miris fere cupit tecum colloqui Ioachimus, atq. uelim mihi significes quādiu istic mansurum te esse existimes. Meas literas ad oēs aucupiis nostro: officium certe illis mittendis me ostilisse confido. Rumores belli Turcici multorum animos uehementer perturbarunt, etsi nonnulli de eisdem uerba faciunt contemptius. Equidem ut ueterum quendam senem militem introducit loquentem λευκὰ με θεὶξ ἀπὸ μισθοῦ ἐντεῦθε ποιεῖ. Atq. ideo de euentu quoq. mea causa minus sollicitus sum, sed reip. periculis, & posteritatis respectu tangor, &, quod unum mihi conceditur, θεῷ εὔχομαι ὅσοις ἐστὶ μετὰ κράτος, ut uiuens Thucydidea inculcem. Sed finem facio: Neq. enim tibi olim suppetere ad verbosas literas legendas arbitror, & cogitationibus uarijs distrahebatur animus meus, & obstrepebant mihi interpellationes. Te una cum domestica coniuge & sobole carissima bene valere opto. Vale. Norimbergae. XX die Aprilis.

Ioach.

EIDEM.

Non dd. // S.D. Pabergera sunt mihi reddita lrae tuae, itemq. Cl. V. d. Ponerij, cum apud me essent filij duo: interea tertium istic cum lris meis uenisse spero. Quod tu suspicari aliquos scribis de causa itineris

mei

mej, nugatorium est: Neq quicquam senti istiusmodj, & declinatio potuit esse facilior. Sed me plane necessitas attraxit cum respectus ad afflictam & tenuem rem domesticam, tum cura de filijs, quibus pro mea virili prodesse & cupio & studeo. Ut verum autem fatear, quantum mea presentia proficiatur nondum video: Hic tamen aliquot dietis hærendum est & revertendum Noribergam, ut ex his regionibus ante decem ix aut x non sim discessurus. Has literas, quibus adiungerent Joachimi filij mei literae dedi amico meo qui significarat mitti istuc tabellarium. Scripsi autem hæc festinanter. Clo. V. d Peucero neque tam celeriter respondere potui, & arbitrabar aulam Saxonicam tam diu dum hæ literæ adferantur, non esse Augustæ commoraturam. De ijs autem rebus, quas Uterq. vestrum deplorat querelis suis, me quoq. vehementer sollicitari credas velim. Atq. utinam ea adhiberetur diligentia tractandis illis, quam requirit & magnitudo harum & periculi metus, etsi hic fortasse pauciores tangit quam oportebat. Nosti χρυσοῦν ἔπος: ἰαοῦς δέ πέρα τι κακὸν [illegible]. Mea autem facultas ultra preces non extenditur. Has igitur usurpo, & oro filium Dej, Dominum nostrum Iesum Christum φύλακα ζωῆς ἁγίων & Ecclesiæ suæ inprimis, ut ipse sui gregis se esse directorem & custodem, clemente tutela ac defensione demonstret: Cui te quoq. & tuos commendo. Tuas literas, quemadmodum speramus, adferet nobis Philippus filius meus, quem te libenter vidisse confido. Vale

Sabersgæ. Cal. Maij

Joach. C.

EIDEM.

edita

SD. Immo ita volo, et idem te velle laetor, ut mei omnes tui sint. Ut ipsi merita benevolentiae tuae sustineant, confido operam eos ac daturos. Quod mihi ignoscis, non progresso hinc istuc, eo ipso et humanitas erga me tua, vel amor potius singularis declaratur. Quid vero, mi Crato, ut maxime liceret ad vos accedere, quid obsecro alter ex alterius congressu voluptatis posset percipere, his temporibus, et talibus rebus? nisi communionem scilicet lacrymarum, cum perhibeatur quod sit interdum et flere voluptas. Nam verae amicitiae inter absentes quoque nos constat, et huius suavitatem praestant literarum nostrarum mutua officia. Ego inter vexationes crebriores atque ea quae peregrinantes solent incommoda, esse velleitinam πάλιν irritatam sentio. Atque fuit heri sentiri hic Wurcepurgo. τὸ οὖρον ἀναπτύσσω, utque noster Stadius iam parabat θεραπείαν ἀντιτιθέναι. Non multo autem paucieres iam partas militibus confeci treceutis abs te ante annos aliquot mihi donato equo, cuius vectura adhuc mihi grata est. De iis quae istic geruntur et sunt in manibus multorum solicitudinem et expectationem commotam esse animadverto. Nos autem, quod unum conceditur, vota facimus, et incumbimus in preces, implorantes opem misericordis Dei cuius benignitate soli nititur spes nostra: Et hunc tu quoque eventus permittes omnes tam privatarum quam publicarum rerum: neque anxietati te trades, neque indulgebis dolori. Quod quidem ipsum facile dici monendo, fieri exprimendo difficulter scio atque fateor. Te una cum honestissima

coniuge

coniuge & carissima sobole vestra bene valere opto. Spero filium meum Ioachimum istuc intra dies XIII esse venturum. Ego hic detineor inihilum[?] his negocijs, quae me diu sane exercuerunt, & sunt explicanda, si ullo modo fieri poterit. De Syracida, quandoquidem tu tanti facis operam meam, aliquoties admonitus tandem conabor satisfacere voluntati tuae, & inchoatam telam interpretationis pertexere, ut reductus domum a concilio Deo, & reversus ad tractationes studiorum meorum. Vale. Norinberg. xi. May 1546

Joach.

EIDEM

Edita

S.D. Redij tandem huc post semestrem peregrinationem, in qua parum delectationis ac gaudij: tristitiae atque molestiae plurimum habuimus. Nam & in meis negocijs egi satis, & fui bene exercitus secundum Plautum, & amicorum casus adversi multiplicem dolorem mihi attulerunt. Itaque de me facile coniecturam capere possum, quid te fiat, cum ad privatos tuos labores respectus & solicitudo reipublicae adiungatur. Cum magis enim intelligis ac coram vides quae pericula in capita cervicesque nostras immineant, vel in quod iam discrimen venerint omnia: eo te angi vehementius de salute communi, qua scilicet comprehenditur sua quoque [comprehenditur], necesse est. Sed te spero iam usu etiam quodam corroboratum animo esse firmiore: tametsi ut in morbis longitudo temporis consuetudine interdum faciat ut mollius patientiusque feratur malum, simul tamen affligit aegrotantem gravius, & sua diuturnitate debilitat. Ad officij igitur considerationem vertendus animus, id est ad

obedienti

obediendi Deo aeterno voluntatem, & expectationem ab eodem sublevationis
κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ, καὶ οὕτω διϊτέον τὸ ἐν ποσίν. Fuit superi-
oribus diebus nobiscum revertens Augusta Cl. V. d. Peucerus, cum quo
colloqui otiose de quibus maxime volebam, in summa festinatione eius
non licuit. Breviter tamen ille ea narravit, quibus & in praesentia
aegritudine, & in posterum metu, valde sumus perturbati. Itaque mihi
saepe de statu tam civilis quam ecclesiasticae rei in mentem venit lugubris versus
ex Alceste: ἤδη προνωπής ἐστι καὶ ψυχορραγεῖ, ut ad vitae conser-
vationem Hercule aliquo omnino sit opus. Sed de his nos frustra dis-
putamus, precesq. ac vota pia usurpari fuerit melius, cum praesertim
a nobis fieri aliud nihil possit. Manet autem hoc, Ἔστω ὁ κύριος
τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Joachimum nostrum te convenisse Augustae spero. Phi-
lippum patrem ipsius reliqui in patria. Ludovicus vero Montempessula-
num se conferre cupit, & putatur ista ei migratio profutura. Maximus
vero natu filiorum meorum Joannes in Prussiam cogitabat: Ita fit ut
meorum mihi usus & consuetudo non contingat. Sed illorum mihi non
mea commoda curae sunt: ἐμοὶ γὰρ ἤδη βεβίωται, neque oblectationes
amplius quaero. Te velim, si mittendi opportunitas sit, literarum aliquid
ad nos dare. Hic erant adhuc res satis quietae, sed metus animadver-
tebatur tumultus qui excitaretur ὑπὸ τῶν ἐκχαριζόντων, καὶ τῶν
δεξαμένων αὐτοὺς χώρᾳ καὶ δόμοις ἐφεστίους, κατὰ τὴν τραγῳδίαν.
Sunt profecto magnae & difficiles & arduae res commotae ubique, quarum
exitus imbecillior acies mentis meae non potest perspicere. Verum
ne

ne de his quidem disputare libet. Te opto cum rectissime commodissimeque
una cum tuis vivere & valere, quem mei meminerisque amantissimum
cognovi. Mea uxor te & tuam honestiss. coniugem salutat. V. Id. Octobris.

Ioach. C.

## EIDEM.

Edita

S. D. Literas tuas scriptas in castris ad VIII. d. Septemb. accepi hic
allatas post dies XX. Etsi autem non adscripseras castrorum locum:
coniicere tamen potui de quibusdam quae significantur abs te, fuisse illa tunc
ad Comaram. Iulii occupatae famam antevenerant horribiles de Sigeto
expugnato rumores: de quo cum tu mentionem facias dubitanter, & quae
multa sunt quae causam dant metus ne quid accidat gravius, magna
afficimur sollicitudine. Tum vero quae Christiani nominis copiarum for-
tuna sit video ambigi, quod hostis impune tantas clades edat. Nostra
συμμαχία est precationum piarum: Sed me ea quae sunt in fine epistolae
tuae mirifice perturbarunt, de quibus plus verborum facere non libet.
Παρὰ δὲ τοῖς Βελγαῖοις μανία τις ἐπιδημεῖ ταραξίπολις,
θορυβοποιοῦ τινὰς τόλμῃ ἀσχήμονι δηνουμένην τῷ ὄντι χαμ-
ρίναν τῇ ἀχείρῳ καὶ ἀλόγῳ εἰκονομαχίᾳ. οὕτω δὴ πανταχῆ
κακῶν κακὸν ἐξηρίκευ. Superioribus diebus ἐν τοῖς ἀλβιοζετω-
νικοις ἀρχιέπος obiit mortem: qui casus & ipse suspensos animos
tenet complurium, timentium τὸ τῆς διαδοχῆς περιμάχητον.
ὁ δ᾽ ἡμέτερος ἀρχαιρεσιάσιος, καὶ ὁ Βρανδεπυργίενος ἤδη συνεί-
ναι λέγοντι, οὐκ οἶδ᾽ ὅπου. In his autem regionibus ubique prope intra
milia nostratia hinc XV saeva sunt νόσοι λοιμικαί, & invase-
runt

runt nostram quoque Urbem. Wittenbergae mortua filiola D. V. D. Pomerani,
ipse matrem puerperam cum reliquis liberis in suam patriam abduxit.
Ego dum intermitteretur hic publica doctrina, habebam in animo cum uxore
me in patriam conferre, sed infesta morbis loca, per quae iter faciendum
esset, meum consilium hactenus retardarunt. Ego quemadmodum nuper
tibi significavi, ne ad illum cui tu de Godefrido tuo aliquid scribi a me
voluisti pervenirent inaniores literae meae, converti scriptum quoddam e
graeco sermone in latinum quod edendum non putavi. Sed ad illum si
misissem, credidi id officium ipsi non fore ingratum. Quod tamen in his
difficultatibus & tanta mole belli vereri sane cogor ne parum oportune
praestitum esse videatur. Atque dederam describenda mea σχεδιάσματα
Brodeccio, sed is non absoluto opere territus magis specie quam reipsa
grassantis hic pestilentiae discessit. Itaque ego ipse addidi mea manu
reliqua inter varias quidem & multiplices occupationes, & interpellationes,
cum adiumentis etiam tum eorum cum quibus communicarentur opera
mea, tum scribarum destitueremur. Cogitabam adiicere & alia quaedam
συμπεπονημένα & praeceptorum Christianorum, sed neque tempus neque ocium neque
adeo considerandi facultas suppetens fieri hoc iam sinit. Oblatam autem
occasionem mittendi ista in tuam patriam nolui negligere. Tu si
ad te pervenerint ipse primum leges, deinde revisum complicata mittes
ad eum, qui a me in proemio compellatur, & significabis hoc me elaborasse
pelusse [illegible]. Velim etiam tuum Godefridum meis verbis ipsi scribens salutes.
Vale. Lips. M. VIIbr. d. XXIX.　　　　　　　　Ioach.

EIDEM.

S.D. Forte indicatum mihi cum esset, adveniste tabellarium Caesareum = Non ed.
cui literae meae quoque ad te scriptae tradi possent, statim has exaravi.
De gravis et periculosi belli Pannonici neque processu neque adeo conatu
quicquam iam audiebatur. In his autem regionibus murmura tumul-
tuum magnaque conticescunt. Quod si tempestas etiam extiterit, erunt res
miserae. Contagiones autem pestilentes serpunt ubique et alicubi in vicinia
grassantur. Danicum bellum geritur totis viribus, et in potestatem Sue-
dorum naves mercatoriae nuper pervenerunt circiter L: quibus commea-
tu multiplici onustis Suedi laborantes omnium pene iam rerum inopia
admodum sublevati putantur. Περὶ τῆς ὑμετέρας εἰκόνος, quod
tam accurate scribens pollicitus, risum mihi movit. Atque iampridem
volenti effingere Lucae faciem nostram, nec non aliis quibusdam, copiam
hanc facere recusavi. Si iudicio vero, eo scilicet rectius: Sin minus,
constantiae tamen causa mihi in negando nunc deinceps est perseve-
randum. Non sit sane istud ἀξιόλογον, nullum extare δείκηλον
αὐτοῦ, liceatque putetur βαυκοπανοῦργον κατὰ τὴν τῶν Λακεδαιμονίων
ἐσθῆτα: Ita mihi agendum tamen et in hac sententia permanendum
videtur, et abs tua humanitate peto, ut vel hoc approbes, vel certe veniam
hac in parte mihi dare velis. Ego propitii Dei clementiae Imperatorem
et exercitus nostros commendare precib. meis non desino, eumque precor ut
te et tuos omnes benigne conservet. Mei vos salutant. Non licuit
modo plura. Vale. Lips. III Non. Sext. Joach.

EIDEM

Edita

S D. πόνος πόνῳ πόνον φέρει inquit Sophocles in Aiace de sua fatiga-
tione Chorus. Et nobis istinc literae atque nuncij tristia tristib. accumulant.
Jam .n. profligationem quoque ac fugam eius cui nuper στρατηγίας
interpretationem nostram curandam ad te misimus, rumores dissiparunt:
qui utinam in tantis calamitatibus falsi reperiantur. Nam si etiam haec
clades accepta est, quid obstabit? quo minus alia quoque Sophoclea ἐπιζρα
Judulcemur: νῦν δὲ τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ, στεναγμὸς ἄτη θάνατος, αἰσχύνη,
κακῶν ὅσ' ἐστὶ πάντων ὀνόματ' οὐδέν ἐστ' ἄπον. Quid igitur fiet?
erit & omnium hominum sapientia rideat, & inprimis hostibus optata res
esse videatur. In Deum aeternum conjiciemus curas, spem fiduciamque universam

Ipse fa-
ciet

Αὐτὸς ποιήσει. fortassis ~~aliam~~ enim alijs antea viribus & opib. magis
freti fuimus. Non me fugit quam ista humilis atque miserabilis sit oratio: Et
Exultans superbia atque elatio hostium ante oculos est. At ego haec commentor.
Τίς ὡς κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, καὶ τὰ ταπεινὰ
ἐφορῶν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ: ὁ ἐγείρων ἀπὸ γῆς πτωχὸν
καὶ ἀπὸ κοπρίας ἀνυψῶν πένητα: Huic igitur permittantur caetera.
Sane sum gavisus occasionem mihi offerri litteras ad te mittendi, ut
diligentia mea officiorum praestandi tibi probaretur. Nam male curati mea scripta
utrinque ligant. Dedi autem ante dies octo huic et viri ex hospitalibus
Cliniq in Austriam proficiscenti epistolam ad te, & nunc alteri huic adiunxi
mea manu descripta quaedam testantia cogitationes solicitudinesque meas. Ut
exprimerentur .n. typographicae his apud nos officinae non vacabant: neque
librariorum

librariorum mihi iam copia erat: meam igr operam addidi. Accepit autem has lras afferendas tibi nobilitate generis & vera virtute excellens vir ex familia Schulenbergia, cum quo libenter pro tua humanitate & eruditione scio te esse collocuturum, si modo otij tantum tibi suppetat. Apud nos sunt oia fere in eo statu quo toto semestre hoc fuere, neq. formidinis periculorumq. expertia: & tolerabilia tamen, inq. comparatione cum aliorum calamitatibus, levia. Τα λοιμικα non grassantur illa quidem in oppido nro atrociter, sed passim tamen vagari deprehenduntur: Caetera se rebus ubiq. exulceratis eiusmodi, ut tranquillitatem diuturnam neutiquam polliceantur. Te & tuos bene valere optamus nos domi mea omnes. Vale. Lips. D VI. M IX.

Ioach.

EIDEM

S D. Salutavit me modo Phrysius quidam vir doctus & ostendit se Viennam profisci: Ei igitur hoc literularum dedi, ne occasionem scribendi ad te praetermitterem. Ante paucos autem dies lras ad filium meum Ioachimum misi, curandas tibi. Hac transibant iam equites & pedites καὶ ἔλεγον ὅτι ἐκ παραγγέλματος αὐτοκρατορικοῦ πολεμοῦς ἐκφέροιτο πρὸς τὸν τοὺς ἐκκηρύκτους ὑποδεξάμενον. Mirifice haec non me modo timidum, sed alios quoq. fortiores perturbarunt δέδοια δὲ μὴ ἀρχὴ αὕτη γένοιτο ἀνηκέστων κακῶν: Neq. in ista tristitia scribere plura potui. Obstrepebant .n. aio meo cogitationes irae divinae & delictorum nostrorum, et ante oculos erant superiorum annorum miseriae & augebatur dolor respectu culpae quam in alterutra parte

haerere

Edita

harere necesse esset, & mihi ne qum συζῶν ἀπασθαλίνοιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχοιεν. τῶν δὲ πημονῶν μάλιστα λυποῦσ' αἳ φανῶσ' αὐθαίρετοι secundum Sophoclem. Habes literas quales nunc potui: non quales antea scripsi scribere solitus fui. Tu, si nihil impediet te, revertenti huic Physico non modo docto viro, sed et perque humano aliquid ad nos literarum reddes & valebis. Vale. una cum tuis. Lips. XXII die Decemb.

EIDEM Ioach. Camerar.

Non ed. // SD. Et ea quorum mentio fit in tuis literis filius meus Ioachimus mihi significavit & propterea cladem incendii Viennensis. Atque ego te omnino istam quoque cepisse calamitatem puto, & itinerum molestiam maiorem obtulisse. Sed quoniam τῇ ἐνδόξῳ ταύτῃ δουλείᾳ implicatus es, ferenda sunt incommoda scilicet tibi illius aequo animo. De bello Turcico nihil habebam nisi famam apparatus maximi & conatuum ingentium. In nostra quidem Academia nonnihil turbarum dedit intempestiva quorundam, ni fallor, procursio in iis declamitando commovendis quae nunc quidem & isto rerum statu relinqui ἀκίνητα fuisset melius, mea quidem sententia, qui & χαίρειν φιλαπάτορ, μετρίοις ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον esse didici de Epigraphis veterum. De manuscripto D. Swendii huius(?) ... ἡδὺ μὲν ἔστι θέρεος, ὀλίγον δ' ἄχθος ἦν ἀπολείπειν. Sed epistola quam illic mihi misit mune ris profecto singularis instar est: cui opto ut ea eveniant atque contingant quae virtutes ipsius eximiae merentur. Te quoque rectissime valere optamus omnes. V. Lips. V. Martii.

EIDEM Ioach.

S.D. Desiderium delitescens his apud filium meum Ioachimum, ξενιζόμε-
νος θ' ἅμα δὴ θεραπευόμενος, ὑπὸ μὲν ἐμοῦ φιλικῶς, ὑπὸ δ' ἰατροῦ ἐπι-
μελῶς: quamquam ista ἀνεώματα sunt jam debilitarum partium, ut inte-
gritas quidem sanitatis pristinae desperanda, sed quasi sarciendi tamen
studium non negligendum esse videatur. Nuncio de familia tua ad-
versa valetudine admodum perturbati sumus Ego & Uxor mea, neque de-
sinimus nostram omnium salutem commendare Deo aeterno precib. nris.
Ad vincula autem arctiora clementissimae benignitatis atque singularis
favoris, de quibus scribis quod attinet, ut gratulor tibi hanc fortunae
felicitatem: sic non possum non vereri ne maiestatis tantae adeo procli-
vis inclinatio ad adstringendum plus virium habeat quam congruat rationi-
bus tuis. Sed quoniam in istum te locum demisisti, id accidere quod
ornamento tibi sit labor: Nam evolvendum te magnaque morari, habeo
persuasum. Duringici belli exitum inopinatum, & animadversionis
severitatem, & considerationem rerum tam praesentium quam futurarum in
animis prudentiorum varias cogitationes commovere sermonibus quorun-
dam declaratur: de quibus neque ego mihi scribere aliquid, neque personae
neque conditioni meae convenit. Itaque κατὰ τὸ γεροντικὸν ἦθος.
θεῷ εὔχομ' ᾧ τ' ἐστὶ μέγα κράτος, οὐδ' ἄτερ θεοῦ γίνεται ἀν-
θρώποισ' οὔτ' ἀγάθ' οὔτε κακά. Moveri tamen & alia videntur
maiorum cladium minantia mala. Eversum n. tanta copiae
quam nunquam contracti dicuntur. Eo evadunt autem animorum aliena-
tiones, simultates, odia, invidiae &c. Non iam ut vitae omnem esse sublatam

jucunditatem

iucunditatem, sublata caritate & beniuolentia, secundum Ciceronem, quaerendu, sed de salute incolumitateq. reip. nihil bonae spei relinqui, dolendum sit. Sed ista omittantur, & sit hoc in promptu ut uersum Theognidem iaculem, χρὴ τολμᾶν χαλεποῖσιν ἐν ἄλγεσι κείμενον nostri religia. Appendicula in libris tuis de L Sriendio, tuam curam rerum maiorum maiorem ēē propria demonstrat. Sane nolim ei de istis nugis aliquid esse, hoc prae- sertim tempore significatum, Neq. mihi illius humanitate & beniuolentia erga me quicquam carius acceptiusq. esse pt. De ualetudine ipsius infirma quod scribis magno me dolore affecit. Nam firmiss. illa & digna erat uirtute ipsius & prodesset rebus communibus. Circumlata litera hic fue- re quib. narrabatur hostilib. eam impressionib. cedere coactum fuisse. idq. uerisimile uisum est ijs qui scire se putant. quo pacto illae res ad- ministrentur. Tu, mi Crato, fac recte ualeas & ita aliorum ualetudini tuenda seruias, ne negligas tuam. Salutat te Vxor mea, cuius mihi praesentia in meis languoribus perquam utilis fuit. Vale. Norim- bergae. Vesperi. diei XXIIII. M. April.

Ioach. Camer.

EIDEM.

Edita

S. D. Dum hic partim uolens desideo, partim detineor inuitus, binas tuas accepimus, & binas ad te scripsimus: Sed opinio de tuis itine- ribus nos fefellit. Nunc apud Caesaream M^tem te esse arbitrabamur, Domestica fortunae & priuata incommoda tua, de quib. scribis, magnum nobis dolorem attulerunt, Et ut ista cura & haec aduersa leniantur, precamur Deum aeternum. Nam expers omnis miseriae uita in terris quaerenda non est. Nullum .n. genus hominum οὐ μία κέλευθος ...,

χυτρας, πεσσευτας, & cetera quae veteres Diphili nostris commemorant, & sunt pleraque non nobis quidem incognita. Atque haec sane, facile animadvertis per publicis calamitatibus tibi videri mediocria: quorum cum me cogitatio praesentium mirifice perturbat, multo gravius excruciat metus futurorum. Quid enim boni speres consequuturum ea, quae tam geruntur ac fiunt, quam suscipiuntur atque moventur? In nostra conditione qui docti perhiberi volumus, nonne res manifeste eo evadit, ut ad posteritatem quoque mala propagatum iri appareat. quando quidem secundum Solomos nostrus ὧδε νοῦ μὲν ὁρέων ἀγαθὸς δὲ κακὸς δὲ. Ἕσθλην ἦν αὐτὸς δόξαν ἕκαστος ἔχῃ. id quod tamen tolerari poterat, nisi ista ἰδιογνωμοσύνη capitalia statim odia & alienationes hostiles parerent. Sed nescio quo pacto ad haec aberravimus, quae soleo indies studiosius vitare scribens amicis. Quapropter μηκέτι ταῦτα λεγώμεθα, & permittamus Deo aeterno ista, & eidem publica privataque committamus. Mihi hic nonnihil sane negocij venerit Lipsiam cupienti adhuc obstitit. Nam τὸ πάθος tibi aliquis hic indicatum quod itineris agitatione irritaretur, pertinacius inhaeret ut vix ut persanari posse videatur. ferendum igitur scilicet est quod mutari nequit. Intra mensem decrevimus nos, Deo aeterno iuvante in viam dare: Cognosco enim requiri ab Academia praesentiam meam. Hic tempus scribendo fere absumimus, colligens historica ex diversis libellis. Tu quidem nostra probare cuncta consuevisti: sed si edita ista fuerint, alios quoque non improbaturos esse confido. siquidem adhuc quisque est, qui secundum Pythagoricum praeceptum

τὰς μούσας

τεσ μουσασ κρείττονε τῶν σειρήνων ᾐδέται. Sunt autem narratio,
nes de rebus Turcicis, quas in hoc otio accuratius cepi exquirere, Et
collegisse me puto neque vulgaria neque futilia. Haec scribenti forte ἐκεῖ
τοῦ νέοι μεγάλου Τούρκου affertur: Quam intuens sensi complexi
animum meum et praeteritorum moerore, et formidine futurorum, remi,
niscens quibus cladibus affecerit orbem terrarum barbarica ista poten,
tia, et considerans lacrimabilium euentorum causas, quas non modo
non remoueri aut minui, sed stabiliri augerique cernere liceret. Ve
rum rursus iste ἄλλος ἐμβαίνει λόγος. Finem igitur faciemus
et tuas iam lras expectabimus. Te, mi Crato, una cum tuis Ego
et mei ex animo optamus bene valere. Vale. Norib. xxv d. M. Maij

Ioach.

EIDEM.

Non ed. // S. D. Praeter meam opinionem tam longo tempore hic versamur,
Sed res ita tulit, ut maturare discessum hactenus non licuerit. Atque
erat animus, Deo aeterno adiuuante his diebus in patriam proficisci
quo Ioachimus filius meus tendens hodie est iter ingressus: Me enim
necessitas morata fuit. Interea autem dum hic remaneo, has ad te
scripsi. De me ita sese res habet, ut saepe indicatum tibi malum mihi
pertinaciter adhaereat: Caetera sunt pro aetate mea adhuc tolerabilia
De Ioachimo nostro ἠρξάμεθα πραγματεύεσθαί τι pertinens ad commo
diorem vitae degendae rationem, de quo malo ab ipso perscribi ad te.
Interea tu una nobiscum precabere Deum aeternum, ut feliciter euenire
velit, id quod in manibus est. A qua factione significas te Prussiam
metuere

metuere, eius autor καὶ ἐπώνυμος redijt in pristinam sedem Sala-
za dicitur: Itaq. non possum non vereri ne hinc aliquid nouorum
motuum existat. Non. n. grata quies generi isti, & odia illius erga
dissentientes sunt hostilia, & animorum acerbitas extrema est. Sed his
malis imploratis Deus aeternus fideliter remedium inueniet. L
Secundum meliore fortuna uti, uel minus saltem aduersa ex animo
opto: cum quidem istud non solum malum infelicitatis, sed turpitu-
dinis etiam dedecus ad imperij detrimentum atq. infamiam redun-
det. Verum haec alios considerare oportet. D Sambucum, ubi occa-
sio fuerit, meis verbis salutabis, D et Paulum Fabricium. Salutat
te & tuos uxor mea. Vale una cum tuis. Norimb. VII Iunij

Joach. Camerarius

EIDEM

S D. Responsionem ad literas tuas meam ordiar a fine illarum. Ego,
mi Crato, ei, quem scribis rem fecisse τῆς ἐμπορίας prosperam fortu-
nam neguaquam inuideo. Meae profectionis quae causa fuerit, & quid quaesi-
uerim atq. spectarim, & ego mihi sum testis, & tibi scio esse explo-
ratum. Quod tunc non successit negocium, cum mihi conscius sim
eam culpam a me abesse, aequo animo ferre euentum soleo. Istas
praedicationes bene gestae rei opto ueras esse. ἀλλ᾽ αὐτὸ δείξει. Nos
μακροὺς αὐλοὺς inflare non potuimus, οἵτινες οὐκ ἠξιώθημεν
κοινωνοὶ γενέσθαι τῶν τοιούτων πράξεων, ἢν δηλονότι τύχην
στερκτέον καὶ αὐτήν. Mentione facta de te in literis tuis nonnihil
sollicitudinis nobis est iniectum. Quod quidem tibi expediat, imo prae-



Edita

necesse sit appareat: sed quae obstent video, neque me fugit quibus vinculis adstrictus detinearis: Ut ea quae tibi in animo sunt, humano consilio explicari vix posse videantur. Quod igitur perfugium relinquatur nescio: neque de his plura scribam. De adventu Regis Sarmatici in patriam tuam fama passim pervagata fuit, & de apparatu splendido multa narrabantur. Inter Reges Balthicos pax sperata non potuit fieri: itaque bellum recrudescit. Neque conticescunt vociferationes βωμολόχαι τῶν βλακικῶν usquam. Nostras tibi literas vel sero vel non omnino reddi animadverto. Quem significari aliquando tibi venisse in has regiones ut ἐρωτικὸν ὑπόθεμα conficeret, eius consilium actionesque audio minus probari omnibus, imo ὑπὸ δέ τινων καὶ ἀποσκορακίζεσθαι. Περὶ τοῦ ἑκουσίου nostrorum sententia satis dilucide est exposita τοῖς δυνάμενοις καὶ βουλομένοις. Quod de Synodicis mones, id erit mihi curae. Epistolarum Philippi Mel. liber nondum est absolutus, sed intra dies paucos spero eum proditurum esse. Utinam ad te ille in patriam tuam mitti possit. Quae Ludovico nostro mandas, ea iussi ipsum diligenter & studiose exequi. Te una cum omnibus tuis bene valere cupimus Ego & mei omnes. Vale. Lips. D. XII. M. Nov.

Joach. C.

EIDEM

Non edita

S. D. Aegre haec scribere potui exagitante me malo nephritico crebritate στραγγουριῶν ut uno in loco diu manere non possim: Tum crebrae interpellationes cruciatuum, cogitationes etiam animi mei conturbant. Heri usque sum exercitatus tris desenglutis, hodie eadem ἄνευ τῆς καθαρτικοῦ ἐμπλήματος

De

De Samuele probo consilium tuum. Extat elogium de patre ipsius prae-
clarum in quadam epistola Philippi Mel. ad me, Et mihi ille notus, &
tibi etiam notus amicus fuit: deq. Samuele optimam spem habeo. Iussi
enim hortari filium meum, ut ipse lras ad te daret. Multa iam cupie-
bam, sed χειρὶ scribendo non potui. Accepi tandem ea q Witebergam
missa fuisse, ut mecum communicarentur ostenderas. de quib. mihi qd
dicam; οὐδὲν γὰρ τοιοῦτο προυτέθη παρόντων ἡμῶν. Et est istud
διαβούλιον mirificum. Si quid agi ceptum fuisset me praesente &
adhibito, veritatem studuissem defendi simpliciter: de caeteris non pugnas-
sem, te, ut spero, & pijs bonisq. omnibus approbantibus. Sed nos scilicet
non digni fuimus, qui talibus consultationibus interessemus, quod mea
quidem causa mihi magnaeq ingratum aut molestum accidit. de caeteris
videant alij. Comperio Viennae pietatis & religionis sincerae amatores af-
fligi, καὶ ἐξελαύνεται ἐπὶ τούτῳ ὁ ἀρχιγραμματεύς, καὶ ἡ νεόγαμος
αὐτοῦ γυνή, cuius aliquando fecisti tu mentionem honorificam in lris
ad me tuis. De quibusdam alijs scribere plura prohibeor dolore & in-
dignatione etiam quadam, & ut verum fatear, consideratione non impru-
dentis, nisi fallor, atq. adeo adversa valetudine. Omnia sunt, mi Crato,
plena & in praesentia magnis miserijs & in posterum multo maiorum
calamitatum. Ignosces & dolori meo & brevitati literarum & bene
valebis una cum honestissima coniuge tua, lectissima foemina, & Ioan-
ne Baptista vestro. Vale. Lipsiae. d xxi. M Martij

EIDEM

Ioach.

Non ed.?

// S D. Ex tuis l(itte)ris quod iter tibi impositum esset, cognovimus; q(uae) de ca(us)a suspicari non potuimus: difficultas quidem illius non potuit nobis esse obscura. Sed sperabamus te superata illa universa jam ad nos Pragam salvum & incolumem reversum esse: Idq. ita evenisse ex a(nim)o optamus. In tuis l(itte)ris quas proxime accepimus, erant quaedam de quibus tecum loqui cuperem; nihil. n. te celare, quem & mei amantissimum, & fide summa, & prudentia singulari, & veritatis maximo amore praeditum cognovi: scribere multas ob causas non libet. Ita quidem res sese habet, ut nostra peccata, quae novis indies cumulantur, poenas cessare non sinant. Cum quidem autores sunt ab initio turbarum, neq. commota patiuntur consistere, iis scilicet consiliorum actionumq. suarum ratio reddenda est. Evocati sunt diversis e locis Theologi, qui conveniant ad d VII huius mensis in oppido Zerbst. περὶ ἧς συνόδου οὐ δύναμαι ἀφρόντιστος εἶναι, μὴ τινῶν ἐκείνη καινῶν ταραχῶν ἀρχὴ καὶ παραδοχή. Eduntur enim mirifica scripta quasi προλεγόμενα quaedam explicandorum: Sed nobis scilicet tanquam spectatoribus Catastrophe est expectanda. Witeberga brevi multi doctores Theologiae solenni renunciatione creabuntur. Samuelem ad te vel certe ad tuos te absente venisse omnino putabamus. Te Norimberga accipi hospitem a filio meo Ioachimo, rebus utrinsq. salvis & laetis, ex animo optamus. Porro vos transituros patriam meam, tibi mea domus tenuiter & male instructa vobis patet. Ludovicum iussi quaedam hic a me edita curare perferenda. Vale una cum honestissima coniuge & carissimo filio.

Lips. VI. Id. Maij

EIDEM

Joach.

S. D. Quam missam dictam fuisse significasti μεταξὺ οἰχομένου τινὸς ἐντεῦθεν, eam missam factam, erat fortasse melius: Sed ἐπὶ τοῖς θανοῦσιν ἐλπιστέον, cum ille praesertim agens tunc animam quid fieret nescierit: Utinam viventes Reip. & sibi videant. Illustriss. pr. Elector Augustus nudiusquintus hac transiit proficiscens, ut narrabatur ad nuptias celebrandas filiae, quam una cum matre adduci ferebatur. Interea apud illustrissimam reliquam sobolem Cl. V. D. Peucerus debet esse Dresdae. Ego multis diebus domo quidem non exivi, sed domi sum valde exagitatus meo tibi noto & mihi nimis iam familiari malo, quod interdum me parum familiariter accipit, neque tamen a me irritatum. δυσουρίας modo me non diu uno in loco considere patiebantur: accedebat etiam molesta admodum lippitudo, Itaque haec scripta sunt neque continue neque attente, quae tu boni consules. σύνοδος de qua prox. literis meis mentionem feci ideo videtur bene abiisse, quod non convenerit de novo aliquo scripto edendo: in quod fuit inprimis ad deliberandum: Caetera habebunt scilicet eam fortunam quae est propria Synodorum: ὥστε μετέπειτα γίνεσθαι τὰ πράγματα ταραχωδέστερα. Quae fuere ab iis, qui ad Albim novi Doctores Theologiae renunciarentur, ad disputandum proposita, ea illi valde displicere dicuntur, qui longo iam tempore compositionis cuiusdam negocio occupati sunt, ὥσπερ δορί σὺν τὰ τῶν μυστῶν δὴ [illegible]: Itaque metuitur nova turba, quam Ego semper timui & non possum metus huius expers esse. Ἀλλ' εὖ ἔσται Θεοῦ διδόντος. Tuae querelae de meis mihi gratae fuerunt. Declarant .n. non solum constantiam amoris erga me tui, sed

crescentem

crescentem quoq. magnitudinem illius. Quaeqz ego quid dixerim illi, qui nostros sermones tibi narrarunt, non memini: Et non fugit te, sermones familiares esse liberos solere, et saepe referri aliquid aliter atqz prolatum fuerat. Tuas lrãs sperabamus te adhuc Pragae remanentem esse offensuras. De profectione mea non possum certi aliquid constituere: differri some eam, siquidem oĩo procedat necesse est. Opto te et tuos bene valere. Vale. Lips. D XXI. M Maij

Ioach. Camer.

## EIDEM

Edita

S D. Et fuisse apud te Brominum nostrum et reddidisse tibi lrãs meas arbitror. aiebat .n. sibi istuc cito esse veniendum. Quod autem de penuria boni viri scripsisti, de eo ut cum illo ageres, nomine quoq. potuisti admoneri: Et facultas autem est hac in parte eius, et voluntas erga te singularis. Quis vero putasset requiri ibi vina bona, unde in oĩa fere Germaniae loca advehi solent? Sed curam istam minimam esse inter tuas non dubito, cum habeas ante oculos, interq. manus ea quorum cogitatione obstrepente non Siculae dapes dulcem elaborarint saporem, ut ait Horatius. Verum missa haec faciamus. Quem Ego summum virum saepe appello, de eo si iudicium meum forte alicubi errat, non prorsus tamen falli me existimo. Quod ipsum quoqz si acciderit, consolari me possum Ciceronis exemplo, qui quantopere erravit deceptusq. fuit in Caesare Octaviano! Sed quantum mihi visus sum intelligere ex lrĩs tuis sententiam illius, non possum pro statu praesente rerum et hominum conditione homine improbare. Quae .n. spes alia se ostendit quasi ruinosum aedificium reip. fulciendi? Non fuit

fuit ista, ingruet, nova ratione; & postulare videtur quiddam maius
atq. gravius pietatis non simulatus cultus! Fateor ita esse, Sed nonne vos
Medici saepe morbum non prorsus ita depellitis, ne simul vita extingua-
tur? Scribo autem haec ut ignarus quid & progressurus sit ad agendum, &
geri ceptum. Atq. suspicaris tantum quaedam de indicio literarum tuarum,
cum quidem non possim non metuere in foribus ea esse mala de quibus
vaticinationes antiquae extant sane tristes: ad quae nobis nisi preces
piae nihil relinquitur, vel avertenda vel mitiganda. de his igitur hactenus.
Quod mearum literarum brevitatem accusas & crebriores has expetis,
fieri hoc singulari quadam affectione amoris erga me tui statuo: Ego
vero neq. habeo semper quid scribam & commercij argumenta literarum
facile requiro, & saepenumero adversa valetudine fit ut ad scribendum
parum sim idoneus: mittendi quoq. opportunitate non raro deficimur.
Ludovicum tamen nostrum non desino iubere, ut sit in hoc genere officij
diligens. Libellum de quo quaeris sententiam meam, nondum pellegi:
Et scis me iudicium de talibus scriptis ferre non solere. Quod si
morem suum servabit haec aetas iste ζητήσεσι alius ἀποκρίσεσι ex-
sculpet, nisi admodum fallor. Hic etiam nescio quid murmuris exau-
ditur ante novam quasi tempestatem θεολογιῶν ἐρίδων καὶ μαχῶν:
Quae si exorta fuerit, non abitura est sine magna calamitate. Causa
autem datur ijs quae Witebergae proxime ad disputandum fuere propo-
sita, cum multis sane mandaretur munus doctrinae theologicae, vitae
solennis, secundum consuetudinem Academiarum: de quib. alij aliter
iam loquuntur. In hoc autem tam ferace scriptionum seculo, quum brevi

iterum

iterum tibi exolent. Ego hoc anno instigante filio meo Ludovico describendas curavi interpretationes & explicationes meas Ethicorum Nicomacheorum & Xenophonteas quasdam, in quib. sunt praecipue librorum κύρου παιδείας, quas Typographis Basiliensibus cogitabamus mittere ad exprimendum. Binae tuae inscriptae V. Cl. d. Sencero huc ei traditae sunt, quod admonuisset in itinere inspectionis illustriss. Ludovicum, cumq. illius ad te has coniunximus, ut daremus curatoribus in Angarie. Te & honestiss. coniugem tuam una cum filio vestro bene valere optamus. Vale Lips. D. III. M. VI

Joach:

EIDEM

edita

S. D. Quas literas scribis te ad nos dedisse, eas quidem accepisse universas. Sane assiduitas mittendis literis negotiisque vulgaribus & fidelibus in tantis occupationibus tuis, quanti nos facias declarat. Puto autem jam convenisse te Philippum filium meum, quem nullas attulisse has meas scio te esse admiratum. Verum ille certe caussam quoque narravit, quod ancipiter iter istud suscepturus esset, profisciscens hinc non habuit exploratum. Venio nunc ad epistas tuas, respondens ultimo allatae primum. Quendam perhiberi moderatiorem fuisse, me suadente, & me esse abs te defensum, id totum quale sit intelligere non possum. Neq. enim ille meo suasore indiguit, et suadendo perficere ut moderati hominis officium praestetur, cum honestum atq. laudabile sit, defensionem nequaquam requirit. Hoc igitur ὡς ἀδιάφορον relinquo. De ceteris ago gratias, cum non solum familiariter atq. confidenter, ut ad amicum, sed diligenter etiam & accurate, ut de rebus magnis literas mihi mittis. Utinam istic ad spem saltem melioris fortunae, siquidem modo res exhiberi nequeat, aliquid consultetur & agatur.

De Zwingero congruit tuum iudicium cum meo, a quo unas aut al.
teras literas accepi erudite scriptas. Περὶ δὲ τῶν χοιν ταραχῶν.
ἀλλά γε καὶ τῶν θεολογικῶν respondere ijs quae pietatis sensu &
affectione, studioq. veritatis eximie collecta abs te sunt, longum esset, & de
sideraret considerationem attentam, quae modo distrahentibus meum animum
alijs non potuit adhiberj. Itaq. breviter ad tuam mentionem artis ves.
trae hoc addo. μὴ κινητέον τὰ ὠμά. Et ad omnia repono id
quod est inter παραινέσεις καὶ ἐντολὰς αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ: γίνεσθε
φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί. Non enim
placet certe Deo aeterno temeritas καὶ τόλμα. Modo rursus erant una
nostrates Theologi & Vuittenbergenses: Dicebantur enim quidam non in.
termittere conatum τοῦ συζητῶσθαι τὰ ἀσυζήτητα. Eum soleo
nocare Summum Virum, neq. eo me non errare arbitror, si meliore μετὰ
τῆς ὀφειλομένης τιμῆς salutes velim uerbis meis. D Sambucj &
tua epla nondum invenit eum qui exprimere sciat, & erant modo
prela occupata. Prox. mercatus tamen diebus, ut alicuj oblatu datur ela
boratio, videbimus. Varro autem tibj εὐχόμην ἂν τῇ συμβουλῇ
ἐξ ἐμῆς μεθόδου ἐπιμελέστερον, ad exemplum saltem tuae. Sed unum cinq
noli Ciceronis cetera. Vale tua cum lectissima foemina Coniuge tua,
& filio vestro. Mei vos salutant. Iterum Vale. Lips.
D XVI. M viib. Ioach.

E IDEM

S D. Cum in patriam meam, Deo benigne deducente perue
nissemus Ego, Uxor mea, & filius Ludouicus: Satis graviter me af

fligere

Edita

affligere cepit saevitia mali nephritici, et domestico medico Ioachimo hic desidente, illi coegit. Ludovicum autem Cortes ob musas lipsiam remisi. Cum autem mihi indicata fuisset occasio mittendi lras Spiram, nullo modo officium scribendi ad te negligendum duxi, repertis praesertim hic lris tuis ad me et amantissime et studiosissime, pro singulari affectione humanitatis erga me tuae, et opinione de me optima scriptis. Meas vero lipsia missas spero et ipsas ad te esse perlatas. Sane haec, ut verum fatear, exaravi non tam quod magnopere materia aliquid scribendi suppeteret, quam ne silentio meo crimen viderer contraxisse oblivionis in amicitia nostra, quam sanctissime coli a me aequum esset, te praesertim tam accurate diligente in hac non modo tuenda, sed etiam augenda. De publicis quidem negocijs atque rebus non solum scribere sed cogitare quoque piget, nisi quatenus miseriam seculi nostri Dei misericordi commendo precibus meis, et de impendentibus periculis pia sollicitudine opem illius imploro. Fortassis quaeris pro necessitudine nostra tecum, quid hic agam? cum statuas quod non sine magna causa in hanc viam me dederim. Ego vero respicere ad meas qualescunque reliquias facultatis nostri: et si possem, impedita quaedam expedire, et fulcire patrimonioli ruinas, et prodesse in posterum quoque meis: Etsi ita se habent oia, ut non multum afferri utilitatis praesentia mea posse videatur. Sed ut nihil sane proficiatur: aio tamen meo, meorumque voluntati morem gessi, et factum est aliquid a me alias inconsideratius. Patebat undique aditus ad aedes meas: has filij mei ceperunt communire, et credidit aedificationis opus in quandam pecuniam illud quidem eorum

corum ὧν ἄνευ οὐδέν ἐστι γενέσθαι τῶν δεόντων, secundum oratorem Athenienseni. quae difficultas explicanda est. His scriptis afferuntur et aliae literae et bina ad me tuae, ex quibus, quamvis dubitanter initio eram intelligere, meas omnes ad te pervenisse. Crede mihi, Vir optime Crato et mei amantissime, non minus ista quaerenda foris mentionem meam, quam uel tuum uel alterius cuiusuis animum ingenti dolore afficiunt: Verum dolere possum, remedium inuenire istis malis non possum. Autus fui aliquando quaerelam mouere, sed non sic accepta in bonam partem ab otij ratione mea. Desino igitur εἰς τὸ πῦρ ξύειν, et permitto, quemadmodum par est, Deo omnia. Quod est in literis ad Vaccimum filium meum tuis περὶ τῶν ποτε ἐκδεδομένων συνοδικῶν de eo uidebimus: Et memini quid de eadem re ad me aliquando scripseris. Studium uero meum περὶ τὰς ἰδιωτικὰς πραγματείας tibi minus probari sum miratus. Nam si inter laudatur sententia versus ueteris ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην, cumque sit ad istam professionem conducta opera mea, quid aliud agere, aut cur non hoc agere debeam, mihi in mentem non uenit. Atque ego tales tractatus non puto tibi inutiles uideri, nullo minus si fidelis praestetur diligentia aliena a doctrina sanctae religionis: cuius utinam ab illius magistris exerceretur cautius et attentius. Sed de tota re pronunciabitur rectius sententia tua, ubi commentationes meae, id quod spero propediem futurum esse, prodierint in lucem. Te autem oro ut in omnem euentum beneuolentiam erga me tuam, et de studijs meis bonam existimationem conserues. Mea Uxor
te et

te & tuam amanter salutat. Joachimus filius meus huc illuc circumcursitare cogebatur, cum cantibus enim diversis genere, conditione, sexu κατα το της ὑμετέρας τέχνης ἰδιότροπον: Sed scripturum esse & ipsum ad te arbitror. Bene vale, una cum tuis omnibus. Lipsiae. D V. M VIIIb.

Joach. Cam.

## Ad D Joannem Baptistam Hencelium August. &c.

Non edita

Joach. Camerarij

S D. Et tua singularis humanitas mihi hanc potestatem facere videbatur, & cohortatio Cratonis nostri incitabat me, ut literas hoc tempore ad te mitterem. Neque enim ullo pacto has tibi ingratas fore putabam: & quia Crato is quem tu opt. nosti, Vir opt. & amicus noster hoc fieri voluerat, necessitatem etiam mihi quandam scribendi imponi arbitrabar. Jusserat autem ille hinc nuper discedens mitti ad te versus quosdam hic editos Stigelij nostri & ipsius: quibus, ut chartae explerentur etiam nostrae appendices accesserunt. Id hanc modo occasionem nactus studuj facere, & ex nostris uni istuc proficiscenti tradidi illos versus cum his literis reddendos: ex quo etiam intelliges quid apud nos agatur poteris cognoscere. Cogerant belli, ut ego vereor graviora exordia concinnarj ad urbem Brunswigam, sed avertit Deus hoc in pestilentia malum plurimis dolentibus. Ipsa quidem civitas multipliciter afflicta & inprimis pestilentia perque acri laborans, fractis animis vulgi pacem cupide amplexa fuisse dicitur. Quid nunc futurum sit nescio. Vicini Parthenopaej nunc etiam restant, a quibus metus sit turbarum aliquarum tumultus. Cum neque submissius erga Caesarem & principes gerere sese

libenter

perhibentur, & illorum scriptorculi non iam immodesti sed plane petulantes
sunt, ut non dementes sed furiosi esse videantur. Obliti enim omnium
humanarum & divinarum necessitudinum & inprimis beneficiorum, q̃b9
a nostris cumulate affecti fuerunt, in hos avidissime invehuntur. Omnia
q̃ diversis temporibus forte dicta ab illis aut scripta sunt, ea nunc partim
aliena mutato tempore: partim suis interpretationibus depravata, partim men-
daciis interpolata isti praeclari patroni Ecclesiae Christi evulgant, ita odiose
ut invidia quidem & malevolentia ardere eos appareat. Sed nostri tamen
libris scriptis apud prudentes magis defenduntur q̃ accusantur. Literas
privatim scriptas proferunt, & his ipsi suas commentationes avidissime
aspergunt: familiares sermones horum male narrando corrumpunt: atque
ita scilicet in his quoquo modo oneratis [?] religiosi, ut humanitatem &
pudorem penitus abiiciant. Quibus quidem hoc optimum est, q̃d illi
nihil sciunt neq. norunt commissum ab ipsis nefarie aut scelerate.
Non. n. certe suis praeceptoribus & benefactoribus parcerent, si uno libello
eos iugulare possent. Quod si tollantur de ipsorum misellis chartis
ea quae & ipsi didicerunt de nostris, & iidem apud nos adhuc constantis
sime docent, & praeterea conviciorum scurrilitas & falsitas: nihil fiet
reliquum de hac copia scriptionum. Vulgo quidem huiuscemodi clamo-
res gratos esse & ipsi intelligunt & est necesse: τὸ γὰρ πλῆθος ἀεὶ
δυσαρεστον ἐστιν ἐπὶ τῶν ἀλλων μέρος ait quidam ex graecis historicis.
Itaque audio avide expeti ea quae isti scribunt, etiam pingunt, sed fin-
gant potius. Quorsum autem haec tendant, neq. mediocrem considera-
tionem"

tionem fugere potest, & ipsi dissimulando produnt. Ego neq. praecepta Veritatis neq. exempla piorum reperio, ut tumultuandum & in improbitate audaciae arma potentiorum prouocanda sint, utq. tanquam irritata muliercula in locum aliquis in praetentia tutum confugiat, unde insectari omnes & probra iacere in quoscunq. libuerit impune posse uideatur. Ipsis quidem nunquam dum haec licentia durabit quod euomant in nostros poterit deesse. Versantur enim in suo theatro, & habent Vulgi applausum, quod neq. Veritatem quaerit & disciplinae inimicum est, Et secundum prouerbium Graecorum οὐ λείπει φιλοίνοις οἶνος, οὐδὲ φιλονείκοις μάχη: Apud nos non reperient, ut spero, qui insaniant cum illis & altercando quasi oleum camino addant. Deus autem profecto qui uidet & audit omnia, et haec aliquando aspiciet & cognoscet. Interea quidem ubiq. fere Ecclesiae specioso nominis praetextu lacerantur & Respubl. & ea struuntur de quibus nihil possum nisi tristes quaeq. ominari. Non pietati, non Virtuti student, non saltem iis obstruunt Vitiis, quae omnes in quod. unquam inualuerunt, cum tales perdiderunt, socordiae & ignauiae. Omnes fere uerbis audaces re ipsa timidissimi reperiuntur. De suis cupiditatib. dimicant plerique non de salute communi. Sed his fauere & eos qui pios ac bonos non decet. Cum non exilis sint expectandi, malo cogitari ab unoquoque quam a me dici. Haec ut scriberem uerbosius & indignitas rei impulit me & mouit etiam quod audiebam esse qui mirificas literas mitterent ad suos de his negociis. Posita autem, ut isti rhetores faciunt, materia, postea declamitare facile est, de iis praesertim, quorum auditores habeas attentos.

Et non

Et non deest popularis facundia quibusdam, qua illi si saperent melius uti solerent: Sed sibi quisque videat. Te quidem & Veritatis amantem & nostrorum perstudiosum cognovi, moneo & oro ne temere illis rumus- culis aut narratiunculis attentiare. Hoc tibi confirmo, his miseris temporibus & rebus quorumcunque sane culpa exulceratis (meminimus enim nunc accusare) Nostros ita se gessisse, & adhuc gerere auxilio Christi, ut ingenti labore, max. molestiis, per praesentia pericula Veritatem doctrinae Caelestis sincere retineant, & exerceant in Ecclesiis ac Scholis. Nunquam neque accuratius neque diligentius neque fidelius haec vel tractata vel ex- plicata vel defensa sunt quam nunc. Id sane negare non possumus dolendum esse quod inciderint quaedam, in quibus nostri se aliquantu- lum inflectere cogerentur non ad libidinem potentiae, multo minus ad veterum errorum instaurationem, sed ut conservare & sese sustinere posset doctrina veritatis, ut ne vel admonitiones non necessariae, vel certamina exitiosa, vel disputationum & rixae initium sine causa, vel etiam ea fierent aliquando susciperentur, quae neque sua cuiusque conscientia, neque illorum pietati & prudentiae, denique neque Deo nec bonis probare posset. De quibus etiam & dolorem & studium operae suae coniungere pii omnes debeant: garriant sane ac nugentur isti sapientes, ac soli iam religiosi, id quod odium & ira illis subiecerint, καὶ ὁ Κλέων ἰλλύριος πολεμιάδων, καὶ ὁ λογομάχος ἄλλος παρ τεχλανε deu contra nostros. Tamen verum & rectum & officii custodia μετὰ τῶν ἡμετέρων: Et non reperientur hi, neque Veritatis proditores

neque

neq. sui loci desertores, neq. adiutores amentiae vulgaris, neq. illorum ho=
minum aut negociorum sycophantae & calumniatores, neq. θεοςυβοποιοι,
neq. praetendentes occultis machinationibus nomen sanctiss. Christi, neq.
civiles res cum dne Eccl. commiscentes. Hoc illis satis est: Caetera nimi
rum sunt Deo permittenda. Habes, mi Baptista, longiorem epistolam multo,
quam vel tu ut opinor expectaris, vel ego me incipiens conscripturum ex
stitaverim. In quo si quid molestiae tibi allatum est, accusabis Crelone
nem, qui mihi autor & impulsor fuit, ut longius tales literas tibi mitterem.
Etsi enim te etiam esse scio, qui veritatis cognoscendae max. desiderio tene=
atur, confido etiam rem gratam me tibi ferre, cum de his quae Christi narra
bonorum & verum & disertam, quae pro eo atq. unusquisq. animatus
fere est ac sentit: ita varie & dissimiliter exponi solere scirem. Te
cupio retinere benevolentiam erga nos tuam, & causam Nostrorum omb
pijs & bonis commendare. Quod ad me attinet, qualisq. in re conve
deter animo prompto ac parato ad gratificandum tibi cum fuerus.

Vale. X Cal. VIIIb. 1550. Joach. Camerar. T.

Der Edle, dugentrichen vnd Christlichen frauwen,
frauw Dorothea von Berge, geborner von Knob,
lauchstorff, meyner lieben frauwen.

Die gnad Gottes, vnsers hymlischen vatters, sye allezyt mit üch:
Edle, dugentriche frauw, durch Jesum Christum vnsern ewigen
Erlöser, sampt minem willigen dinst zevorn. Edle, dugentryche,
Christliche frauw, Als min lieber lieber herr vnd güter fründ,

Her Jacob Monaw, verschinnes October mir zugeschriben, und
hiemit üwers lieben Jüngkern und Hußwirts brieff überschickt,
hat er neben anderem insonders üwers grossen iffers und flysses
gedacht, den Ihr mit läsen der h. Geschrifft, und auch etlicher
miner büchlin anwendint, als die Ihr üch überall inns Herren
dinst begeben, und im selben alle üwer lust und fröud süchend: welchs
mir zuvernemen so angenem gsyn, und mir eyn solche fröud ge-
bracht, dz Ich nicht wöllen underlassen, als Ich obgedachtem üwerem
Junckherrn minem lieben Herrn, uff sin schryben söllen antworten,
auch üch, Edle, Christliche fraw, mit disem brieffli anzüsprechen,
vertröster hoffnung, Ir werdent sölchs von mir gütter fründtlicher
meinung empfahen. Den Ich üch nicht kan verhalten, das Ich un-
serm Herren und Gott in minem gebät lob unnd danck sagen, dz er
üch mit sinem geist dermassen erlüchtet unnd angezündet, dz Ihr
all zitlich fröud und wollust der zergenglichen ergerlichen welt
hinden gesetzt, mit der gleubigen und Gottseligen Maria zur Betha-
nia den besseren theil erwellet, und üch zür unsers allgemeynen
und unwidersprechlichen leermeisters, des waren eingen Son Gottes
füssen gesetz habend, sin wort zühoren, und von Ime zülernen,
wie Ir Ime in sinem Huß ein recht lieblichen geruch mit dem
Christlichen wandel üwers lebens, allen gleubigen zum trost und
erbuwung, wirken mögind: darzü dan er gewüßlich sin gnade
verlyhen, und sin werck, das er in üch angefangen, zu eynem
seligen

säligen und Jm wollgefelligen und bringen wirdt. Wir sind alle hie zu Bethania, das ist Tütsch heist, ein hus des ellends und nidertrechtige: dan wir in disem jammerthal vil trübsalen und anfechtungen unterworffen, durch die uns Gott trucket. Es ligt aber Bethania am Oelberg, dz ist, am berg der Gnade Gottes, und ist eben dz ortt, ob welchem unser herr Jesus Christus noch dem er die Sinen daselbst offt heimgesucht, und auch Lazarum von todten uferweckt, gen Jerusalem zu sinem bitteren liden, undt unns läbendmachenden tod gefaren, und hernach auch dadannen in himmel ufgestigen, und unns armen sündern desselben porten geöffnet hat. Darin wir nitt zwyfflen söllend, dan das er auch uns in unserm Bethania, so lang wir hie im jammerthal sind, mit sinem geist und gnad heimsuchen, und zuletst auch durch die trübsalen, die wir hie lident, zur gemeinschaft sines himlischen und ewigen richs ufnemmen werde. Diss soll unser trost sin. Dan wir woll alle unsere anschlege etwa verfällendt, so wirt uns doch dise hoffnung nit fälen, die uns Gott in sinem wort ufgethon, und mit dem blut sines suns bestettigt hat, welchs dan das blut des nüwen testaments ist, in welichem er uns zu kindern und siner richs erbenheit ufgenommen. Bitt hiemit denselben vater aller gnaden, das er üch Edle, Dugendriche fraw in synem erbarmus sterken, und üwer Christlich gebett allzit erhören, Darzu üch sampt üwern

Lieben

lieben Jünkherrn und tochter, zur segnen heren an Viel und Lib erhalten wolle. Amen. Min liebe Hußfraw last üch iren vn-bekanten grüs, mit erbittung aller dinstbarkeit ansagen. Datum Zürich den 14 Wolfsmonat. im Jar 1578.

Üwer dinstwilliger
Rüdolff Walther.

D. Martino Schillingo.

S. Vir nobilissime. Cum ex Viri cl. Jacobi Monavij literis didicissem te σὺν θεῷ sponsum esse recens factum, & eiusdem argti literas de scripto ad me dedisset Christophorus Andreas Iulius, paulo ante illas exhibitae mihi essent literae carissimi mei fratris, Doctoris Fabricij νεογάμου mirifice optimorum lectissimorumque meorum hospitum ἐυπρεπείᾳ καὶ εὐδεξίᾳ exhilaratus ex toto corde meo bene vobis omnibus precatus sum. Venit enim mihi in mentem illud ἱερὸν καὶ εὐφημον: Qui habet sponsam, sponsus est: Amicus autem sponsi stat, & vehementer gaudet propter vocem sponsi. & illud ἐξωτερικὸν: δεῦ ὅσια πράττειν, καὶ εὔφημα λέγειν. Olim si quando sponsus suam sponsam εὐφημούσῳ domum duceret: praecedebat puer situs, qui omnis generis fructus in calatho gestans loci omnis cuncta clamabat: ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον. Quid autem vetat quo minus nos quoque tibi nobilissimo sponso occinamus illud Salomonis. Domus & divitiae haereditas patrum est: a Iehovah autem accipitur coniunx intelligens. Qui invenit mulierem bonam piam, pudicam, bene moratam καὶ οἰκουρὸν: invenit bonum: hausit benevolentiam

uolentiam à Iehouah. Talem Virginem cum tibi diuino munere obtigisse intelligamus: Utriq. uestrum gratulamur, Utriq. bona precamur. Faxit Chrstus Iesus animorum conciliator unicus ut primum quidem adhaerescatis Domino Deo Vestro absq. omni distractione; deinde ut ea quae huius mundi sunt ita curetis ut constanter & eleganter Vobis inuicem placere studeatis. Etsi autem quae tua sit Virtus, quae prudentia non ignoro: & quam elegantem & virtutibus eximiis florentem tuam Sponsam esse intelligam, non dubito gratiorem tibi fore pulcro prodeuntem è corpore virtutem: tamen ut haec χαρίσματα, has eximias vestras dotes benedictione sua augeat prosperetq. Dominus Iesus, toto cum pectore oro: ac non dubito preces tum vestras tum nostras gratas ipsi fore & efficaces. Interesit non solum nuptiarum vestrarum festiuitati: sed etiam sacri, casti & pacifici vestri coniugij periodo Christus Iesus cum celestis beatisq. suis Angelis. Ille vobis benedicat, & vos ab omni malo custodiat. Ille nobis det, ut quod à Senectis & in ipso beatis vestris maioribus auspicatis, id ipsum ad Dei gloriam, & reip. utilitatem posteris tradatis. Salutem autem tuae sponsae, seu iam nouae nuptae etiam mea Lamia cum veneratione dicit. Bene vale, & σὺν χριστῷ maritus esto. Basileae. postridie Palmarum 1583. Tuus ex animo Grynaeus.

Ornatissimo Viro, D Andreae Duditho
domino mihi summe obs.

S. Ain' tu, mi D Dudithi, paratiores & instructiores esse Nostris Pseudojesuitas? Mutabis ut spero sententiam, hoc perlecto Scripto, itemq.

itemq. altero Sadeelis nostri, quod ad D Monauium mitto, ex quibus incredibilem etiam istorum in logicis ἀπαιδευσίαν deprehendes. Expectabo tamen iudicium de utroq. scripto tuum. Satis recte apud nos sunt. Poloni cuiusdam in Angliam, et aliorum in Galliam nonnullorum adventus varios rumores, et eos quidem, ut spero, falsos excitarunt. Nos in eodem curriculo pergimus. Bene vale. Vir eximie. D Iesus tibi tuisq. magis ac magis benedicat. Geneuae. 2 kal. ex veteri nostro Calendario. 1583.

Tuus Beza.

## : D Theodoro Bezae :

Salutem in chro. O exoptatas et gratas literas tuas, e quibus ego tanquam ex iis quae oculis uidemus perspicio quanti apud te sim, et quantum mea causa velis, cum in occupata vita suauissimum et disertissimum literarum sermonem de rebus summis, bene longa epta mecum instituisti. Ego vero cum ad referendam tibi gratiam me non satis esse instructum sentiam, primum aeterno Deo quas possum gratias, quod meam vitam ut has tuas sanctas subiectiones literis consignatas legerem conseruauerit ago: easdemq. dum vita et oculorum vigor suppetet, saepe repetiturus sum. Deinde a te peto, si quid est e quo eam quam tibi habeo gratiam, verius quam ex literis perspicere te posse existimas, ut ad referendum quidvis potius quam summam voluntatis propensionem mihi defuturam tibi persuadeas. Caeterum cum te συζητησιν multum requirere animaduertam, etsi ad scribendum et cogitandum, cum multis mensibus lectulo non surrexerim, parum sim idoneus: tamen ea quae mihi in mentem tua legenti venerunt, dictata atque

perscripta

perscripta ad te mittere visum est. Amplector autem istam sententiam: Serias atq. sollicitas cogitationes de morte Mortalibus suscipiendas, verum isto modo, ut in Christiano pectore horrorem & metum mortis, qui à carne nr̃a abesse vix poterit, non tam augeant q̃ minuant. Est certe omnium rerum in vita maximum & difficilimum mortem obire: & maiori robore ad eam sustinenda q̃ ulla vires vel potentia humana suppeditare possit, opus. Proinde tempesti-ue & toto quod aiunt pectore cogitandum, ut quemadmodum & fortes decet stemus. Id quidem cum conscij nostrae imbecillitatis simus, sine metu vix facere possumus. Ac assentior tibi cum metum mortis ad tres praecipuas causas reuocas: primam, vitae dulcedinem: alteram, diuulsionis animae & corporis quam Natura refugit acerbitatem: tertio, formidinem earum rerum, quae res ipsam mortem consequuntur. Dulcedinem cogitatione offensionis summi boni in hac peccandi continua quasi libidine, qua clementissimi Dei bonitas ad poenas nobis atq. alijs infligendas irritatur, minuendam. Et cum hoc fixum & firmum esse pio pectori debeat: satius esse mori q̃ peccare, vel unum hoc ad oppetendam mortem Christi amantem incitare debet. Ae-rumnarum etiam nostrarum in his terris considerationem imminuere eam posse sentio. Sed cum diuina bonitas vitae nostrae terminos quasi constituerit, & patienter in aduersissimis etiam consistere, dum ipse nos euocet, velit, cumq. hunc sensum naturae ut vitam tanq̃ Dei donum in quo infinita bona in nos conferuntur, amemus, indiderit, & illam quantum in nobis est, omni studio tuendam praeceperit, denique. cum dulci modo in summis malis sui auxilij praesentia nos consoletur, & amara lalis temperet; quid facias? Abijciendum ne ingrate quod Deus

dat

dat, & ipse nobis imponit? aut cum deo & natura pugnandum? Dices, Vitio adversandum; At cuius ope? Quid vero aliud est metus ille quam incitamentum ad perpetuam attentionis diligentiam, ne offendas, ne te evertas & precipites, & si quid accidat, ne tua culpa accidisse videatur. Diffidentiae non patrocinor, & animi stultitiem eijciendam esse conseo: Utile tamen puto in metu nos esse, atq. cogitatione & meditatione Verbi divini hoc modo fidem erigere atq. confirmare. Esse autem illud ipsum velle metu vacare, diffidentiae reluctarj, atq. hanc lucetam in Schola Christi nunquam cessare statuo. Fateor & hoc, Ab hominibus nisi humentur, nihil humani alienum esse, & deponere eos minime libenter quae diu placuerunt: Ac quantumuis ea caduca bona & minime vera bona, si ad aeterna, nostra pravitate amissa, nobis per Christum recuperata comparentur, sint esse tamen bona. Denique cum aeterna κατὰ μέρος saltem in his terris conferantur, cum nec auris audierit, nec oculus viderit, nec in mentem hominis venerint, quae in caelis sunt praeparata τοῖς ἀγαπῶσιν: nihil mirum si ignoti non sit tanta cupido, quanta esse debebat. Cupide vero & grate amplectendum quod in hac vita nobis nosse conceditur, & contra secundam illam metus causam praesidia quaerenda esse statuo. Graviter pietatem ab impietate oppugnarj, & duram in terris piorum conditionem esse in oculos incurrit: Graviora tamen benignissimum Deum nobis non imponere quam humeri nostri ferre queant, Ac per nostram infirmitatem suum robur magna cum nostra & sanctorum voluptate demonstrare certissimum est. Praemeditari vero sua mala & arrodere quasi quod devorandum est semel, est segnitiem nostram quasi ista formidine excitare

minime reprehendendum arbitror. Utinam invictos nos praestare is concederet à quo nobis omnis est Victoria. Faciet quidem, sed cum ipsi fuerit Visum: Interea trepidatio sustinenda, & ne succumbamus fracti atq. deiecti orandum: Gratoq. animo quicquid Caelestis ille Medicus nobis auxilij tulerit, accipiendum. Ac cum nos in hac sollicitudine & metu sumus: animus haud dubie confirmatur atq. ad extrema oia ferenda, beatamq. migrationem suscipiendam tanto è Medico caelesti instruitur, utq. terrenis non praegravetur, operam dat. Cum hic summorum hominum exempla proponis, plurimum me docent & delectant, & tecum consentiente iudicio verissima est statio. Vacuum tamen prorsus ullum hoiem cura metuq. fuisse, cum Mors immineret in extremo: nec propterea è schola Christi eiectum, sed Christi laeta ita animatum, ut ad extremum solus, etiam derelictus Christum Victorem & magistrum secum esse, quemadmodum Christus se à patre non desertum qui fatetur, senserit. Illud novo ἀδημονῆσαι & quod anima illius in sensu laerationis τετάραχται, cum tamen plena potestate ad ponendi & sumendi eam praeditus esset, non frustra refertur. Vicisse, & Victoriam nostram esse laetemur. Haec inquam laetitia earum rerum omnium quae ut hinc migremus vel nos retineant, ac multis saepe pijs etiam obijciuntur (praesertim cum in hac misera vita optandi, consequendi & perficiendi desiderium varium & mutabile non cesset, nec ante extremum spiritum plane extinguatur) vel horrorem aliquem incutiunt, minuere certe deberet, atq. motum eorum quae mortem consequuntur adimere. Verum cum κατὰ μέρος, ut Apostolus inquit, cognoscimus: quisq. pro sua parte sibi concessa interea gratias agat, atq. ne oscitantes dies Domini opprimat, caveat. De corpore recuperando, cum Christum in vitam redijsse

rediisse certum sit, dubitatio omnis à pijs abesse debet, atq. quod Apostolus
Timotheum monet: Memento Iesum Christum resurrexisse à mortuis: perpetuo
cogitandum, atq. cum in eo sit omnis nostra consolatio, tenendum & inculcandum.
De anima vero cum decretum Dei firmum stet, & is non modo huius vitae
momenta in numerato habeat, sed Chris fons vitae perennis constitutus, cum se-
mel fluere cepit, nunquam quantumuis magnis obiectis impedimentis fluere desi-
nat: nec nos vitae quam contulit excidere patiatur: nunquam Celestis pater, cuius
custodiae commissa est, eius curam deseret. Iudicium vero divinum cur refor-
midemus, cum Iustitia nostra Christus sit, Et iustissimus Deus sibi bis satisfie-
ri non patiatur? haec omnia ut ut sint beneficio Spiritus sancti nobis certa: ca-
ro tamen prius quam desinat esse caro, se exercere non desinit: neq. horror natu-
rae insitus plene excuti potest, vel desiderium huius vitae prius quam saturitate
dierum, de qua Spiritus Dei, tanquam singulari munere divino loquitur, consequamur, ponj.
Utinam, Utinam iterum, divina gloria in vita & morte à nobis illustretur,
& ad illius voluntatem nos conformemus. Deijcere de gradu eum, qui ei in
schola Christi nihil profecisse videatur, qui mortem reformidat: vel prin-
cipem locum huic qui optat tribuere, non aequum esse existimo. Atq. ut Deus
nostrae vitae exitum ex hoc male compositalibus affecto tabernaculo in aeter-
num domicilium à Christo nobis praeparatum, per ducem vitae Christum trans-
ferat & gubernat precor. Optandum certe metum mortis maiorem in
multis existimo: Minus enim atrocium facinorum & scelerum haud dubie
interveniret. Nuper incidi in locum qui est in epistola Paulina II ad
Timoth. primo Cap. Scio cui credidi: eoq. valde sum recreatus, cum depo

situm

depositum de anima & corpore, quorum cura commissa est Christo, donec omnium animas & corpora colligat, & πληρωμα corporis sui absolvat, atq. ita regnum Ecclesiae in terris Deo patri in caelis tradat, intellexj. Vestras interpretationes legi ac potius recensendas mihi curavi: Verum aliquo modo a mea cogitatione, in qua etiam nunc acquiesco, discrepare animadverto. Una haec sententia: Christum factum mihi sapientiam, justitiam, sanctificationem & redemptionem: me sustentat. Unum etiam hoc consolatur maxime: Eum qui non novit peccatum, factum peccatum ut nos efficiamur Justitia Dei per ipsum. In hac autem schola Christi multo libentius jaceo & ferendo fero, quam antea culmine lubrico sto: atq. magni doctoris sententiam de mortis metu in optimam partem accipio. Bene Vale. Vratisl. XXV febr. 1583.

Tuus Crato

Obsecro ignosce literis, & quod non scribo mea manu. Non possum exarare decumbens multa: & vix dictare etiam interdum possum. Neque hanc scribendi occasionem negligere volui

Ornatissimo Viro D. Joanni Cratoni, S. C. M.
a consiliis & Medico primario, domino mihi
summe observando.

S. Literis tuis tunc mihi redditis, cum essem iter in Helvetiam ingressus, serius quam vellem, inde videlicet reversus respondeo. Veneram hanc peregrinationem charissimis praecipuarum Ecclesiarum fratribus ante triennium, quam feliciter obii Dei beneficio, quamvis in aestu maximo, & reclamantibus Medicis, quod eam dicerent ex sinistro femore & dextro pede laboranti valde incommodam futuram. Ego contrarium sum expertus; Usq. adeo ipsum quoq. corpus iuvat, quod alacri animo facimus. Fuit autem mihi usq. adeo suaviter consummatum

Hoc

hoc omne tempus in illo amicissimo fratrum complexu, fortunis postremo, ut vix quicquam iucundius tota vita mea mihi contigisse meminerim. Domum autem reversum eadem illa mala rursum aborta sunt, hactenus tamen nunc quidem molesta, ut tamen munere meo adhuc defungi, et quamvis lente nec sine aliquo morbo: tamen ingredi tum domi tum etiam foris adhuc possim. Et enim nunquam prius habuerim quam quum sum usus Medicorum quantumvis peritorum remedijs, in eo totus ut et temperanter vivam et ab ijs quae evidenter noxia sunt abstineam, rem totam Dei voluntati commisi, de vita diuturniore intra modum, quantum possum sollicitus. Ago vero gratias Deo optimo maximo, Vir eximie, quod scriptiuncula illa mea in mensem quoque usum, id est εἰς τὸ ἥμισυ συμπερα-χλευθῆναι scripta nonnihil fueris levatus: Et enim te conijciam ad hanc corporis imbecillitatem, anxietatum etiam animi pondus longe gravissimum adiunxisse, etsi satis intelligo istud tibi non temere neque de nihilo contingere, Et mihi vehementer illa Stoica tum ἀναλγησία tum ἀπάθεια patientiam christianam penitus absorbens semper displicuit: hortari tamen non desino ut cogites in hac valetudine tantum tibi de illa vera et necessaria consolatione quae in rerum aeternarum suavissima meditatione posita est, detrahi, quantum in his terrenis cogitandis consumis: in quibus tum quoque, quum id necessario facimus, mellis parum, fellis plurimum comperimus. Sine, inquiebat Dominus, mortuos sepelire mortuos suos: quod sane meditari nos omni tempore, ac praesertim in hac aetate et valetudine oportet. Caeterum minime offendor ijs quae rescripsisti, nec facile a me impetraveris, ut illam innocentissimam epistolam tuam consciudam. Iudico enim expedire, ut in hac praesertim luctu quaecunque in

utramque

Utramq. partem occurrunt accurate praemeditemur, & (quod in bello facere prudentes Imperatores consueverunt) hostis consilia & insidias antevertamus. Nec mihi displicet illa Ciceronis licet Academici sententia, Praemeditatione futurorum malorum leniri eorum adventum, quae venientia longe ante videris; quamvis Ego quidem minime crediderim mortem, quod ad pios attinet, esse inter mala numerandum. Mitto autem ad Te doctissimi & optimi fratris scriptum, quod ut spero, mirifice te reficiet atq. recreabit. Mitto etiam tum D. Monawio, tum D. Dudithio alia quaedam duo adversus Jesuitas scripta singularis eruditionis atq. iudicii plena, quae si forte voles ab ipsis petes. Nec n. huiusmodi munus ad te mittenda censui. Quod ad res nostras attinet, negocium nobis est cum Iuneme principe, qui quum aperta vi non potuerit perficere quod optabat, nunc diem de die ducens totus in eo est, ut vel fraude nos interim intercipiat, vel diuturna molestia penitus fatiget. Spero fore ut neutrum obtineat. Schola totaq. intus civitas recte se hbt. Ecclesiae gallicae qualicunq. specie pacis fruuntur, quamvis μετέωροι. Helvetios miris artibus conantur nonnulli inter se committere, sed frustra ut spero, quamvis hoc seculo venales sint multorum animae. Valde nos sollicitos habet Coloniense negocium, cuius maximam esse in utramvis partem momentum apparet. Belgas nihil miror tam infelicium consiliorum tristissimum eventum sentire: quibus utinam esse Epimetheus contingat, quod tamen sperare vix ausim. Tribuat nobis Deus ut per has tempestates in portum perveniamur. Bene Vale Vir Eximie & summe observande. Genevae 2 Iulij 1583.

Tuus Beza.

## Ad Bezam Responsio

S. Legi, & valde libenter legi quae praestantissimus Grynaeus de quaestiuncula

quaestiuncula nostra quam amico in pernoctando posueram, publice dispu-
taverit. Ac singulari Dei beneficio factum existimo ut Grynaei scriptum prius
a te acciperem, quam mihi Basilea mitteretur. Lector autem nunquam in alia sen-
tentia me fuisse, ac singularem Virum & magnum Theologum esse intelligo, Et
meum consentiente iudicio piam & sollicitam curam atque metum non improbare,
etiamsi ad cogitationes meas explicandas, eam perspicuitatem & ἐνάργειαν quae
est in illius libelli admiranda, adferre non potuerim. Tua autem neque quicquam
ab his dissentire arbitror. Ad tres causas formidinem mortis revocas, &
iis medicinam pie & prudenter adhibes. Fateor autem cum primum in
magna aviditate tua legissem, memoriola etiam in morbi diuturnitate &
gravitate vacillante, quaedam rerum quasi considerationem meam effugisse.
Itaque cum animi mei, gratique affectionis significationem differendam non pu-
tarem, & labore dictandi defatigarer, confisa quaedam, minimeque explicata
respondisse. Illud tamen quod quasi propositum fuit tenui, ut Omnes
homines mortem quatenus est animae atque corporis disiunctio, re formidare,
neque hunc naturae motum, etiamsi vitio non plane careat, modo ab eo se
pio conatu revocet, vituperandum, praesertim si hoc quoque persuasum sit,
esse eam vitae januam & peccandi cessationem inprimis expetendam, osten-
derem. Illos igitur qui hoc modo luctantur, neutiquam a Christo Victore
alienos esse, etiamsi vitae huius desiderium ponere plane nequeant. Ac
ne quid dissimulem, cum hoc extremo patientiae divinae tempore, doctos
quosdam homines divinas suas de doctrina religionis veras sententias scriptis
dilucidius explicare quam unquam prius animadverterem, Neque non modo
recentibus

recentibus scriptis confirmarj, Verum etiam quod didiceram meliora quasi legendo facere posse statuerem: Sane nunc vivere iuvabat; praesertim cum Doctor ille summus de Enoch, Elia et alijs pijs affirmaret non prius quam πλήρωμα corporis Christi absolutum fuerit, praeeunte capite nos in illam inaccessam lucem et clarum Dej conspectum venturos. Cupiebam igitur in terris Christum potius discere quam terra obruj, cum longius vitae spacium inter divina dona, si ad discendum conceda[tur], merito numeretur. Addo et hoc, cum resipiscentiae nunc opera danda sit, ad quam etiam Christum, ut Apostolus loquitur δεῖ οὐρανὸν δέξασθαι, cur non potius hic ubi locus et tempus conceditur a me prius optare debeam, quam hos labores finire? Quae vero a quibusdam de suavitate colloquiorum et doctrina sanctorum in caelis asseruntur: nescio qua autoritate dicantur. Certe Platonis eos magis quam sacrarum literarum autoritate niti puto. Sunt quidem illa apud Platonem magna et admiratione digna cum definit mortem κακοῦ εἰς ἀγαθὸν μεταβολήν. Item, cum ait lucem θαυμασίαν prius occursuram, et his plura tibi non ignota. Verum sacrarum literarum sermo solus solidam consolationem praestat. Insignis illa promissio Iohann. VI ter paucis versib. interpositis repetita: Ego suscitabo eum ultimo illo die: quem non qui credit Christo exhilaret? Ad me quod attinet, formidines vel curae meae nunquam, Christo gratia, fuerunt tantae, ut a Christo avocarent. Itaque quod me dicto Christi: Sinite mortuos sepelire suos mortuos, in viam revocas, quid contra habeas nescio. Eos certe, qui de salute sua perpetuo sollicite cogitant, et ut sapientia divina loquitur, pavent, beatos vero animis iudicio statuo. Probarj me omnibus nunquam in animum meum induxj. Illud enim

proinde

perinde esse Galenus noster affirmat, ac omnium opes possidere velle. Hic eo propemodum me redactum, ut quae non probem dissimulare, & ad ea tacendo cogi doleo: Certe simulare meum numquam fuit. ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν. Agnosco & deploro meam infirmitatem, & Christo, qui lethale nostrum venenum in salutarem medicinam convertit, Nosq. hoc beneficio affecit ut quod vitam adimit eam reddat, quod caelum claudit ut aperiat pro sua benignitate toto pectore gras ago: atq. dum in hac aerumnosa vita superstitem esse vult, vnum atq. alterum amicum fidum & pium concedat oro. Quid mihi in mentem venerit cum de scriptis tuis cum fratrib. colloquerer in tuis libris legerem, etiam nunc sentio. De meo autem sensu ne scribam plura, dolore quodam intercludor. Bene Vale. Vratisl. XX Aug: Anno 1583.

Tuus Crato.

Mitto tibi exemplum epistola tuae, quod ut facerem Monavius, cui me totum reddidi, monuit: & ipse epistolam relegit. Peracerba mihi fuit ista dissensio: & dolor ea expressit, quae si volis agerer, velim nō scripta.

Ornatissimo Viro D Joanni Cratoni S C M a Consilijs & Archiatro sapientissimo.

S. Debeo sane tibi εὐαγγέλια, Vir eximie, de postremis tuis, quas heri accepi: primum quidem quod te melius esse valere mihi nuncies, deinde quod spem aliquam mihi facere videaris futurum ut hanc etiam animi aegritudinem paulatim sopiens, eo videlicet nepenthe fretus, quod Unus nobis Deus ille servator noster ex suis illis myrothecijs depromptum offert, & exhibet, & recusantibus etiam ingerit. Obsecro enim qd

accidere

accidere, quid intercidere, quid denique in alterutram partem evenire nobis in
ista mortalis huius vitae conditione potest, quod vel tantillam nobis afferat
inquietudinem, si satis, imo si vel mediocriter sapiamus? Obliviscitur certe
animus noster et originem suam et aeternam illam ἀόρατον καὶ ἀκατάληπτον
felicitatem, quoties ista tam nihili sic considerat, ut in iis immoralius aciem
illam hebetet, quae illum sursum vel invitum trahit. Novi quam infirma sint
quae hac in re nobis suppeditat humana philosophia, minime tamen contem-
nenda, ut nos pudeat humanitus saltem non sapere. Spero te meas postre-
mas accepisse, et ex iis cognovisse quam non offendar tuo responso, quum non
eodem modo, sed etiam asperiora et δυσμαχώτερα mihi quoque subinde
in mentem veniant: quod caeteris etiam non prorsus stolidis et vecordi-
bus existimo usu venire. Agedum igitur certemus et domi et foris,
donec in eo vincamus qui suos nunquam deserit, et cuius virtuti materi-
am nihil aliud ac imbecillitas nostra subministrat. Quod autem
mihi renuncias de mutua illa dissidentium reconciliatione, quam mihi
iucundum fuerit intelligere, vix ipse possum animo concipere. Et quae
de Rege ipso et Cancellario qui neptem ipsius duxit significas, multa me
praeter spem sperare iubent. O beatam mulierem si quid hic effecerit.
De illa nihil prius audiveram; sed hoc abs te testimonio fretus certe non
desinam illam perpetuis precibus Deo commendare. O beatum vero nostrum
illum Vermilium nunc iure et animo liberum et corpore, relictis in mi-
serrima peccati et irae Dei, nisi resipuerint, servitute, qui et illum tanta
iniuria et Ecclesiam Dei tanto damno affecerunt. Ursino nostro

inferias

inferias persolui, quas ad te mitto, donec illum subsequar. De rebus nostris, miris artibus uersamur: Et in ijs qui nos minime uellent perditos, Utinam plus esset animi & consilij. Sed haec nostra sors est, ut Dej nos unius ope stare liquido appareat. Nos quidem pergimus, & adhuc pulchre stamus. Gallicae Ecclesiae specie pacis quantumuis dubia feliciter satis fruuntur. De Belgis pudet aliquid scriben, nec prometheis nec Epimetheis. Sed absit ut illorum periculis, imo uelut praesenti exitio non ingemiscamus, & illorum sorte minus quam nostra ipsorum commoueamur. Bene vale Vir eximie. Jesus maneat in nobis: Et nos in illo. Genevae. 30 Julij. 1583.

Tuus Beza.

## Ad Theodorum Bezam

S

Multo uerius de sapientia diuina quae in salutis nostrae scientia consistit dici existimo, quod Socrates Iudicibus respondet: Timere mortem esse sapientem se profiterj cum non sis. Sed quando nobiscum in his terris ita comparatum est, seu potius culpa nostra commissum ut miseri atque stulti omnes simus redum atque orbiter, si illud quod Ursinus noster ad me pie & neque cum impuro poeta sentiens scripsit, Bene nobiscum agi, dum mortem neque formidamus neque optamus. In utramque enim partem multa homini in mentem veniunt, quae & diuinis literis consentanea uidentur. Ut autem ad optimam & benignissimam Dej voluntatem omnia referamus, ad eam nos precibus & meditatione pia conformemus, & placide deo in hac statione, uel cum nos exea euocare visum est

visum est, obsequamur, toto pectore connitendum. Mens quidem omninoque, Chri-
beneficio est tranquillissimus, qui totum hoc quod in hac vita reliquum est,
in Deo reponit, & quae superioribus annis de formidine mortis quasi disceptans
scripsi, ea non tam infirmitati meae patrocinandi quam huic resistendi studio
secum reputat. Sententiarum enim collatione me confirmare, & quae magni
atque excitati viri haberent remedia, atque naturae vitio alexipharmaca di-
scere studij: Itaque meum morbum prodere quam occultare malui. Nequaquam
enim vel in amore vel timore eos esse sanos puto, qui se sanos fingere
possunt. Sed mitto hanc philosophiam, ne quasi Phormio apud te de
Christiana militia disserens obiurger. Monumentum quod ad memoriam
Ursini nostri praeclare posuisti, singulari quadam animi affectione legi.
Nam quae mihi cum eo fuit coniunctio, quae de humanis & divinis
rebus sententiarum communicatio & consensio, fortassis ignoras. Pater illius
puerum mihi commendavit: & ut commendatum habuerim, non debeo scri-
bere. In magna vero ingenij & naturae bonitate, cum celeres in studijs
progressus fecisset, a Senatu hoc puerorum institutioni praefectus est. Verum
cum adolescens etiam summo virtutis studio flagraret, & Theologos
quosdam in lingua sancta privatim audiret, atque ab illorum opinio-
nibus dissentanea proferret, hanc gratiam retulerunt, ut e patria
eijcerent. Discedens autem summam erga me benevolentiam semper
retinuit, eamque literis quas nescio an plures ad ullum hominem
scripserit, declaravit. Illarum lectione nisi me plurimum esse adiu-
tum profiterer, ingratissimus essem. Ferebat etiam aequissimo animo
non modo benevolus admonitiones meas, verum etiam responsiones
cum

cum perspectissima sibi omnia de fide mea haberet. Tali igitur amico hoc meo tristissimo tempore orbatus, iustissimas summi doloris causas me habere intelligis: Sed cum sciam sic aeterno Deo visum esse, & quae benignus pater de nobis statuit, ea esse optima ducam: acquiesco in hac animi inductione, Et ut me quoque divinae voluntati totum tradam, ac quaecunque dura & adversa restant, ferendo superem, divinam opem imploro. Audio Ursinj declinas publicas quasdam typis modo descriptas. ijs ut me recrëem val. de desidero. Pauca autem nunc, quando caput admodum infirmum est & cogitatio mea tota, legere possum. Utinam tuas in Iacnnem commentationes aspicere concedatur. Sed nimirum sum loquax, Et verum de me quoque, quod Cato Ciceronianus de se professus esse, sentio, Senectutem sibi & potus aviditatem sustulisse, sermonis auxisse. Veniam igitur mihi dabis & me satis castigatum cum aegre hac ducens spiritum ducam, a meipso putabis. Bene Vale. xxiij Sept. 1583 T. Crato:

Ornatissimo Viro, D Joanni Cratonj
S C M a consilijs et Archiatro, Domino mihi summe obseruando.

S. Heri mihi redditae tuae literae, Vir ornatissime, eo uno me exhilararunt quod erant tua ipsius manu scriptae. Hinc enim conijcio, firmiore te uti valetudine quam antea, qua de re Deo gratias ago. Quod ad illa nostri Grynaej attinet, sancte tibi affirmo, nihil hic me suggerente vel etiam cogitante factum, sed ita singulari dej providentia evenisse. Nec n. dubito quin haec quoque te vehementer confirmaverint, quibus

& Ego

et Ego plurimum sum delectatus, ut qui, si quisquam alius istis commentationi-
bus indigere me sentiam, ac plane confitear. Sic enim statuo, nullis difficilio-
rem esse hanc luctam, quam ijs qui Deum & sese utcunque norunt. Sed profecto
pugnando vincemus hostem, jam ab illo nostro triumphatore debellatum, etiamsi
adhuc in nobis superest vincendus. Quod in postremis tuis quaeris magis
quam significas de quibusdam, qualescunque illi sint, rogo te & obtestor ut totam
hanc suspicionem deponas. Nam hoc tibi coram Deo testor, nihil me a quoquam
accepisse quod tuae dignitati vel existimationi quicquam detraheret. Quod si
aliter esset factum, istud certe me non nullo minus quam teipsum offendisset.
De rebus nostris, non desunt & quotidianae & extraordinariae infinitae mo-
lestiae, quae vitam mihi acerbam, imo etiam ἀβίωτον reddant. Pugno
quantum possum, ne illis molestijs opprimar: sic tamen ut officio non de-
sim. id est: studeo culpam praestare, quantum quidem possum. Caetera Do-
mino committo. Allatum est mihi tandem opus Scaligeri nostri de
temporum correctione, quod spero te his nundinis a Vestris librarijs accepturum.
Est enim ponderosius quam ut Tabellario Noribergensi committi potuerit.
Opus est laboris immensi, & magnae diligentiae, ut tu quam optime omnium
cognosces: Sed quid ad nos, si saperemus, ista de observanda Resurrectionis
Domini ex Solis aut Lunae motibus, memoria, dissertatio, quae nihil
aliud est quam impurus Judaismus, etiam si a Judaeorum calculo dissen-
tiamus. Multa mihi praeterea in illo opere non placent, & qui-
dem in primis illa heddomadum Danielis intolerabilis supputatio: quibus
de rebus cupio iudicium tuum intelligere, ut eum fariam de ijs omnibus
certiorem

certiorem, Sed de his, ut spero, plenius tecum Monavius noster. Bene Vale Vir ornatissime, & perge nos Deo viritim commendare. G. 24 Sept. 1583.

Tuus Beza.

Ornatissimo Viro D Iohanni Cratoni
S C M Consiliario & praecipuo Medico
Domino mihi summe observando.

S. Binis tuis hac una epistola respondeo. utrisq. sane gratissimae, quod ex iis animadvertere mihi videar, & paulo mitiorem esse animi tui aegritudinem, & paulo firmiorem corporis valetudinem. Sic consuevit Dominus, ut illa sanctissima foemina testatur, ad caelos usq. evehere quos ad inferos detrusit. De re ipsa vero tecum prorsus sentio, posse nos etiam ex iis quae in nobis supersunt ἀδιαφόροις, magnam animi confirmandi occasionem petere & accipere, quod & ipse quotidie experior. Age dum igitur, fortiter luctemur donec βραβεῖον ab illo nostro agonothete recipiamus. De rebus nostris, pendemus semper μετέωροι subterfugi, mle sive arbitrium sive iudicium vicino. Sed pendemus a filo quod potente sua manu sustinet ille qui in caelis est, uti quotidie magis ac magis experimur: optima valetudine, & summa intus pace, singulari prorsus opt. max. Dei beneficio adhuc perfruentes, licet velut in diem vivamus. Gallicarum Ecclesiarum non alia sors est, quae tamen sua quadam etiam habent halcyonia, nunc quidem intentis omnium animis in eum conventum, quem Rex ad Sangermani arcem, proxime Lutetiam indixit. Interim Lutetiam, Aureliam, Andegavos

Andegavos & alias multas civitates pestis populatur. Angliam omnino Rex Scotus iuvenis à Catholicis dementatus turbabit, nisi Deus avertat. Belgas Deus in suum exitium magis ac magis ruentes mirabiliter adhuc servat. At nos, mi frater, utinam illud Apostoli probe observemus in his mediis tempestatibus, ἡμῶν τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει. Hoc .n. nobis unum remedium verum superest. Existimo ad vos perlatum novum illud nostri Scaligeri opus, de quo quid tibi & D. Dudithio nostro videatur scire expeto. Mihi tam duplicet in multis confidentia, quam in plurimis placet, atque adeo admirabilis videtur diligentia. Bene Vale Vir praestantissime. Eleutheropoli, III Cal. Novemb. 1583.

Tuus Beza.

## EIDEM.

S. Pudet me certe, & quidem merito, tarditatis & ignaviae meae, qui etsi multa sentiens senectutis & hyemis huius putris incommoda, melius tamen affecto corpore unas & quidem rebus ieiunas, verbis pareas pro ternis tuis rependam. Sed quid facias? Agnosco, & te mihi condonaturum confido, quod paria tecum facere studeam quidem, sed minime possim. Sicut optarim ego tibi firmiorem corporis statum: ita vehementer tibi gratulor quod reipsa experiaris verissimum esse divinissimi Apostoli nostri dictum; iis qui Deum diligunt ὅτι πάντα εἰς τὸ ἀγαθὸν συνεργεῖ. Omnino enim ex literis tuis apparet valentiorem esse quam antea factum ad acres illos impetus sustinendos, quorum vehementiam is demum novit, qui in isto certamine versatur. Itaque ego, egregius ille scilicet Athleta, unus ex iis qui te confirmare certantem studuerunt

postremas tuas legens opto, ut exemplo tuo proficiam, & si res ita tu-
lerit, mihi laboranti vicissim idem officium praestes. Agedum vero,
hoc unum curemus ut sive diutius adhuc nobis hic vivendum, sive iam
(quod optabilius foret) ad ipsum demigrandum, Deo vivamus & moria-
mur. Sed facito quaeso ut de tua valetudine quam saepissime certior fiam.
De rebus nostris et alijs multis, malo te ex D Monanij literis cognos-
cere quam longis te literis nostris legendis fatigare: quamvis minime dubi-
tem, quin idem tibi quod mihi eveniat, ut quum amicis procul dis-
sitis frui coram non liceat, eorum per literas colloquijs nihil accidere nobis
possit iucundius. Bene vale: Vir eximie & mihi summe observan-
de. D Iesus faxit ut ipsi propius brevi coniuncti fiamus eius bea-
titatis reipsa participes, quam ne animo quidem concipere nunc pos-
sumus. Genevae. pridie anni novi 1584, primas Calendas: quae u-
tinam tibi feliciter illuxerint. Tuus Beza.

Suavissimos versiculos tuos libentissime perlegi: ex quibus etiam
manifestissime perspicio, quantum sit in te animi & robur: quod
Utinam in te Dominus, etiam atque etiam conservet.

EIDEM

S Literae mihi a Monanio nostro scriptae heri redditae, non minus me
recrearunt quam ultimae illae tuae, quibus desperare mihi de recipienda vale-
tudine videbaris, graviter me commoverant. Etsi enim nihil esse nobis
optatius debet miserae huius vitae cum illo perenni ac felicissimo statu
commutatione: tamen est etiam haec vita, si quis ea recte utatur,

Pclarum

praeclarum Dei donum. Quod tibi quidem Ego, tuiq. similibus quam
maxime diuturnum exopto. Nos hic adhuc satis recte, & tranquille
habemus, Deo subinde vicini conatus infringente. Gallus magnos ha
bere delectus coeperat: quo consilio adhuc incertum. Nam plerisque
vix est credibile (quod tamen affirmant non pauci) haec omnia
adversus Hispanum comparari. Sed haec quoque suo tempore patefaciet
Dominus. De Belgis vel nulla jam spes est, vel perexigua: qua
calamitate nihil miserabilius: Sed vix alius esse potuit eius modi
consiliorum exitus. In Anglia patefacta quidem est propportione
ac plane divinitus sceleratissima coniuratio: sed nondum penitus
repressa. In Scotia sensim molitur & efficit Sathan non obscure, quod
uno impetu non potuit: nempe disciplina vinculi dissolutionem, ut

ipsam quoque doctrinam postea aggrediatur. Compescat eius rabiem Do
minus. Editus est his nundinis libellus Scaphusiarij cuiusdam
hominis, ut mihi videtur, & pij & eruditi: cuius consilium utinam
sequantur ij, quorum facilitate tamdiu abutuntur istarum tragoediarum
auctores. Audiisti procul dubio de legatione à Navarreno hac ipsa
de re, Gallica synodi generalis suasu in Germaniam missa: cui utinam
Dominus benedicat. Ego nonnihil ad Hofmanni cuiusdam virulentum scriptum respondi, idq. perinvitus: sed patientissime: quod ad
te misissem si dignum arbitrarer quod vel levissime inspiceres.
Me quidem certe sic istarum apologiarum taedet, ut ferre quidvis
potius decreverim, quam cum istis amplius contendere: in quorum

scriptis quicquid refutatione dignum comperero, statuj in tertiam editionem magnam partem toties iam intermissam Decado & suppressis autorum nominibus conijcere. De terraemotu, qui hic fuit Calendis Martijs, & in Galliae fines usque eodem momento propagatus est, non dubito quin ex Monavio nostro cognoveris: Nempe ferre nos amplius ne terra quidem ipsa potest οὐδ' ἀνέχουσα καὶ τὴν ἡμῶν ἀπολύτρωσιν ἀπεκδεχομένη. Fiat Domini voluntas: quam ex animo precor, Vir constantissime ut clementer Dominus morbi tuj dolores mitiget, teque meliori valetudini restitutum Ecclesiae suae conservet: vicissim petens ut reliquum ministerij mei curriculum assiduis precibus Deo commendes. Bene vale. Genevae. vij April. 1584.

Tuus Beza.

Dno Wenceslao Budowizio à Budowa. etc.

Salutem tibi tuo nomine plurimam hodie nunciarunt, generosissime mi Domine, Nobilissimi & vere εὐγενεῖς καὶ ἔξοχοι duo fratres Czeyka, & tuas etiam literas ostenderunt, in quibus veteris amicitiae nostrae memoriam renovas, facta etiam literarum mentione quas ad me Byzantio usque dedistj. Quare hanc oblatam mihi occasionem testificandae tibi vicissim meae in te observantiae minime mihi praetermittendam putavi. Magnam igitur tibi gratiam habeo de hac tua in me benevolentia, tibique persuasum esse velim, numquam esse me commissurum ut ullum in me officium desideres. Quo

minus.

minus autem humanissimis illis tuis literis responderim, illud vnum
obstitit, quod hominem nancisci nunquam potuerim tam procul proficiscen-
tem, cui meas committerem. De rebus nostris, Etsi multis insidijs
ac Vi etiam aperta, anno superiore à Vicino principe malis Vso con-
sultoribus haec ciuitas appetita, eadem tamen est & manet Geneua,
imo etiam auctior & frequentior quam cum hic esses, idque profecto sin-
gularj Dei opt. max. beneficio pro nostra salute sic excubantis ut in-
finita domi et foris certissima pericula, eodem pene momento & nobis
intentari senserimus, & animaduersa euaserimus. Ego eiusdem
gratia, haectenus experior ingrauescentis aetatis incommoda, ut ta-
men munere meo adhuc defungi aliquatenus possim. At tu me
Vir amicissime, precibus tuis adiuua, ut quod mihi superest curri-
culj mei spacium inoffenso cursu conficiam, & per tot tempestates
quibus etiam priuatim per eos quos minime oportuit, Vexari non de-
sino, in illum optatissimum portum appellam. Galliarum Ecclesiae
pacem habent fortes adhuc & constantes, uel inducias potius, qua-
les nimirum suis in hac Vita cum huius seculj ciuibus concedit
Dominus, cum Viuimus & morimur. Bene Vale mi generosissime
Domine, & nos quod facis amas. Dominus Iesus tibi tuisque institu-
tis omnibus quam cumulatissime benedicat. Geneuae XIX Maij
ex Vetere nostro Calendario 1584

Tuus Beza.

## Ad Eundem.

S. D. Nobilis et ornatissime domine, amice colende, ὅσον ἔαρ χει-
μῶνος, ὅσον μᾶλλον βραβύλοιο ἅδιον: tanto mihi iucundiores et
dulciores multis alijs tuae literae fuerunt, quae animo & corpore te recte
valere, & beatam illam εὐσέβειαν μετὰ αὐταρκείας toto pectore com-
plexum esse & religiose colere testantur. Ego etiam utcunque valeo, sed
quotidie προδρόμους καὶ προαγγέλους adventantis mortis excipio,
quae non procul abesse potest. Itaque erigere animum ad Dei & caelestis
Ecclesiae πολίτευμα conor, & Nazianzeni precatione, Ὄμμα βλέπον
ἄνω, χθονίων δ' ἐπιλήθεο πάντων meipsum subinde excitare soleo,
eoque consilio praecipua doctrinae de Vita & morte capita proximis annis
in schola tradidi ac edidi, quae vidisse te existimo. Hieremiae By-
zantini patriarchae vicem ex animo doleo: Te oro ut causam seu πρό-
φασιν tantae tyrannidis adversus ipsum institutae exploratam mecum
communices. Belgicae tragoediae totos iam XVII annos actae cata-
strophen instare arbitror: tametsi fulcire ruinas labentis reipubl. Hol-
landi et Selandi, electo gubernatore Mauritio, principis Vraniae filio
nituntur. Legisti credo eruditissimos & gravissimos Iusti Lipsij
de Constantia libros, quibus consolari Belgas in hac fatali calamitate co-
natur. Si non vidisti, cura ut habeas. Nihil legi sapientius &
nervosius in hoc argumento aliquot saeculis scriptum. Bene et feli-
citer vale, & per hunc civem nostrum statim huc rediturum responde.
18 Augusti Ao. 1584. M. T. studiosus. David Chytraeus

# Ad Martinum Schillingum

S. Pro cereis tuis, non centuplicem terrenam, sed caelestem, lucis spiritualis ἀντιμισθίαν tibi a Christo Domino precor. Certatim, multi boniq. me laborantem, profecto exhilarant. Benedictus sit Deus, qui tibi qq. hanc inspiravit mentem, ut mei memoriam cum constanti benevolentia retineas. Oro te, ut hoc semper cogites, quod heri Grunrodio dixi (cum is me ad prandium junioris principis Friderici, colloquii religiosi gratia, vocasset) Ut enim signo ἀπροσδοκήτως dato, milites tumultuarie initio concurrunt discurrunt, quiritantur, arma sibi apta reddunt, ξυμπαραστάτας fidos requirunt: donec sua cuiq. obtigit statio: sic nos militantes Ecclesiae tyrones, διάνδιχα μερμηρίζειν & anxios circumspectare necesse est, donec triarii facti discamus τροποφορεῖν primum, deinde stationem boni consulere & tueri: donec in caelum deducti ἔξω βελῶν versari nobis liceat. Quum, ut pius Melanchthon dicere solebat, Ecclesia nunquam sit expers servitutis, si qui ἐξ ἐριθείας Christum non pure praedicant, audiendi nobis sunt: quid de iisdem fraudis metu, & precibus ea aspergentibus quae conscientiis ipsorum non admodum respondent, nobis aliud statuendum judicabimus, quam hactenus cum illis preces coniungendas, quatenus secundum Deum concipiuntur. Caetera missa facienda. Dura, inquit Zelus, haec sors est: Duram fateor: sed quia ἀγὼν praecedit liberationem. Deus nunc demum vos respicere coepit, postquam vos ὑπὲρ ἀληθείας & dicere & pati (est n. & incruentum martyrium) voluit. Vale. 5 Jan. 1585

Tuus usq. ad aras J Grynaeus.

489

# Natio Germanica in Academia Patauina M. Antonio Mureto S. D.

Gratissimæ nobis literæ tuæ fuerunt: iucundas omni ex parte dicere non possumus, cum spem nobis omnem eripuerint optatissimi aduentus ad nos tui. cuius rei culpa si in nobis resideret ulla, uehementer sane eius nos puderet, quæ caueri uitariq. potuisset. Sed cum hanc omem ij sustine ant qui in nouam spem nos adduxerunt, nec aliena magis à dignitate sua quam scholæ huius utilitate, persuaderi possa sunt: æquo nobis animo ferendum est quod semel admissum infectum ut sit efficere non possumus. Hoc tamen quicquid est non inopinato plane nobis accidisse, et fate mur ipsi, et tu ex literis nostris facile animaduertisti. Alij enim præ se ferebant, quam sibi inuisum et exosum esset. nouum hoc quasi opus, à quo luminibus an tenebris suis tantopere metuerent: Alij hoc agebant, ut te reiecto, cuius vel umbram non temere extimescerent, aliquis nobis obtruderetur, qui ius quod ipse ignoraret, inepte et pueriliter docendo, tanquam ineptum et puerilem instituti nostri rationem omnem coarguerit. Horum nos insidijs literis ad Triumuiros scriptis anteuertere conati sumus, quibus ostendimus non alium nos Iuris interpretem petere, quam qui ad exemplum esset factus Veterum Iurisconsultorum. Et quamuis nomen tuum et autoritas satis superq. te defenderet, nec sane defensione opus esset: studio tamen quodam hij incitati in ijsdem literis perstrinximus illos qui te Iurisconsultum ideo negarent esse quod maxime Iuris consultus esses: hoc est, cum Iurisprudentiã humaniorum studia literarum atq eloquentiæ coniunxisses: quibus

tamen

tamen ignoscendum videbatur, quod cum sint homines inconditi adeo & insulsi, ius gustare nullum possunt quod humanitatis sale aliquo respersum sit. Illud serio est dolendum, partem reip. tam praestantem ab iis maxime contemni ac negligi, qui maxime abiectam erigere, omnique studio fovere atque excolere deberent. Sed valeant querelae, quibus nihil aliud proficimus, quam ut augeamus dolorem nostrum, quem etsi, ut diximus, ex desperato adventu tuo ad nos, non parvum cepimus: illa tamen parte tuarum literarum nonnihil recreati sumus, qua tamen audita nobis magna cum voluptate confirmas, de accessione dignitatis & fortunae tuae ita factum, ut hoc quasi pignore accepto a singulari Pontificis erga me benevolentia, maiora omnia tibi polliceri queas. Nihil enim ille tibi contulit, quod nobis collatum, & iis literis non putemus, quas colimus, quos ille quasi fontibus irrigari voluit ingenii & doctrinae tuae, quo fructus inde uberiores ad omnes bonarum artium studiosos dimanarent. Huius quidem tam praestantis beneficii tanto maior illi laus debetur, quanto ipse maior & res insolentior, & tu omni illius beneficio dignior es. de cuius egregia erga nos & nationem benevolentia, non tam nobis novum ex literis tuis quam testimonio tuo gratissimum fuit. Tu vero cumulum adieceris humanitati erga nos tuae, si cum occasio feret, gratias ipsi a nobis egeris, non quas meretur, sed quantas certe poteris maximas. Quod reliquum est, cum tua, Murete, doctissima consuetudine, praesentes istic frui summopere cupiamus, nec aliud magis desideremus, quam ut te audire nobis liceat, admirabili illa facundia sive Ius civile interpretantem, sive quae cum

Sot

hoc coniuncta sunt, de optimo ciuitatis statu Philosophi praecepta explicantem, plura tamen omnino desiderium nostrum remorantur, quam vellemus. Quod tamen tantopere volumus: id quamuis ratione as-sequi conabimur. Spes acquirendi maior foret, si aut vicinior no-bis, velut Bononiae, aut in ea urbe non esses quae praeterquam quod a nobis tam remota est, negotijs colendis aptior quam Musis colendis habetur ab ijs quorum voluntate & iudicio studiorum fere & vitae nostrae ratio-nes diriguntur. Nulla tamen locorum interualla aut temporum im-pedient, quo minus animis & studijs nostris italibi coniunctissimus, ut amor tuus erga nos mutuus, beneuolentiaque noscitur. Vale

Patauij. 4 Cal. febr. Ao 78.

Tui studiosissima
Natio Germanorum Iuris studij
causa Patau. colens —

I. Grynaeus Fabricio

Etsi Deus ordinariam vocationem tuam differt: tamen illa τῶν παθημάτων progymnasmata, quibus te explorat τεκμήριον sunt vocationis, cuius momenta idem moderabitur ut seruiant suae gloriae. Nostrum vero non est rerum momenta Deo praescribere. An non id omne fiet, quod iam olim ut fieret Deus pro sua sapientia praestituit Itum. Ne dubitemus, pijs & assiduis votis & una aut altera hominis suscentiriati concione, familiari etiam de pietatis rebus colloquio, seruos Dei fidos non raro extra ordinem plus praestare quam eos qui loca tenent & ordinarie docent sed ita ut solent

mercenarij

mercenarij. Crede mihi magnum est sic inflammari a spiritu Christi, ut modis omnibus gloriae eius servire cupias

1581.

Eruditissimo et integerrimo Viro D. Laurentio Cirklero: fratri s. in christo obs.do

S. Eruditissime & mihi in Christi visceribus amande D. Cirklere: Si iusta causa est, cur ijs gratulemur, qui magno cum successu in sanctissima functione Dei consilio inserviunt: est profecto cur tibi magnopere gratulemur: cuius ministerio visum est Deo virtutum & piae ac necessariae doctrinae scholam aperire. Sed ad hanc gratulationem piam votum accedat necesse est. Cum enim non alia sit servorum Dei in Ecclesia militantis, cuius illi sunt cives, sors, quam haec sit instar lilij inter medias spinas, quis miretur illos quoque aculeos crabronum, magno cum stridore inconvolitantium, & dulcissimum veritatis melos turbantium sentire. Precor itaque Dominum, qui Danielem inter medios leones servavit, ut te servet: ut animi & corporis vires tibi subministret: ut conatibus tuis laboribus bene dicat: ut tibi det constantiam, elegantiam & patientiam εὐεργετεῖν, καὶ καλῶς δεύειν καὶ τριπολέμην. D. Carolus Serotinus Genevae ad huc versatur: intra bimestre nullas ab eo literas accepi. Medio criter floret schola nostra. Ego porgo καθ' δύναμιν ἔρδειν ἱερ' ἀθανάτοισι θεοῖς ut dicebat Socrates, cui summo studio erat τοὺς συνόντας εὐσεβεστέρους καὶ σωφρονεστέρους reddere. Mitto tibi ῥαψῳδίαν de consolatione. Si quos e gente vestra mihi commendaveris: non ipsis deero. Vale & vive in Christo qui Epistates noster est. Basileae. 13 Sept. 1583

Vere tuus

Grynaeus.

Stemmatum, Virtutum & sapientiæ laude eminen-
tissimo Viro, Dño Ioachimo à Berge, Equiti mag-
nifico, Sacræ Cæsareæ Maiestati à consiliis se-
cretioribus: dño s. plurimum observando.

S. Magnifice Vir, Dne plurimum observande: Etsi neutiquam nouo in-
ter pios exemplo fit, ut etiam longe absentes & ignoti, Christianarum
virtutum fulgore exhilarati, suam erga illustria Reip. Christianæ si-
dera fidem & observantiam testentur: non tamen ipse quoque, Academi-
cis ærumnis admodum debilitatus & literis ad diversos scribendis prope
enectus, occupationes tuas, quæ Dei consilio serviunt, interpellaturus
eram, nisi genere, ingenio, & orthodoxæ religionis amore nobilissimus
Iuvenis, ipseq. de causis mihi carissimus Nicolaus Burghausius id mihi
persuasisset, non ingratam tuæ Magnificentiæ meam προσφώνησιν
fore. Nulla autem de re malui tuam præstantiam alloqui, quam de
eorum, qui, ob veræ religionis studium, velut Rosæ manu filii Dei
plantatæ, florent inter medias spinas, felicitate & gloria. Si enim
vere nobis persuasum est, eos animas suas invenire qui Christi causa
illas perdunt, cui tandem homini intelligenti dubium esse potest,
eos esse felices, qui Christi capitis sui causa, adversa constanter &
eleganter ferunt: nec voluptatum Sirenas audientes, mundo huic
sese conformes unquam sistunt? Delector mirifice illa Platonis senten-
tia commemorabili: Cum necessaria omnis generis adversa, ve-
luti

luti conspiratione facta, impressionem hostilem in nos faciant, nostrum
fuerit Deum imitari: & dare operam ne a caecis perturbationibus, aut
etiam ὑπὸ τῶν ἐνθάδε φαυλοτάτων nos patiamur vinci. Fateor qui-
dem id non esse in nostris positum viribus: sed quum Deo, pro infinita
ipsius bonitate visum sit, salvificam suam virtutem, in nostra infirmi-
tate declarare: quum etiam nullum genus adversorum sit ἄνευ θεοῦ
εὐχρησίας, sicut nullum e caducis bonis ὁλόκληρον est: caussa
magna est, cur per crucis viam ad coelestem patriam tendentem eamus
ovantes animis, & spe nostra damna levemus. Saepe autem mihi
animadvertisse videor, ridicula quadam caussa, dolores nostros exaspe-
rari, dum multis potius placere, quam bonis: & mundi evanidum ap-
plausum promereri, & ea spe (quam non iniuria vigilantis somnium
dixeris) prosequi, quia constantissimam Dei erga nos benevolentiam
nobis gratulari non nunquam convenimus. Fit itaque propitio Dei
consilio, ut Politici gubernatores cum multorum hominum τῇ
ἀγνωμοσύνῃ conflictentur: Veritatis divinitus patefactae fideles Promi
& Condi, insectationes sustineant agrestium quorundam hierophanta-
rum, qui cum suis Musis non pias & amabiles Charites sed (ut
concinnis meus Erasmus dicere solitus est) furias coniunxerunt, & quasi
de plaustro maledictis Ecclesias & earum pastores, viros pacis proscin-
dant. Nigrae lanarum, ut ait Plinius, colorem non bibunt. Si tam
sumus turpes & fanatici, quam nos Momi quidam esse clamitant, cur
non tandem eos nostri sic miseret, ut a Deo meliorem mentem nobis

nobis sibi impetrandam persuadeant. Saepe autem erubesco, quum optimi praeceptoris Melanchthonis exemplum animum subit: quem quum sciamus exemplo christi capitis, magnam sustinuisse ἀντιδοξίαν, & hac quoque in parte christo conformem esse factum. quare nobis molestum esse debeat idem fatum, equidem non uideo. Sed desino noctuas Athenas mittere, quando haec domi tibi nascuntur, & familiaris tibi est disertissimus ille Joach. Meisterus, cuius oratio praeclara de Eutyche, à Monauio missa, non publico tantum, sed etiam priuato nomine mihi gratissima est. Ceperam κεφαλαιωδῶς historiam de Henotico Zenoniano, ita ut à me publice, sed in mediis occupationibus recitata fuit, contexere: Sed quum Orationem illam legissem, quasi rude donatus, lampada ab alio dextre gestari gauisus sum. Commendo tuam praestantiam propitiae Dei prouidentiae: & reuerenter peto, ut meam, qua in te salutando usus sum fiduciam, à Virtutum tuarum admiratione profectam, boni consulas. Dominus Iesus Ecclesiis & Reip. in uestra Silesia, magis ac magis benedicat. Basileae 17 Octob. 1583.

Virtutis tuae studiosiss.
Joh. Iacobus Grynaeus.

Mag^co & ornatissimo Dño Joachimo à Berg in Herrndorff S C M à Consiliis, Domino mihi summe obs.

XX

S. Peccare me fateor, & quidem grauiter, Vir ornatissime. quod tam

tam audacter & pene imprudenter gravissimas occupationes tuas inter-
pellem: Sed eius facti culpam omnem luant oportet tum D. Jac. M.
noster, tum etiam bonestissimus, tumque observantissimus iuvenis Nicolaus
Burchausius. Sum enim ita & Monavij literis & Burchausij sermonibus
quibus summa omnia de te apud me praedicarunt commotus, ut tempe-
rare mihi non potuerim, quo minus has ad te darem minime dissimu-
lans ardere me cognoscendorum & omni officij genere colendorum
omnium eruditorum simul & piorum cupiditate, minime, ut opinor,
reprehendenda, quam a pietatis & doctrinae admiratione proficiscatur,
& eodem quoque feratur. Gratulor igitur tibi tot eximias virtutes, vir
constantissime, & quidem istud inprimis retinendae verae doctrinae & foven-
dae in bonis pietatis studium, firmam denique in tuenda veritate
constantiam: Et Deum opt. max. tantorum donorum autorem precor
ut in te familiaque tua tota ratum esse velit quicquid veris suis
nominis cultoribus promisit. Ipsum autem Besam velim tibi persua-
deas tuum esse ac fore quantuluscunque est, tum Christo tum alioqui,
utpote quem ipse tibi quamvis procul a te dissitum tot virtutibus
quasi precio maximo comparatum acquisiveris. Bene vale Magnifice
Domine. Dominus Iesus servator ille noster salvum & incolumem Ecclesiae
suae te servet, & tibi sanctaeque coniugi tuae, totique vestrae familiae magis
ac magis benedicat. Geneva 25 Martij, anno ultimi temporis 1584.

Tuae amplitudinis addictissimus Th. Be.

Clarissimo Viro, D Petro Monauio, S C M Medico sapientissimo, Domino mihi summe obseruando. Pragæ.

S Binas tuas simul accepi, utrasq. uel eo nomine mihi gratiss. quod à te sint profectæ, cui plurimum debere me profiteor de tuis in meam psalm. paraphrasin animaduersionibus, & à quo me dili[-] gi summopere lætor. Quod ad vestros illos Exorcistas attinet, nihil agunt quod non passim à Sacrificulis & vulgaribus Monachis agi consueuerit, comparatis plerumq. qui in illorum gratiam agant eius[-] modi fabulas quales aliquot insignes in Ecclesiastica historia Gallica recensentur. Laodunensis Epus in Picardia Galliæ prouincia, defuncto principe Condensi adhuc superstite & in arce quadam Laoduno vicina versante, maximo cum apparatu, & plurimis un[-] dique concurrentibus fæminam quandam iuuenculam sic [...] visus est post exorcismos per integrum mensem & amplius continuatos, ut majorem fidem haberet fabula, admoto Deo illo panaceo, a Dæmone, aliqq etiam linguis, ut erat etiam illa e[-] docta, respondente liberare: de quo facto cum mire triumpha[-] rent libris etiam scriptis aduersarij Veritatis, ecce deprehensa illa Dæmoniaca in scortatione cum eo ipso Sacrifico, à quo cir[-] cumducta fuerat, & iussu principis in cuius ditionem sese rece[-]

perat

perat, praeunte legitima Iudicis cognitione, verberibus affecta, rem totam palam patefecit. Sed esto; vere fuerint Daemoniaci de quibus scribis: Sathanas certe Sathanam nunquam ejicit! Et sic sese expelli simulans Daemon, quantum sibi animarum, pro uno relicto corpore acquirit? Illum autem Pseudojesuitam in eo quem annotas sacrae scripturae loco detorquendo haesisse minime miror. Quid enim aliud ageret musca in pice deprehensa? Minime autem ignoras, nec illi diffiteri possunt quin Christus et Apostoli (non sua sed rite invocati Christi virtute) praeeuntibus doctrinae miraculis auditorum animos ad audiendam doctrinam praepararent: tamen quum idcirco edantur miracula ut doctrinam obsignent, sive praeeuntem sive subsequentem, non ex miraculis doctrinam, sed ex doctrina veritate et norma probari et discerni miracula oportere. De Cantico canticorum verum est non eadem jam olim fuisse hominum iudicia, nec ego temere illud a quibusvis legendum censuerim. Sed aliud est illud duntaxat legere vel audire, quam pro concione et ex aliis scripturae libris interpretari. Certe praeterquam quod perpetuo consensu inter sacros et a sancto Spiritu dictatos libros non potest temere videri receptus et in Ecclesia Christiana a doctissimis Theologis explicatus: miror enim

librum

librum posse hominibus qui modo scripturas legerint displicere, quum psalmus quadragesimus quintus, vera & propria sit eius epitome, & mihi quidem videatur nulla in eo extare phrasis, imo nulla pene vocula, quae in propheticis & Apostolicis scriptis non inveniatur, & maxima ex parte explicetur. Itaque doctissimi viri Joachimi Vadiani judicio libens acquiesco: cuius haec sunt verba libro aphorismorum de Eucharistia quarto: Cantica Solomonis si literam intueris, quid sunt aliud quam carmen amatorium, Veneribus & illecebris confertum? ut non injuria Judaei non nisi provectiori aetati eius libri lectionem permiserint. At vero si spiritum adhibemus de spiritu dignis scripturis haustum, deprehendimus nullum ardentius, jucundius, sublimius colloquium fidelis animae seu Ecclesiae cum sponso suo Christo habere universam scripturam quam canticum istud Salomonis habeat. haec ille. quod verum esse, nisi vehementer fallor ipse mihi comperisse videor, & meis in hac Ecclesia auditoribus probasse: quas recognitas jam maxima ex parte meas conciones Gallicas, Deo favente brevi sum editurus, ab aliquo fortasse postea si sit opus, latine convertendas. Sed de his plus satis. De rebus nostris recte adhuc omnia Dei beneficio, vicino nihil palam movente, sed procul dubio insolentiore

lentiore deinceps futuro propter nouam cum Hispano affinitatem, cuius futurus est gener, multis profecto admirantibus, quinam Hispanus filium unicum habens valde, ut aiunt valetudinarium, & filias tantum duas, hoc matrimonium extra familiam Austriacam suis opportunum esse existimauerit. In Gallia instaurantur Ecclesiae quantum in pace dubia licet. De Nauarreno proximo nunc regni haerede optima quaeque adhuc non immerito speramus. Faxit Dominus ut sibi impendentia maxima certamina sustineat ea qua ipsi et nobis opus est fide et animi magnitudine. Bene Vale Clarissime Vir, & nos quod facis ama. Dominus Jesus seruator ille noster tibi ex alto quam benignissime magis ac magis benedicat. Geneuae. XXVI Augusti nostri non illius Gregoriani 1584.

Tuus Beza, manu sic vacillante, ut aliena manu necessario nunc uti cogatur.

Haec verba manu sua: caetera vero Amanuensis suus scripserat.

## AD JOHANNEM CRATONEM
### Caesareum Consil. & Medicum

S. Quaeris ex me, Vir eximie, quod ex te potius discere me oportuit. Satisfaciam tamen tibi, quando ita uis: & quum uideam, non esse tibi satis perspectam meam sententiam, conabor

conabor tibi quid sentiam ea qua potero perspicuitate, se-
quentibus ueluti aphorismis, explicare, ut rectè an secus
sentiam, ipse tu diiudices.

I. Filius ille DEI coæternus & coëssentialis Patri non
sui propriè causa, siue, ut aliquod emolumentum inde con-
sequeretur, sed propter nos demum & nostram salutem, ut
habet Ecclesiæ symbolum, HOMO FACTUS est.

II. Christi θεανθρώπου duplex est iustitia. Una in-
creata, quæ est essentialis in æterni Filij DEI hypostasi
considerata Deitas: altera creata, qualitas uidelicet
ipsi assumptæ Humanitati, ut subiecto, insita.

III. Hæc creata Christi humanitatis iustitia rursum
duplex est. Nam hoc nomine interdum quidem intelligitur
perfectissima illa ἕξις, siue sanctitas & integritas huma-
næ illius naturæ ex spiritu sancto conceptæ & persona-
liter à Verbo assumptæ: Interdum uerò significatur
non ipsa ἕξις, sed præstita Patri plenissima, perfectissi-
maque obedientia, quæ est illius ἕξεως consequens & effectum.

IIII. Hæc obedientia etsi una est, tamen duplici
respectu consideratur, tum quatenus legem præcipientem
respicit, cuius est absolutissima præstatio, cui ex hac pa-
cti legalis formula, Hæc fac & uiues, æterna uita
debetur,: tum quatenus ad nos refertur, & est pœna atque
satisfactio ac propitiatio, tollens omnem à credentibus
condemnationem: quæ duo non re sed ratione differunt.
Nam & obediendo passus est, & patiendo obediuit pro nobis
Christus.

V. Diuina illa & essentialis Iustitia, quæ est ipsa Deitas Christi, est quidem in sese ἀκοινώνητος, sed illi tum ἕξει tum obedientiæ humanitatis infinitam quandam uim saluificam conciliat, ut ita Christus sit unicus noster secundum utramque naturam, licet diuerso respectu, Mediator: quod non obseruatum discrimen Osiandrum miserè fefellit, & alios Enthusiastas.

VI. Ut pacata securaque conscientia Deum possimus in hac uita inuocare, & tandem stare apud ipsius tribunal, non modo non condemnandi, uerumetiam æterna uita coronandi, duo necessaria sunt. Vnum, ut penitus aboleantur, quæ illum omnis impuritatis hostem & ultorem seuerissimum offendunt: alterum, ut coram ipso appareamus ea puritate ornati, quam à natura humana meritò requirit, & cuius præstationi uisum est DEo uitam æternam polliceri.

VII. Hæc autem sunt, quæ singulos homines apud Deum æternæ mortis reos peragunt: Originis, uidelicet, id est, ab Adamo in ipsius posteritatem propagatum peccatum, cuius est effectum duplex: nempe reatus ex eo quod omnes in Adamo peccarunt, ac proinde sunt in ipso tum non præstitæ obedientiæ, tum transgressionis rei ac proinde dupliciter iniusti: & corruptio, siue deprauatio omnium hominis, sine ulla exceptione, facultatum, qua multatus est sibi & posteris suis Adamus.

VIII. Ex hac præterea corruptione, quam Paulus elegan-

legan-

legantissimè peccatum peccans appellat, nascitur in omni-
bus adultis duplex alius reatus, & quidem uterque gra-
uissimus. Sic enim fit ut magis ac magis absimus ab
illa obedientia, quam unusquisque pro ratione suæ uoca-
tionis præstare DEO tenetur, secundum ipsius man-
data: & præterea infinitis, prauis & expressæ DEI
Voluntati repugnantibus animi motibus, & tum dictis
tum factis illum offendere non desinimus, quæ peccata a-
ctualia uocantur, & carnis ac mortis fructus.

IX. His omnibus ac singulis ita distinctè, sicuti
par est, consideratis, necesse est, ut totidem in Christo
remedia distinctè opposita inueniamus, & inuenta
nobis unà cum ipso Christo per fidem applicemus,
ut in nobis DEUS intueatur illud δικαίωμα sive ius
illud Legis diuinæ, cuius meminit Apostolus Rom:
8. 4. quo non modo condemnationem euadamus,
sed etiam æternæ uitæ promissio sit nobis in Christo Etiam, & Amen.

X. Explicaturus autem hæc remedia sequar Pauli
in Epla ad Rom: diuinissimam methodum ab eo quod infi-
mum est, id est, ab actualium peccatorum expiatione exorsa.
Peccatis igitur nostris actualibus omnibus perfectissimè me-
detur Christi obedientia, quatenus Patri obediens usque ad
mortem Crucis peccata omnia nostra tulit super lignum,
& omnes pœnas innumerabilibus peccatis nostris debi-
tas, factus pro nobis κατάρμα plenissimè persoluit.

XI. Hac gratuita, per Christi oblationem, remissione

peccato-

peccatorum fit quidem, ut maximo & nobis prorsus intole-
rabili tot admissorum peccatorum onere leuemur. Sed cum
à DEO simus conditi non tantum ut non peccaremus, sed
etiam inprimis ut singuli pro nostræ uocationis ratione, man-
data DEI perfectè implentes, coram ipso sisteremur: res
ipsa ostendit præter remissionem peccatorum, qua conde-
mnationem, ob illa peccata nobis infligendam, uitamus,
requiri eam legis præstationem, siue Iustitiam, qua opus est,
ut æternam uitæ promissam coronam adipiscamur.
Hoc autem illud est, quod Christi obedientiam uocamus, quate-
nus plenissimè pro nobis omnem patris Voluntatem impleuit.

XII. Neq; huic obstat, quod Christus, quatenus Homo,
ad hanc præstationem Legis tenebatur. Nam uerum qui-
dem hoc est: sed adjiciendum est, Filium DEI, sicut non sim-
pliciter suiipsius sed nostri causa Homo factus est, ita sese
ad præstandam hanc Legis iustitiam obligasse, non quod
ipsius natura ab ipso conceptu sanctissima & perfectissima
esset, sicuti dicimus, prædita, ulla præterea iustitia egeret,
ut æterna uita digna censeretur, ac multo minus ut se ab
ulla maledictione legis ipse liberaret, cum in ea nullum un-
quam peccatum extiterit: sed ut fieret nobis tum Redem-
ptio tum Iustitia, & non tantum nos liberaret à morte pro
nobis moriens; sed etiam omni impleta pro nobis iustitia,
Victor resurgens, Legem quæ nos in nobis condemnat,
utpote quæ nullos, nisi sui factores, iustificet, in sese nostri
iustificatricem coram DEO redderet, ac proinde æternæ

uitæ

uitæ donum nobis acquireret.

XIII. Sic igitur duplex certissimum remedium in Christo inueniunt omnes adulti credentes: nempe pœnas pro nobis persolutas, quibus unis transgressiones nostræ plenissime sunt expiatæ: & præterea Iustitiam illam Christi, de qua modo dixi, id est, qua iustus est, præstita pro nobis lege, & quæ illi defectui, siue στερήσει iustitiæ legalis, cui demum uita æterna promissa est, opponitur, ut in Christo non modo absoluamur, sed etiam coronemur.

XIIII. Ista uero an plenè iustificandis electis satisfaciunt? Minimè profectò, manente adhuc utroque illo uitio, in quo concepti sumus: nempe originali tum reatu tum corruptione: unde fructus illi amarissimi (de quibus diximus & quorum remedia exposuimus) in adultis sese reipsa produnt, & quæ infantes etiam ipsos ab utero coram illo seuerissimo iudice æternæ morti, extra Christum, adiudicant. Rursum hic igitur nobis Christus unicus ille noster Mediator occurrat oportet. Primum enim eædem illæ Christi perpessiones, quibus diximus admissa adultorum peccata expiari, itidem nos ab omni ea pœna liberant, quam tota illa natiua labes, etiam fructibus nullis editis, meretur. Deinde quod ad reatum illum attinet, in quo nascimur, nempe in nos ab Adamo propagatum, & qui in hoc consistit, quod nascimur ea integritate destituti, in qua conditi fueramus, & qua priuatis nobis, ut reis peractis, merito Deus maledicit, Christus sua illa summa obedientia, perfectissimaque uoluntatis Patris præstatione, illum defectum

plenissimè

plenissimè sanat, sicut & posteriorem illum Reatum, de quo paulo ante diximus. Priorem autem eum appello, cuius pœna est ipsa naturæ nostræ corruptio, ac proinde non quidem tpe, sed ordine corruptioni præeuntem. Posterior autem reatus, quum sit corruptionis fructus, illam & ordine & tempore q[uo]q[ue] consequitur: ac proinde in solos adultos cadit. Sed uterq[ue] ille reatus eadem illa Christi iustitia usq[ue] adeò aboletur, ut in illo non modo rei esse desinamus, uerùm etiam iusti, quasi lege præstita, coram DEI tribunali censeamur.

XV. Superest corruptio in nos ex eodem Adamo propagata, cui duplex remedium in Christo per fidem apprehenso nanciscimur. Ac primum quidem illud, quod Regenerationis & sanctificationis nomine in scripturis signtur: donum uidelicet illud DEI eximium, cum præcedentibus illis, de quibus diximus, beneficijs cohærens: quo fit, ut sensim euanescentibus intelligentiæ deprauatæ tenebris, & uoluntatis affectuumq[ue] peruersitate sensim immutata, mens q[ui]dem Deum nosse, & recti ex DEI uoluntate efficaciter sapere docetur: Voluntas autem affectusq[ue] omnes, DEO iubenti sponte obsequi incipiunt per sancti spiritus efficaciam.

XVI. Quoniam noua autem illa qualitas in hac uita in sanctissimis etiam quibusuis duntaxat inchoatur, & quotidie cum carnis siue corruptionis reliquijs luctatur, ualet q[ui]dem hæc Regeneratio, tum ut electionis nostræ testimonium ex hoc effectu dignoscendæ, quum nemo uerè sanctificationis spiritu donetur, nisi qui ab æterno est electus, ut Filius DEI

fieret

fieret: tum in grauissimis tentationibus spem in nobis ex-
citat, ciens gemitus illos inenarrabiles, quoniam hoc do-
num est ἀμεταμέλητον, etiam si foedis lapsibus inter-
dum interrumpatur.

XVII. Certum est etiam huius Regenerationis ef-
fecta, id est, bona opera DEO placere, imò etiam Electos
suam fidem sic testificatos. Vita &c. coronari: at non quasi
debeatur ulli operum illorum dignitati, quum perfectae
demum legali iustitiae promittatur aeterna felicitas, ut
apparet ex opposita comminatione; Execrabilis esto, qui
haec omnia non impleuerit. Nec etiam, quasi illa per-
fecta Christi iustitia uel sarciat tantum, quod nostrae re-
generationi deest: Vel, ut docent scholastici mataeologi, quot
operibus nostris dignitatem, quam uocant meritoriam con-
ciliet: sed quoniam certi sunt indices nostrae in Christum
insitionis, in quo quum plenè iustificemur, sicuti dictum
est, mirum non est, placere DEO, & ab eo gratis coronari
quae ipse in nobis iam in Christo iustificatis, & aeternaui-
ta in eo dignis habitis, fuerit spiritu suo operatus.

XVIII. Quanam igitur tandem audacia, licet, re-
missa peccatorum poena, pro innocentibus, & plena le-
gis impletione obedientibus habiti, manentibus tamen ad-
huc intra nos illius corruptionis reliquijs secura prorsus,
pacataque conscientia ausi fuerimus eum inuocare, &
ab illo uitam aeternam expectare, qui omnem prorsus ma-
culam execratur? Itaque penitus tandem nostras consci-

entias

entias parat illa naturæ nostræ, pro singulis credentibus assumptæ, plena in Christi persona sanctificatio ab ipso eius conceptu, quam ἔξιν uocauimus, natiuæ in nos ab Adamo propagatæ corruptioni oppositam: non ut sic suppleatur, sed ne nobis imputetur, quod Regenerationi deest in nobis inchoatæ, & ut sic quoque plenissime in integrum restituti censeamur.

XIX. Neque huic obstat, quod ultimo illo die apud Dei tribunal, deuicta etiam ipsa morte, plene tum animis tum corporibus regeniti sistemur coronandi. Nec enim uita illa æterna nobis ~~propter~~ incorruptionem tribuetur, sed è contrario illa incorruptione & æterna felicitate idcirco donabimur, quoniam Christi iustitia inueniemur ornati.

XX. Sicut autem hæc nostri renouatio in nobis sic inchoata, & in futuro seculo perficienda, est qualitas ex Dei dono, nobis ut subiecto inhærens: ita tria illa, quibus solis proprie fiducia nostra innititur (nempe primum quidem Christi obedientia in poenis nostri causa perpetiendis præstita, peccatis omnibus nostris opposita; Deinde eiusdem Christi obedientia & iustitia ex plena legis diuinæ præstatione, στέρησιν eius iustitiæ in nobis abolens: denique perfecta demum illa nostræ naturæ à Christo pro nobis assumptæ integritas, hærentes adhuc in nobis impuritatis reliquias abolens:) hæc, inquam, tria extra nos in Christo uidelicet, ut subiecto insunt; ideoque nostra fiunt sola imputatione, iis uidelicet, qui Christum ipsum, cum ipsius beneficiis, ita

perfide

per fidem spiritualiter sibi & suis sunt amplexi, ut
sint mystici corporis ipsius membra, sicut regeneratio-
nis, & ueræ resipiscentiæ fructibus testantur.

XXI. Sic igitur uerè Christus fit nobis à DEO patre
sapientia, iustificatio, sanctificatio & Redemptio: sic ue-
rè demum ac perfectè simus Iustitia DEI in ipso: sic in
ipso denique reddimur perfectè ἄμωμοι καὶ ἀνέγκλη-
τοι, ut plena cum πληροφορίᾳ clamemus, Abba Pater.

XXII. Locos scripturæ non adscripsi, singulis pe-
nè paginis apud Paulum præsertim occurrentes. Neque
hîc quicquam à me afferri existimo, quod à præstantis-
simis Theologis, quamuis à quibusuis non ita distinctè
& enucleatè, sit explicatum. Hæc autem inprimis ex
diuinissimæ Pauli epistolæ ad Rom. methodo accuratè
obseruata didicisse mihi uideor. Nam apud illum, nisi
penitus fallor, tres istas Iustificationis in Christo nostræ
partes sic distinctè expositas, inuenio: primam uideli-
cet à capite 3. uersiculo 17. (hinc n. incipit argumen-
tari, propositione totius sequentis disputationis uniuersali
sex præcedentibus uersiculis exposita) ad caput quintum,
uersiculum 12. Secundam uerò deinceps, sed bipartitam.
Nam ab illo uersiculo 12. usque ad caput 6. agit de iustitia
illa obedientiæ Christi nostro Reatui opposita, usque ad
sextum caput, unde, uarijs de usu legis insertis quæstio-
nibus, de Regeneratione in nobis inchoata, & naturæ
nostræ corruptionem aliquatenus sanante, disserit usque

ad

ad caput octauum. Hinc uerò demum, præposita uniuer-
sali totius disputationis conclusione, tertiam illam nostræ
iustificationis partem, quæ ab illa naturæ nostræ perfecta
in Christi persona instauratione emanat, & ad cætera be-
neficia necessario, ut iustificationis nostræ colophon adijci-
tur, exponit: primum quidem per sese & absolute Vers. 2. 3. 4.
deinde uerò comparatè, nexum uidelicet ostendens illius san-
ctificationis, quæ in Chro est perfecta cum ea, quæ est in no-
bis inchoata usq; ad Vs. 19. unde nos in cœlum usq; uelut
abreptos subuehit, transitum etiam sibi ad consequentem de
prædestinatione disputationem patefaciens.

XXIII. Hæc igitur mea est, tum de Iustificationis in
Christo nobis imputatæ singulis partibus, tum de inchoata in
nobis sanctificatione, sententia: cuius usum studiiq; pro uiri-
bus, & in meis quæstionibus & in confessione à me edita
explicare, doctorum & piorum omnium Theologorum iudi-
cium subire paratus. Geneuæ. 18. nostri, id est, Iuliani No-
uembris. 1584.

Tuus Beza.

Clarissimo & præstantissimo Viro, D. Theo-
doro Bezæ, &c. Dño & amico s. obs.

S. Næ ego sum inconsideratus & ineptus, qui tecum in sa-
cris literis uiro summo de præcipuo religionis nostræ capite,
in disceptationem quasi uenio. Nihil occultans uel dissimulans,
quomodo adductus sim, ut ista ad te scriberem, narrabo.
Miserat ad me Monauius noster epistolam Dauidis Chytræi,

in qua

in qua hoc erat: se decem aureos nummos huic persolutu-
rum, qui ueram definitionem Iustificationis nostræ coram
DEO, sibi ostenderet. Mirabar tantum Theologum, & qui
iudicium de omnibus controuersijs sibi sumeret, non acquie-
scere in Spiritus sancti sermone, cum Iustificationem nostrã
Remissionem peccatorum per satisfactionem Christi, eiusq;
meriti, id est, Iustitiæ qua Legi & Voluntati diuinæ exi-
genti propter obedientiam non præstitam, pœnam, satisfe-
cit, imputatione, Ecclesiam docet; & uerebar quorsum ista
euasura essent, cum de præcipua parte Euangelicæ doctri-
næ Doctores ambigere atq; disputare incipiant. Eo ipso
etiam tempore afferebatur mihi epistola amici, qua conque-
rebatur, Vrsini doctrinæ Catecheticæ hoc insertum: Non
tantum pœnam seu meritum Christi, uerum sanctitatem
seu puritatem humanæ naturæ nobis pro Iustitia imputari.
Cum autem cogitarem, quanta nostra sit procliuitas, ut Iu-
stitiam in nobis quæramus, & quam difficile eam extra
nos in Christi merito statuere possimus, atq; in hac senten-
tia acquiescere, Ea etiam quæ legissem de his in Episto-
lam ad Romanos & quæstionibus tuis scripta, mihi in
mentem uenirent (sanctitatis enim carnis Christi impu-
tatione, corruptionem, quæ pœna est defectionis nostræ
à DEO, id est, peccati, quod nos reos coram diuina Ma-
iestate statuit, & ab ea segregat, sanari, dum in Christum
magis magisq; coalescimus, eiusq; spiritu sanctifica-

mur

mur, regeneramur, ac noui homines efficimur: si rectè ac-
cipio quæ tradis, doces) ne quid de tua sententia errarem,
erudiri à te desiderabam. Memini n. sanctam animulam
Philippum ad me scripsisse, non esse adducendas mentes εἰς
ἀκριβεῖς διαλογισμούς, & cum Iustitiam Christi satis-
factione partam perfectissimam esse, imò longè iustitiam
originalem & creationis superare statuerem, eamq́; quan-
tumuis infirma fide à nobis appræhendatur, tamen ab-
solutissimam & perfectissimè nostram esse, & quæ peccatū
& mortem absorbeat, in Christi resurrectione declaratam,
atq́; in his ueram & solidam consolationem esse, toto pectore
mihi persuaderem, utraq́; manu tenendam hanc senten-
tiam esse iudicauj. Quo pacto uerò sanctificatio Christi per-
fectissima nobis imputetur ad Iustitiam, cum inchoari sal-
tem in hac uita, & exigua illius incrementa, multiplicia
impedimenta in nobis habere, licet non assequor, satis tamē
esse putauj me hoc tenere: Iustos nos esse coram DEO seu
reconciliatos DEO statim, cum remissa sunt peccata fide
amplectentibus promissionem de Christi satisfactione,
Deinde eiusdem satisfactionis merito nobis donationem
Spiritus sancti, cuius beneficio in hac quoq́; uita sanctifi-
catio inchoatur, impetratam, Itaq́; inter luctam spiritus &
carnis, quæ filiorum DEI propria est, nos magis magisq́; co-
alescere in Chrm, inq́; eo uiuificari & sanctificari, ut ef-
ficiamur studiosi bonorum operum, & non nudi reperiamur.

Essen.

Esse n. Chrm σωτῆρα nostrum non merito tantum satisfa-
ctionis suæ, uerum etiam efficacia, eamq́ à merito discer-
nendam quidem, uerum non separandam, cum Chrs, q̃mdm
Apostolus ait, non tantum nobis sit Justitia, uerum etiam
sanctificatio factus, ut non modo quod in primo Adamo a-
misimus, plenissimè per Chrm secundum Adamum recipi-
amus, uerum in locum peccati Justitia & conformitas cum
DEO succedat. Etsi uerò accuratissimæ tuæ distinctio-
nes, hæc παχύτερα superare uideantur, & nos humi
strati altiora attingere difficulter possimus, tamen cum
certus sim te Justificationem nostram, pronunciationem,
qua nos à pctõ propter satisfactionem Christi absolui-
mur, eiusq́ meritum fide, qua DEO reconciliatos credi-
mus nobis applicari, statuere; sanctificationem uerò ita
imputari, ut imperfectio quæ est in nobis, propter summā
& perfectissimam, quæ in Chro Jesu est, non modo nobis
non obsit, sed cum spiritus ~~sanct~~ Christi, qui datos Chro & iusti-
ficatos uerè illi unit, atq́ in nrã carne eadem, quæ Chri-
stus in sua possidet, donec in uirum perfectum in Chro
euadamus, efficit, Imò cum sanctificatio, quæ hic in no-
bis inchoatur, glorificationis, cuius consumationem in
uita æterna speramus, inchoatio sit, uberrimam con-
solationem ex his percipiebam, & toto pectore imputari
nobis Christi sanctificationem, ita ne nos imperfectio
& sordes in uia salutis remorentur, & à DEO segregent,
amplectebar. Hæc inquam, cum te docere mihi persua-

derem

derem, tecum, quem Verbum Dei rectè secare omnes pij fatentur, nequaquam mihi pugnandum, neque si fortasse subtilia illa meam compræhensionem effugiant, à te dissentiendum existimo. Gratiam autem tibi habeo, cum me humanissimè fers, & te oro, si fortè incommodius quàm uelis, aut rudius de his summis rebus loqui uideor, ut me ex Verbo Dei admoneas. Refugio, ne quid dissimulem, in his disputationibus scholastica, & ne nimium attenuata distinctionibus, infirmiores à ueris consolationibus abducant uereor. De me quid præterea scribam non habeo; ἀνέλπιστον βίον uiuo, nec ullis humanis præsidijs, uerum diuinæ benignitati soli quæ etiam ueris consolationibus me φίλων ἔρημον iacentem instruit, quod sum superstes, acceptum refero, atque ut dum hac luce fruor, lucis æternæ beneficio uerè pœnitentiam agam, ac potentiam Resurrectionis Christi ita apprehendam, ut in Christum magis magisque coalescam, atque perfectam Iustitiam ac uitam mihi morte partam, & resurrectione Filij Dei declaratam atque testificatam, ut in hoc misero corpusculo manifestam futuram certa spe atque fiducia contra omnes carnis affectiones mihi persuadeam precor. Te autem ab eodem nostro cœlesti patre diutissimum conseruari, & beneficia per Filium in nos collata, illustrare tuis laboribus, opto. Benè Vale. XXVII. Ianuarij. Anno CIↃ IↃ XXCV.

T. Crato.

Inter dictandum, nimis interdum multa in mentem uenīunt, quæ explicare oratione, ut uolo, non possum. Itaq obscurius, quam uelim, scribo, cum perspicuè, apertè & breuiter omnia studuerim. Veniam igr dabis, si qdam nimis intricata uidebuntur, & in bonam partem stultitiā meam accipies. Consector ueras & firmas consolationes & uereor, ne istæ nimis accuratæ distinctiones, tum cum maximè opus est, non sint in promptu. Habeo Filium unicum, qui infirmissimè ualet. nisi me diuinæ prouidentiæ cogitatio consolaretur, præ dolore & tristitia exanimarer. In his malis rarus ac nullus potius amicus adest. Ea nostrorum hominum est humanitas.

Ornatissimo Viro D Joanni Cratoni S C M
Consiliario & Archiatro, Dno mihi summè obs.

S. Etsi uideo, Vir eximie & summè obseruande, id tibi usuuenire in hac tam diuturna lucta, quod pijs ómnibus solet per DEI gratiam & misericordiam: nempe ut quemadmodum noster Apostolus loquitur, omnia bono tuo cedant, meliorem tamen Valetudinem tibi à Domino precari non desino: quod ad corpus quidem attinet, ut hoc quoq beneficio frui cum amicis possis. Veram autem istam mentis sanitatem, & hanc pectoris Christiani fortitudinem (quod κειμήλιον Dominus suis unis impertitur) sicut tibi gratulor, ita precor tanti huius boni autorem, ut in ea magis ac magis te confirmet. Cæterum scriptiunculam illam meam fateor non immerito posse

uideri

uideri multiplicibus distinctionibus perplexam, ut accidere solet quum ἀκριβέστερον in res non tantum κατὰ τὰ ὅλα, sed eti-
am καθ' ἕκαστα inquirimus. Testor etiam tibi me nihil ma-
gis quam inanes argutias fugere. Sed partim in Apostolicā
methodum solicitè intuens, in qua nihil non diuinissime simul
& doctissimè uel potius eruditissimè & exactissimè κατὰ λό-
γον παιδείας, positis ueræ Theologiæ principiis, discepta-
tur & definitur, partim uariis tentationibus edoctus, uidere
me non posse profiteor aliam exactam tradendæ doctrinæ Iu-
stificationis rationem, in qua possit omni ex parte callidissimis eti-
am tentationibus Sathanæ occurri. Omnia autem illa possunt,
ac etiam debent, paucis eò reuocari, ut pœnæ peccatis nostris de-
bitæ opponatur illius persolutio per agni sanguinem gratis creden-
tibus imputata: & eius iustitiæ defectui, cui ex perfecta legis
obseruatione, uita æterna secundum legis pactum debetur, per-
fecta illa Christi obedientia & præstatio legis absolutissima, cui
propter nos sese obnoxium reddidit, opponatur, gratis quoq́ nobis
per fidem imputata. Deniq́ quoniam nostra sanctificatio (quod
est alterum Christi beneficium) tantum est in nobis inchoata:
nihil autem uel minima ex parte uitiosum potest coram DEI
tribunali consistere, assurgere nos ad illam perfectissimam
& absolutissimam nostræ in Christi persona naturæ sanctifi-
cationem oportet, ut sic quoq́ quas plenè perfecti in ipso com-
periamur. Sed de his plus satis apud te præsertim, Vir eximie,
ex quo potius ista discere me oportuit. Nostra quædam
accipies ex his nundinis, quæ tibi legenti utinam sint, quam mihi

fuerint

fuerint scribenti gratiora. Vix enim credas, quam me tæde-
at apologiarum, quamuis undiq non tantum mordear, sed
etiam lacerer. Benè Vale Vir Ornatissime, & nos quod fa-
cis, ama. Geneuæ. 17. Martij. 1585.

Tuus Beza manu sicut uides
uacillante.

## Ad Theod. Bezam.

S. Distuli tuis literis respondere, cum optima & fidissi-
ma mea coniunx in pago nostro, qui biduo hinc abest, apo-
plexia correpta, paralysi laboraret. Verum cum lingua fue-
rit resoluta ita ut neq cibo neq medicamentis iuuari pos-
sit, Deo aiam reddidit, & me miserum atq afflictissimum
in his terris uitam per oia extrema ducentem reliquit.
Quid igr mihi sit animi, & quam idoneus hoc tempore ad
scribendum, cum nudiusseptimus eam sepeliuerim, existimare
potes. Non libet commemorando dolorem meum exagitare.
Benè cum illa actum certo mihi persuadeo, & ut ad diuinam
prouidentiam meam uoluntatem conformem, à benignissimo Deo
me iuuari precor. Sæpè quidem illud quod in mysterijs ac-
clamabatur, ἔφυγον κακὸν εὗρον δὲ ἄμεινον usurpo, sed
nescio quomodo me dolore superari sentio. Itaq omitto commemo-
rationem, præsertim cum ingenium humanum ad suos luctus
augendos nimis pronum esse sciam. Tibi uerò gratias ago, cum
ad meam epistolam humanissimè respondisti: & à te mihi satis-
factum esse persuasum cupio. Certè de his non scripsissem,
nisi cogitassem, quam periculosè in re quantumuis sancta ul-
lam partem salutis nostræ, quæ in unica morte & satisfactio-
ne Christi sita est, collocemus, & appendices in Sanctimonia

nra

nostra uel ijs quæ efficit, uel fieri à nobis uult Deus, quæramus. Sententia enim lata est grauis aduersus eos, qui Remissionis peccatorum & uitæ æternæ uel minimam partem ulla in re quàm in Christi passionis merito collocant: eos nimirum Chro excidisse; & satis certum pijs, si sp̄rs sancti sanctissima dona uel saltem fides nr̄a perfecta esset, pc̄ta in credentibus terriculamenta inania fore, quàm uerò non sint, res ostendit. Cæterum sanctificationem hic inchoandam in fidelibus, ac quò arctius Chro fide coniungimur, eò nos plenius renouari, dubitari nefas est. Sed animaduerto impediri cogitationes meas dolore, qui epistolam procedere non sinit. Vt igr̄ me tuis precibus adiuues, in maiorem modum peto. De duobus libellis, quos à Monaüio accepi, tibi ingentes gratias ago, teq́ ualere opto. Vratisl. XII. Jul. 1585.

Tuæ Præstantiæ obs.

J Crato.

Ornatissimo Viro, Dn̄o Joanni Cratoni S C M Archiatro & Consiliario, Domino mihi summè obseruando.

S. Postremis tuis literis non tantum serò sed etiam inuitus penè respondeo, ne luctum augeam: quem utinam alleuare saltē possem. Ne tamen uidear in amicitiam illam nostram perpetuam peccare, si nihil rescripsero, accipe nostrarum quoq́ miseriarum breuem recensionem. Post immanem illam Guisianorum ad occupandum Galliæ regnum reipsa patefactam coniurationem, quum Rex omnia firma, quod ad ueteris edicti obseruationem attinet, nostris polliceretur: & nostri uicissim

cissim omne obsequium in illa tanta necessitate offerrent: Rex tamen repentè, siue, ut plerique opinantur, uiribus suis diffisus, & meliorem ad illos opprimendos occasionem expectans: siue, religionis odio, pace cum illis qualicunque facta, uetere rescisso edicto omnes sine exceptione, addita in repugnantes capitis & omnium bonorum confiscationis pœna, uel eiurata religione papismum amplecti, uel regno intra sextum Mensem iussit excedere. Ad hæc Nauarrenus, quum scriptis humillimis literis non religionem sed regnum, sese una cum tota Borboniorum familia deturbato, ab istis peti demonstrasset, & tum suo tum Ecclesiarum nomine, sese ad iustam & legitimam gallicæ nationis synodum audiendam paratum esse, ac proinde hæreseos damnari non posse ostendisset: tandem accurrentibus ad eum & Condensem quamplurimis non tantum ueram religionem profitentibus, uerum etiam pontificijs, parare iustam defensionem cœpit. Itaque ab eo tempore (hæc autem superiore Mense Iulio inciderunt) Aquitania tota cum Occitania utraque & Cisligerianis regionibus Prouincia & Delphinatu ardere bello cœpit. Cis legeranæ uero omnes Ecclesiæ statim sunt dissipatæ alijs ad Condensem & Nauarrenum uel Rupellam alijs in Angliam, alijs ad uicinam Rheno Germaniam, alijs denique ad nos confugientibus. Rex autem seu uolens seu obsequi multorum consilijs coactus, quod semestri illi spatio supererat ad quindecim dies coärctauit, iniecta etiam manu in eorum facultates qui ad Nauarrenum uel Condensem confugissent. Hinc miserrima repetita trepidatio,

quæ

quæ multos coëgit rebus penitus imparatis diffugere, multorum
imbecillitatem euertit, non paucos uel per ætatem uel morbum
retentos in miserrimam miseriam adigit. Ad hæc mala acce-
dit pestis, optatum multis miseris conscientijs remedium, longè
maximam Galliæ partem eò usque uexans, ut etiam deuastet.
Alibi fames extrema intentat. Et hæc quidem nunc sunt
Galliæ fatorum ultimorum fortassis primordia longius iam
progressa. Quæ secutura sint horret animus præsagire,
quamuis nunc demum Guysianæ copiæ (sic enim quam re-
gias appellare malo.) progredi in Aquitaniam cœperint, &
illis nostris, nec etiam in Occitania Montmorancio, nec ani-
mus nec uires non contemnendæ desint. Subsidium Ger-
manorum & huic urbi uicinæ gentis retardat ἀχρηματία,
uel potius fortassis (quod optimi principis pace dictum uelim)
diuina prouidentia. Ego enim uereor ne sit hoc remedium
miseræ Galliæ ipso malo peius. Ad nos autem quod attinet,
nihil adhuc istorum malorum reipsa sentimus: excepta an-
nonæ caritate, quæ tamen multò minor esset, nisi sub ipsum
messis tempus uicinus ille nobis princeps & capitalis hostis
undique nos sua ditione circumcingens seuerissimis edictis
triticum ad nos importari prohibuisset. Quid autem uere pro-
ximo non ille tantum tanta affinitate auctus, sed etiam no-
uus iste Pontifex: quo nihil est impotentius & rabiosius, tota
denique Italia moliatur, nemini obscurum esse potest. Et in
Heluetia iacta sunt ea discordiarum semina, quæ nisi in
herba computruerint, exitium tandem huic genti ferent.
Pendemus igitur oculis & animis in coelum erectis. Vos isthic

mutuo

mutuo preces cum nostris coniungite, quas certè Dominus, etiã si terræ cœlum misceatur, non est irritas facturus. Ad me priuatim quod attinet, æger animo, corpore sic habens, ut qui ex medicorum consilio uitandæ paralysis causa diætam agit quam uocant: meipsum quantum licet & diuinitus mihi datur, diuinæ misericordiæ meditationi & rectæ per Dei gratiam conscientiæ testimonio sustento, in eum diem intentus, quo uera illa quiete potiar, quam ab illo unico Domino & Seruatore nostro expecto. Benè uale Vir eximie. Idem ille assiduos tuos gemitus exaudiat, & te cum diuturno & molesto morbo colluctantem inuicta illa sua Virtute fulciat, donec nobis denique quod effecit ipse in nobis spiritu suo ut certa in ipsius misericordiam fiducia speremus. Geneuæ. XVI Nouemb. Vetere Calendario. 1585.

Tuus Beza.

Amplissº & Ornatissimo Viro Dño Andreæ Dudithio S C M Consiliario. Domino mihi summè obs.

S. Epistolam illam fuisse te conscio editam nunquam existimaui, neque mihi unquam in mentem uenit, ut illi quasi tibi rescribens responderem. Tantum nonnulla refellere constitueram, quibus eos mihi uideris colores induxisse, quibus oculati etiam aliqui decipi possint. Quia tamen hoc tibi ingratum futurum uideo: hoc quoque amicitiæ nostræ tribuam, ut ista, quod ad me quidem attinet, pro non scriptis habeantur. Tu uerò fortassis rectè feceris,

siquo

si quo modo illis os occluseris, qui te à me dissentire gloriantur: quamquam hoc totum arbitrio tuo relinquo. Quod autem tibi eripi non posse scribis illud de hæreticis occidendis, ad nos sanè non per„tinet, qui nunquam vel indefinitè vel universaliter id facien„dum censuimus. Neque quum stringendum in aliquos Magistra„tus gladium censemus, in simplicem hæresin, quæcunque tan„dem illa sit, respeximus: sed partim in blasphemiam cum indomita pervicacia coniunctam, partim in publicæ pacis Ecclesiæ (quam ego esse arbitror omnis benè constitutæ Rei„pub. basin.) perturbationem à coniuncta improbitate pro„fectam: quæ ubi accuratè expenderis & tum quod sit præ„cipuum Magistratus Christiani officium, tum quod soleant à Satanæ spiritu parvi momenti Ecclesiasticæ censuræ haberi accuratius consideraveris, fortassis hic quoque nobis„cum consenties. Mea quædam in Mosis Cosmopœiam misi nostro Monavio, quæ si fortè leges, rogo ut ea memi„neris à meipso pro ægri somniis haberi. Alteram meæ ad Hofmannum responsionis partem his nundinis edidi, ut semel hac molestia defungerer. Bolseci Agyrtæ tri„plici publico iudicio infamis, & paulò post editum illud e„gregium scriptum mortui impudentissime conficta ma„ledicta mihi nullo modo refellenda credidi. Genebrardus quidam maledicentissimus homo, quia nunquam adhuc à me responsum ad ipsius maledicta elicere potuit, ea„dem in me repetit, & virulentissimè repræhensam me„am in Canticum Canticorum paraphrasin superioribus nun„

dinis

dinis à me extortam & mendosissimè excusam exagi-
tans, aliam suam, qua nihil ut mihi quidem uidetur, ine-
ptius scribi potuit, additis etiam commentarijs substituit.
Ego scriptiunculam illam facilè passus essem interire,
nisi me cogeret istius agrestis & melancholici hominis
uirulentia defensionem parare: cui meas quoq; Gallicas
cantiones adijcere constitui, illi, sat scio, minimè gra-
tas futuras: in quibus nimirum quæstionem de uera Ec-
clesiæ notis (in quo præcipuè argto totum illud diuinis-
simum canticum allegoricum uersatur.) copiosissimè stu-
dui explicare. De scaligero nostro nihil nunc habeo quod
scribam. Scio, quod etiam per literas significauit, alte-
ram editionem illius operis ab ipso comparari, in qua tn
haud scio satis, an sua omnia sit quibusuis probaturus?
Daneus noster nunc agit in ipsis Pyrenæis montibus,
ubi nouam Academiam Rex Nauarrenus instituit.
Idem mihi atq; tibi uidetur de nonnullis ipsius scriptis,
& eum iampridem sum hortatus, ut potius in excutiendo
Lombardo, quam in locis communibus uersaretur:
sed an hoc persuaserim nescio. Mea quædam ex nun-
dinis accipies: de quibus quid tibi uideatur libenter
audiam. De rebus nostris rectè adhuc ora, nec un-
quam frequentiorem Ecclm & scholam habuimus.
Sed mirum ni uicinus nunc factus Hispani gener,
& à socero non aliter exceptus, quam si alter esset Hi-
spaniarum Rex, quietem hanc nram totis uiribus in-

tertur-

terturbet. Nos autem in Deum respicimus, ad ferendū quiduis parati. In Gallia uix fieri pt, quin maximus tu-
multus & is quidem toti regno exitialis breui erumpat.
Vtinam suos tueatur Dominus aduersus desperatorum hominum rabiem. Benè Vale, Vir Amplissime, unà cum honoratissima tua familia, & nos, quod facis, ama.
Geneuæ. 12. Martij Juliani. 1585.

Tuus Beza, manu, sicuti uides, uacillante.

Magnifico & præstantissimo Viro, D.
Casparo Peucero, Artis medicæ Do-
ctori, Domino colendo.

S. D. Clarissime Domine Doctor. Ex nobilissimi D. Monauij literis, de librariorum Wittebergensium, ad quos Orationum D. Præceptoris Philippi uolumen con-
iunctim exprimendum anno ab hinc quinto uel sexto miseram, significatione tibi, multò secus ac res uerè se habet, facta, cognoui. Cum enim ex Argentinensi editio-
ne Orationes eiusdem aut cognati argumenti, sparsim di-
gestas, suæ uelut classi singulas adiungerem: euenit ut extremæ quarundam partes in sequenti pagina, quæ nouæ orationis initium continebat, desinentes, descri-
bendæ: & typis expressa, postquam descripta erant, inducenda essent. Alicubi initia exscribenda, & cohæ-
rentibus paginis impressis præfigenda fuerunt. Hinc

chartulæ

chartulæ illæ insertæ, & excusa typis alicubi inducta
sunt. quæ speciem illis non considerantibus, uel alioqui
undecunque arrepta occasione calumniari cupientib.
mutati alicubi uel corrupti contextus & assutarum
aliunde laciniarum præbuerunt. Cognosces autem
ipse, si uoles, (mittam enim ad te, si te non nolle in-
tellexero, illud ipsum exemplar Orationum, quod Ru-
elius & Selfischius diutius anno penes se habue-
runt) consilium illius editionis, à me tum institutæ,
quam statim pertexi curassem, nisi post longam tergi-
uersationem, illi tandem exemplar remisissent. cum
Ruelius non licere sibi per adfinem Selfischium
diceret, qui sibi soli ius edendi Orationes Philippi
nescio à quo emptum uendicaret. Selfischius de
sumptibus quædam cum Polycarpo pactus, promittit
editionem, sicut ad me Polycarpus perscripsit. Po-
stea mutata uoluntate, Ruelio exemplar reddidit.
Is se tenuiorem esse respondet, quam ut sumptus pre-
stare solus possit. Mitto ducentos florenos, certis ter-
minis ab ipso constitutis, sine ullis reditibus, reddendos.
Accepta pecunia significat, aliquot millia eam edi-
tionem flagitare, quæ ipse impendere ex suis fa-
cultatibus nequeat. Reposco igr Orationes, nihil
adhuc de tua liberatione, quod recorder, à quoque
mortalium edoctus. Hæc totius Tragœdiæ illius
summa est, de qua, exemplari inspecto, uanitatem

significa-

significationis illorum rectissime perspicies. De mea uerò
uoluntate, ex scripto, quod uicino Pomeraniæ Duci Bogis-
lao exhiberi curaui, cognosces. Et iam proœmia delinea-
ueram. ex quibus unum Orationibus præfigendum, exi-
stimo D. Monauium tibi legendum exhibuisse. Sed hæc
inconsideratius fortasse à me tum cogitata & deuio
consilio suscepta, Deus & typographi, uel sumptus illis
præbentes bibliopolæ impedierunt.

Vtinam uerò, dum in uia adhuc ambo sumus, re-
lictis & obliuione deletis, quæ præterierunt (quæ re-
prehendi possunt, mutari non possunt) deinceps tum
de his ipsis D. Præceptoris Orationibus, cæterisque mo-
numentis, tum de multis Historiarum ueterum & re-
centium partibus, conferre inter nos, dum uita suppe-
tet, candidè & ingenuè liceat. Idem Monauius, cuius
hortatu hanc ad te epistolam scripsi, optat, & recor-
dor, te cum Ioãne Mathesio & alijs aliquot, etsi dis-
similitudo fortè sententiarum de aliqua doctrinæ par-
te fuit, tamen beneuolentiæ iura coluisse. Fretus
igitur bonitate & mansuetudine tua, magnis uiris
dignissima, epistolam hanc, testem meæ obseruantiæ
& desiderij ad te dedi. Quam ut simili candore &
fide, qua data est, accipias, reuerenter oro. Benè &
feliciter Vale. Rostochij. Idib. Aprilis. 1589.

David Chytræus.

Illustrissimum Principem & Dominum, D. BOGIS-
LAUM, Ducem Stettini ac Pomeraniæ &c: Dominum
nostrum Clementissimum, officinam typographicam in-
stituisse, accepimus. quam Ill. Cels. ipsius haud dubiè,
utilium, eruditorum & illustrium scriptorum editione ce-
lebrem reddere & Celsitudinis suæ ac Patriæ Pomera-
niæ decus & gloriam, de tota posteritate, optimorum li-
brorum communicatione benemerendo, augere cupiet ac
illustrare. Nulli autem meliores, & utiliores &
magis vendibiles nostra ætate scripti, quam CL. V.
PHILIPPI MELANCHTHONIS libri extant. de qui-
bus quatuor tantum tomi sola Theologica scripta conti-
nentes, ante decennium editi sunt. Reliqui tomi, Phi-
losophica illius opera, ethyca, Physica, Logica, Orationes
poëmata, Epistolas &c. complexuri, adhuc desiderantur.
& ab omnibus nominis Philippi amantibus. avidè ex-
pectantur. Intelligimus autem ex discipulis Philippi, bo-
num virum, non omnino rudem literarum, nec ~~sui~~ ~~cepto~~
oneri prorsus imparem esse, qui reliqua etiam Dn.
Præceptoris Philippi opera in classes certas ordine
apto digesta, dare cupiat Typographo, à quo diligen-
ter & emendatè, in candida & firma charta, ex-
primantur. Cum igitur nihil honorificentius & glo-
riosius Illri Principis officinæ Typographicæ futu-
rum, deligi ad exprimendum possit; quam reliqui,
operum Philippi Melanchthonis eruditiss. Quare au-

reorum

reorum Tomi ab omnibus doctis & bonis iam diu desi-
derati: reuerenter oramus, ut Illustriss. princeps, Volunta-
tem de his, Typographo Cels. S. tradendis, suam clemen-
tissime declaret.

Reuerendo et Clarissimo Viro D Leon-
harto Crentzhemio, Superintendenti Ecclesiae
Lignicensis, Domino & amico colendo.

S D. Reuerende & clarissime Superintendens, amice colende. Peri-
cundae mihi fuerunt literae tuae, renouantes memoriam Veteris & Constan-
tis erga me beneuolentiae, & amicitiae inter nos primum Lignitij ante quin-
decim annos, inchoatae. Quam adhuc saluam & incolumem inter nos Vi-
gere ac florere toto pectore laetor, praesertim cum de tota filij Dei doctrina, te
Saxonicis hisce Ecclesijs ὁμόψηφον καὶ ὁμόσπονδον esse confidam. Cum
autem in Genethlijs filij Dej, a quibus annum nouum ordiri in Ecclesia
solemus, ratiocinor te hanc epistolam accepturum esse: initio filium Dej
Emanuelem ac redemptorem nostrum Iesum Christum, ἀνθρώπων σωτῆρα
ἐπὶ ξυμπᾶν ἤδη ἔσονται ardentibus votis precor et annum Venientem
tibi ac collegis tuis, & toti Ecclesiae domesticae & publicae, faustum, felicem,
& salutarem tribuat, & nos singulos doceat, gubernet, ac seruet. De
dissensionibus istic ortis, non sine dolore, ex tuis literis cognosco. Il-
lustrissimum vero principem tuum, ad me, nihil umquam, ulla de re, multo
ming

minus de te, vel controversijs tibi istic motis, in hunc usq. diem, quo has literas dedi, scripsisse. nec de scripto ullo tuorum collegarum vel meum petivisse scias. Itaq. nihil quod praeiudicare tibi ulla in parte posset à principe tuo ad me vel ad ipsum à me perscriptum hactenus fuit. Coniicio autem ex tuis ad me literis, suspicionem hanc tuam inde fortassis proficisci, quod meum principem Ulricum Ducem Megapolitanum, ineunte superiori aestate, per literas pro sua persona, ex me quaerere memini: Anne mihi constaret, Calvinum ante Lutheri mortem, Luthero reconciliatum: eandemq. de praesentia Christi in coena utriusq. sententiam esse? Huic respondi, Nihil de hac reconciliatione mihi quidem constare, nec in doctrina consensum esse, cum ille tanto intervallo quanto altissimi caeli à terris distant, substantiam corporis & sanguinis Christi à pane & vino coenae abesse: hic vero substantialiter cum illis praesentiam statuat. Haec bono & simplici animo, ut vera esse scio, ita nihil de te, cuius mentio nulla fiebat cogitans, tum rescripsi, Quibus praeiudicium tibi ulla in re fieri potuisse ne nunc quidem intelligo. Quod si deinceps aliquid mittetur, operam dabimus, ut aequissimo illi praecepto veteri pareamus, μὴ τε δίκην δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς. Nam qui statuit aliquid parte inaudita altera, Aequum licet statuerit, haud aequus fuit. Haec ad humanissimas literas tuas

hactenus

hactenus respondj. Quæ in Arctôo hoc orbe memorabilia proximis men sibus acciderunt, ex adiuncta pagella cognoscere poteris. A te vicissim Boje mica & Polonica expecto, ac oro ut posteriorem Chronologiæ tuæ editionem mecum communices. Vicissim mitto pagellas apud nos editas, quarum non ingratam nec iniucundam tibi perlustrationem futuram arbitror. Bene & feliciter vale. Die Nicolaj, episcopi Myrensis. 1589

David Chytræus.

## Ad Cancellarium Ducis ~~Vratis~~ Megapolensis.

S. D. Magnifice Domine Cancellarie: De negotio quod mihi commen dastj, ante obiduum respondj: Interea de Friderico Daniæ Rege, die quarto Aprilis, Andorscoæ in Selandia rebus humanis exempto istuc quoq. famam pervolasse non dubito. Ante triduum vero in hac vicinia, testimonium iudicij divini singulare editum est in Doctore Laurentio Niebuirio, pravi ssimo Ducis Megapolitani consiliario, qui fratrum suorum Achitophelis & Iudæ Iscariotis exemplo, Gustrovij nuper, die 14 April. vitam sibi ipsi, gula præcisa abrupit: quem ego sanè tantum conscientiæ habere, ut in seipsum, conscientia malefactorum animadverteret, nunquam existi mavi. Nam ex impia simulatione, dolo, fraude, versutia, & malitia consiliarium & consultatorem, multos iam annos comperi, & verba Iacobi blandis

sima

sima; manus vero Esaui admodum hispidas persaepe non sine dolore senti. Nunc facto vitae exitu, ad omnes sui ordinis fratres in aulis, vadunt singulos, ut Ixion in rota cruciatur. Discite iustitiam moniti, & sidem ac bonam conscientiam retinete. Bene vale. die 16 April. Anno 1588

David Chytraeus.

Dem Gestrengen, Ehrnvesten, Erbarn, Fürsichtigen, Herrn Häubtman und Rhat der Stad Breßlaw, meynen günstigen lieben Herrn und Freunden.

Gnade und Fride im Herrn: Gestrenger, Ehrnvester, Erber, Fürsichtigen lieben Herrn und Freunde, Es hat mich M Johannes Crafft zue dieser schrifft vermocht, an Ewer g und E, nach dem Er von Euch E E H zue stewer in seynem studio nue bey sechs Jharen entpfangen, mit solcher pflicht, Das Er nicht ohn ewer verlaub sich anders wohin begeben solle, sondern Ewer Stadt dienen solet, des er sich bedanket, und billich erkennet. Nue er aber mit solchem stipendio sehr woll zuegenommen, und eyn seyner gelerter Man ist worden, der nue weyter greiffen solt in hoher facultet: Ich aber, weyl seyne complexion nicht zue schwach zum predigen were, Ihnen gar ungern wolde ausser der Theologia sehen: Denn Er ist der schrifft sehr woll verstendig, sittig, und züchtig, der mir ein trefflicher Man in der Kirchen seyn solde: derhalben

Ich

Ich yhn zur der Medicin gerathen. Nue künnet yhr, lieben herrn, selbst denken, Das mit zwanzig gulden, nicht kan furgenommen werden in hohen faculteten, Ist demnoch meyne gutliche bitte. Ewre g und E wollen yhme das stipendium bessern. Wo das zu schwer ist, doch die pflicht yhn erlassen, das er sich mit andern thun oder schulldinst dieweyl begrasen müge, biss Er hoher kommen kan. Solchs meyn bitten wollet mir zu gut halten, und denselben M Johannem Craft geniessen lassen, weyl solche wollthat so sehr woll angelegt ist, und doch sonst so gross gut yn aller welt übell angelegt wirt. E g und E werden sich woll Christlich und genediglich zu erzeygen wissen: Hiemit dem lieben Gott bevolen. Amen. Montag nach Jubilate. 1543.

Martinus Luther D.

Ad D: Doct. Joannem
Hessum &c.

Gratiam & pacem in Domino: Voluit Magister Joannes Crato, vestras scilicet, ut his literis significarem eius propositum, cuius ego fuissem author, nempe ut Lipsiam sese conferret, ubi & commodius & melius haberet, praesertim honesta istic conditione vocatus. Nam hic Witeberga numerosior est professorum copia, & ut discipulis

possit abundare, aut ditioribus uti. Quare te oro, ut et tu hoc ipsum boni consulas, et apud alios commendes, ubi opus fuerit. Habet jam, Dei gratia, Lipsia professores, non minus doctos et pios quam Witebergа, Et regnat ibi Euangelium, frementi et tabescente Satana. His vale. Noua nihil est opus ut scribam, cum ex vobis talia quotidie habeamus et expectemus. Vitebergae. 19 Iulij 1543.

T. Martinus Luther D.

DECANUS collegij facultatis artium in Academia Witeb. omnibus lecturis has literas S. D.

Petiuit a nobis testimonium de studijs, moribus et gradu M. Ioannes Crato Vratislauiensis: id ei summa voluntate impertiuimus. Nam cum in Academia nostra amplius sexennio uixerit, comperimus eum honestis moribus et bono ac felici ingenio praeditum esse, et in optimarum artium studijs optimam operam nauasse. Nam cum huc attulisset mediocrem latinae linguae cognitionem: hic recte philosophicis studijs dedidit, et cum dialecticen, tum vero physicen et Elementa mathematices, et dulcissimae doctrinae de motibus Coelestibus feliciter percepit. Cumque uideret sine graeca linguae cognitione, nec historiam nec philosophiam et antiquitatem recte percipi posse, accurrime incubuit in eam linguam et praecipuos autores, historicos, oratores, philosophos et poetas legit,

ex quibus

ex quibus non solum sermonem didicit, sed etiam rerum multarum
doctrinam, de natura, de motibus, de veterum imperiorum serie, quarum
rerum cognitio certe in homine literato requiritur. Cum autem vere
judicaret praecipue conditum esse hominem ad agnoscendum et cele-
brandum Deum, studiose didicit caelestem doctrinam, in qua se Deus
patefecit. Audivit interpretes doctrinae propheticae et apostolicae. Hospi-
tio etiam usus est clarissimi et optimi viri D. Doctoris Martini
Lutheri, ut eum saepius audire familiariter disserentem de rebus
divinis posset. Cum igitur et studia M. Joannis Cratonis et
mores omnibus bonis in hac Academia probarentur: ornatus est gradu
magisterii. Id his publicis literis testamur. Et quoniam hoc prae-
sertim tristi tempore, quo haec studia literarum domesticis tumultibus
et metu externorum hostium impediuntur, magis opus est studio-
sis benignitate gubernatorum: commendamus hunc Joannem Cra-
tonem amplissimo Senatui Civitatis Vratislaviensis, et reliquis
gubernatoribus, qui cum Ecclesiae, et bonarum artium ac posteri-
tati afficiuntur. Etsi enim cogitatione et cura ingentis
belli angi omnium animos arbitramur: tamen gubernatores cum
sciant Ecclesiam Dei mansuram esse, non desinant tueri literas et
juvare bona et diversa ingenia: ac posteritati prospiciant, cuj

cuj, tanq pretiosum patrimonium, Ecclesiam & doctrinam vitae necessariam tradere debent: Nec dubium est Deum probare officium gubernatorum, qui Ecclesias ornare & tueri literas student. Eisque opitulaturum esse, & hospitia Ecclesiarum & studiorum defensurum. Oraso amplissimum Senatum Vratislauiensem reverenter rogamus, ut literarum studiosos foveat, & hunc M. Ioannem Cratonem civem suum, cuius ingenium usuj erit Ecclesiae & Reip. sua benignitate iuvet & provehat. Datae Viteberga 17 April. quo ante annos 3831 Noa in arcam ingressus est: quo exemplo testatum est Ecclesiam deo curae esse, & in diluuijs orbis terrarum & saevissimis mutationibus mirabiliter servarj.

"Sapia" Clarissimo Viro, eruditione" & Virtute praestanti
D. Johanni Cratonj, doctori artis Med.
in inclyta Vratislauia: fratri
suo carissimo.

non edita
Mel. Epla

S. D. Clarissime Vir & carissime frater. Non dubito te quotidie in Medicatione multa de natura hominum cogitare, in qua vides tantum esse artis, ut non possit existimari, casu ex Democriti atomis confluxisse. quae tamen cum ad agnitionem Dej & illustrem rerum expositionem condita sit, in hac brevi & aerumnosa vita, in magna caligine versatur. Restat

igr

igitur alia sapientior Academia. Hanc intueamur, et ad eam nos praeparemus, et propter eam, cum alias virtutes, tum nostras et amicitias colamus, quibus in illa coelesti consuetudine dulcius fruemur, quam hic frui in hac vita possumus. Interea tamen conferamus studia ad Ecclesiae consolationem: quod cum te facere sciam, vere te diligo, et tuam erga me benevolentiam magnifacio, tibique gratiam habeo pro multis tuis beneficiis, et pro charta nuper missa. Exempla τῶν χρονολογιῶν tria mitto, quae tuo arbitrio mittes quibus videbitur. Satis nobis deest tempus ad perpoliendas tales narrationes: sed voluntatem et institutum tibi probari velim. Bene vale. ἐν τῇ ἁγίᾳ πεντηκοστῇ

Philippus.

EIDEM

non ed. // S.D. Clariss. vir et carissime frater. Quotidie te commonefaciunt artis Medicae exempla, quam multa in aegro corpore toleranda, ac non movenda sint, ac interea si qua leniri possunt lenienda esse, ut Pindarus ait μαλακαῖς χερσί. Est autem Ecclesiae corpus saucium et multipliciter languidum. Multa igitur feramus βαστοφοροῦντες, ut loquuntur libri sacri, et si qua possumus, leniamus. De causa Musei prorsus nihil pronuntiavi. Nam nec novi eam, nec inquiro, nec velim τολμᾶν περὶ τὰ ἄδηλα ἀναστρέφειν, ut Solonis verbo utar. Ubi potero ei prodesse,

neque

negrati ei decerant mea officia: idq. ei scripsi. Bene & feliciter vale.
die 18 Martij                                        Philippus.

EIDEM

S.D. Clarissime vir et carissime frater. Heri ep(isto)lam a Sigismundo Geloo   = Non ed.
qui Eperiensem praefecturam tenet, accepi, in qua haec sunt verba. Ty-
rannus Byzantinus foedus ad obitum suum expetit, de qua re donec con-
cludatur, quinq. mensium induciae intercedunt. In his comprehenduntur &
rebelles, si tamen & Turci & seditiosi non violent inducias. Ea foederis postu-
latio non alio spectat, sed ne hinc impetatur Solimannus, dum duo eius filij
de imperio inter se dimicant, & ut reliquum omne vitae tempus in otio
transigat, utrumq. post se & Imperatorem & Statum relinquat. Pater
diadema Selimo defert. Baiazetes ad Persam se contulit, in quem favor
inclinat praecipuorum de gestio & militum. haec Sigismundus. Etsi
Thracum foedera olim etiam fallacia dicebantur: tamen in hac ignavia
nostra, quid aliud nisi servitus expectari potest? Ruunt, ut vides, im-
peria, tristi fato. Nos filium dei precamur ut reliquias Ecclesiae deleri
sinat. Mitto tibi pagellas de Rege Danico. alterum exemplum dabis
domino Norembergio. Jam scribo de autoritate Ῥωμαίων ἀρχιε-
ρέως ἐν τῇ ἀρχαιρεσίᾳ αὐτοκράτορος. Hac lucubratione absoluta
colligam ea quae tibi promisi. Petrum Martyrem iudico esse
&

et doctum & sapientem Virum, & recte inuocantem deum. Bene Vale carissime frater, & da veniam breuitati & orationis mastitiae. Iterum vale. die 18 Maij 1559. Philippus Melanthon.

Reuerendo & clarissimo Viro D. Georgio Beseldo pastori & Superintendenti Ecclesiae [illegible], domino & patrono reuerenter colendo.

S. D. Reuerende & clarissime Vir. Nullum ad coniungendos bonorum animos vinculum arctius est communi Spiritu Christi, eiusdemq. de Deo fidei & confessionis societate. Quibus solidis & firmissimis amicitiae Christia. nae nexibus nostra etiam pectora deuincta esse confido, etsi nulla inter nos familiaritas vel notitia hactenus intercessit. Fretus igitur communi Spiritus Christi foedere, & bonitate ac mansuetudine tua, magnis viris dignissima: prae. sens ad te epistolam mitto. & statum praesentem Reip. seu euentus aliquot memorabiles qui in Archiu[?] hac urbe & vicinis regionibus proximo biennio 1597 & 1598 acciderunt adiungo: Te etiam oro, ut Ecclesiae vestrae historiam post Crenzhemianae tragediae catastrophen perlexas, & adiunctas literas, ubi occasio erit uel ad Melchiorem Lederum Baronem literis & armis clarum, vel ad Concionatorem ipsius Martinum Husleruum [illegible] opinor Eccle. suae pastorem perferri cures. Mea tibi studia & officia vilissimo defero.

At si

Ac si non ingratas tibi literas meas fuisse intellexero, scribam deinceps, si vi-
vam prolixius. Bene & feliciter vale. Idibus Februarij Anno 1599.

David Chytraeus.

Reverendo Viro D. Theodoro Bezae, pietate, vir-
tute, dignitate & doctrina praestanti, amico obser-
vando.

Camerarij epla

S.D. Reverende Vir. Unas literas nuper respondens tuis ad te dedi,
eas redditas esse spero. Oblatam autem occasionem iterum scribendi non
volui negligere, cum praesertim hoc officium a me peteretur, proficiscente
istuc studiorum causa adolescente bono loco nato Silesiaco gente Vilhelmo
Pijsko. Eum abs tua humanitate peto, ut benevolentia complectaris, &
consiliis adiuves tuisque dexterum, & quemadmodum mihi, dum apud nos fuere
de visus, cupidum pietatis atque virtutis, & eruditae doctrinae. Eo animo
hic praeditus, vestram Academiam sibi delegit prae ceteris, ubi honestis & pijs stu-
dijs daret operam. Iam enim audiebatur malum λοιμικὸν ab urbe
vestra abijsse, & qui non cessavimus implorare opem Dei aeterni, & esse cle-
mentia huius rei sublevatos gratias agimus benignitati ipsius. Apud
nos sunt res fere veteri loco. Altercationum non fit finis. Inter quas dis-
sensiones augentur, & minuitur caritas, & interit disciplina. Ut quidem

tradem

"valde,

tandem fiat, "metuendum esse videatur. Et Dei aeterni misericordia ar-
dentibus precibus imploranda sit. In Gallia affirmabatur pacem esse
factam. Quae utinam firma ac certa sit, et ad gloriam pertineat Dei aeterni.
Cui tuam Vestramque et omnium istic Vestrum salutem et incolumitatem
commendo. Bene vale. Lipsiae. die XX M. Aprilis.

Joachim. Camerarius.

Pietate, Virtute et doctrina praestanti D Theo-
doro Bezae, et V reverendo, amico observ. S.

S D. Ad tuas litteras, non solum plenas pietatis et religiosae considerationis, sed singularis amoris erga me et iudicij de meis scriptis honorifici testes allatas anno superiori capiam respondere statim, et aliquot iam versus exaraveram, sed hinc interpellatus inexplicata autumni tempestas graviter de improviso affligens valetudinem meam, fuitque diuturnum et incertum inter nullum ad humanam usque, quod me minus etiam clementer accepit, neque interea vel absolvendi inchoata commoditas, vel litteras mittendi opportunitas fuit. Neque illa absolueravit. Elaboratum interea quiddam est opella mea data aliquando filijs meis, quos et ad veritatis caelestis et bonarum artium cognitionem cupiebam educari. Id Lubentius filius meus studuit

Eytelj

Eytelbergam, ut opinor, misi, unde ad te perferretur. Atque optarim clarissime vir. his atque tristiss. temporibus, & rebus miserr. ac laborio-sissimis, tantum otij tibi accedi, ut illa inspicere liceat. Sunt enim a me tantum accurate quam debui recognita: cum quidem Expositio-nes non aberrasse confidam ἀπὸ τῆς ὀρθοδόξου συμφωνίας ἐκ-κλησίας καθολικῆς. Sed alicubi fortasse non fuerint satis dilucide expe-dita. De alijs quid sentiam, neque mihi in mentem venit, neque si-quid venit id scribendo explicare libet. In eas enim difficultates, unde-quaque delatam esse aetatem nostram, ut hoc solum pietatis, religionisque ama-toribus relinquatur: εἴσελθε εἰς τὸ ταμιεῖόν σου. ἀποκρύβηθι μικρὸν ὅσον ὅσον, ἕως ἂν παρέλθῃ ἡ ὀργὴ κυρίου. Et hoc: ἐγὼ δὲ προσευχόμην. Et his similia. Nam & violentae impres-siones hostium & intestinae animum oppugnationes eiusmodi sunt, ut con-tra has neque, si quae est, potentia humana, neque ratio & consilium quicquam valeant. Verum, ut ea omnia deleam quae cogitatio refugit, redeam nar-rare exemplum velle, desino. Deum aeternum precor ut Ecclesiam Chri-benigne tueatur, & huius scholas sanctas conservet, cui salutem, dignitatemque tuam

tuam commendo. Has literas me festinanter & pertubate animi scriptas discedenti hinc curandas dedi Langeleo nostro, qui his dictas & illustriss. pole nostra adiuverat. Vale. Lips. d. XII. ... Ian.

Ioachim Camerarius.

Reverendo, opt. atque doctiss. V. D. Theodoro Bezæ Theologo & amico s. observ.

S. D. Reverende, optime & doctiss. Vir. Tuæ literæ ad me missæ sunt a meis filijs Norimberga. Quibus forlasse respondes meis quas ad te dedi cum Norimbergæ nuper desiderem, impedientibus reditum meum ad Academiam tum alijs inopinatis negocijs, quæ mihi fuere oblata, tum tentationibus morbi, & viarum salebris. Quod autem ad ea attinet, de quibus scribis, ita scilicet esse res habet: cum undique omnia ad distractiones alienationesque animorum & sententiarum tendere appareat, & non solum nihil proficere ullam medicinam ad sanandum malum illud, sed hac ipsa illud reddi etiam ἀνιατότερον, ut qui sapiunt eos quasi τὸ πῦρ σπαλεύοντας, cum ijs qui neque audire neque intelligere volunt, non amplius contendendo digladiari, & simpliciorem doctrinam veritatis placide tueri, optimum atque tutissimum esse videatur. Scis autem quod poëta

poëta aiat (liceat enim ad te hominem eruditum eruditum [illegible] annumerare) Vidi ego iactatas mota face crescere flammas, Et vidi nullo concutiente mori. Verum de his plus verborum a me fieri non est necesse. Periculorum, quae vestra civitas tam longo tempore continua esse-runt, iudicium tuum & alterum significationes magnum mihi & aliis bonis compluribus dolorem afferunt. Atque mihi de his saepe hoc in mentem venit: ὅτι ὁ καιρὸς τοῦ ἄρξασθαι τὸ κρίμα ἀπὸ τοῦ οἴκου = τοῦ Θεοῦ. Itaque non possum non ingenti sollicitudine affici magnopere vereri, quid de aliis, in quibus & nos sumus, tandem fiet. Sed de his omnibus Dei aeterni misericordia atque clementia immensa opplens orbem terrarum imploranda est, egoque meas qualescunque preces cum tuis coniungo, tibique εὐτυχῶς ἄρχειν καὶ διατηρῆναι κατὰ πολὺ ἔλεος θεοῦ, tuam vitam salutemque commendo, eamque adhuc defensam protectamque esse gratias ego benignitati ipsius. Bene vale una cum omnibus tuis.

Salutavit me nuper huc transiens Hubertus Languetus noster, quocum eius mediis temporis colloquium mihi gratissimum iucundissimumque fuit. In quo & de te plena amoris & honoris, quemadmodum debuit.

debuit, mentio facta est. Iterum Vale. Lips. d XXV M. Martij

Joachim Camerarius.

Reverendo D Theodoro Bezae & V dignitate

Virtute & doctrina praestanti, amico S. observ.

S D. Et esse pestilentiam saevam in urbe vestra nuntiatur, & alia narrantur, quibus te & dolore animi et periculi metu perturbari necesse est. Quod nobis accidit, id praestamus studiose, precibus nostris implorantes misericordiam Dei aeterni, ut te & ceteros istic fideles christo clementer protegendo conservet, & eos a quibus pie & caste colitur liberet, eosque tueatur. Quo enim his miserrimis temporibus in discrimine versetur istic vestra, ac aliorum alibi in praesentia salus, & quanto spes in posterum debilitetur, facile licet cogitare. Plurima sunt vel nunc pariter in sollicitudine de vobis & molestia animi summa. Etsi autem de omnibus istic in Ecclesia vestra, sicut par est scholastica, cura afficimur: de te tamen & Henrico Stephano, ac necessitudine animi nostri angimur cogitantes inprimis: Teque salvum ac incolumem literis meis ostendere, & Henrico Stephano salutem abs te nuntiari verbis meis & cum cupio

Commendo vitam, salutem, fortunasq. vestras filio Dei, Domino nostro Jesu Christo σωτῆρι τῶν ἀνθρώπων. Vale una cum tuis omnibus. D V M Xbris

Ioachim. Camerarius.

Reverendo V. Dno Theodoro Bezae, Pietate Dignitate, Virtute & doctrina praestanti [illegible] amico S. observ.

S. D. Epistola tua allata tunc fuit superioribus diebus, cum mea valetudo esset admodum infirma & tentationes morbi respirit. perq. graves. Ita factum est ut negligeretur occasio, quae tum afferebatur, litteras mittendi istuc, si quid potuissem rescribere. Etsi autem nihil magnopere responsionem flagitare visum est, officij tamen mei fuisse duxi, respondere aliquid litteris tuis tam diligenter & humaniter ad me scriptis. Sed morae alias causam spero tibi esse probatam. De munere egregio tuo ago gratias: Inq. de me existimatione bona summae mihi est voluptati. Ad res nunc illas quod attinet, neq. est ea intelligentia mea ut possim, neq. conditio ut debeam pronunciare. Cum pijs his amantibus et studiosis veritatis, doctis praesertim & eruditis viris neq. inhumanis (in quibus te nequaq. postremis ponimus), & ego, si quid monerenti

momenti in hoc est, mea sententia inprimis cultorum collegium quod et
licet, cupide soleo et opto ut saepe liceat. Nam ceteris τῶν συζη-
τήσεων, καὶ διατριβῶν, καὶ [illegible] contentionibus neque ego
delectatus unquam sum, ut non esse implicata studia mea liceat. Oro, pre-
cor filium Dei, dominum nostrum Jesum Christum, ut benigne nobis se-
cum agat, pro tenui parte mea, Ecclesiae suae his miserrimis atque perturba-
tissimis temporibus. Curius te et tui similes curarum molestiarumque
sustinere plurimum necesse est. Atque audiebamus vestrae civi-
tati nuper λοιμικὴν μιαρωτάτην luem esse infestam. De quo, id
quod solum nobis conceditur, imploramus misericordiam Dei aeterni, orantes
ut te et vos istic universos clementer tueatur, protegatque et conservet.
Quid autem praeterea scriberem non veniebat mihi in mentem, neque
eram sane vel ad agendum vel ad excogitandum paratus. In his re-
gionibus necesse ne extent nova ista [illegible] συζητῆσαι permittere atque
male, hominum curiosorum, ambitiosorumque, pravis studiis. Sed est
enim in hoc seculo καιρὸς τοῦ καθεξῆς [illegible] ἢ ἀποδοκιμάζειν
τῶν ἔργων ἢ ἑαυτῆς permittitur evenire Deo, cui te et Ecclesiam
tuam, tuosque omnes commendo. Bene vale. τῷ ὑμετέρῳ φιλτάτῳ

τ' ἐρρίκον λέγω ἀπ' ἐμοῦ προσειπεῖν ὡς φιλοφρονέστατα ἄσπασαι. Vale. Lips. d. IX M[artii?] VLes

Ioachim Camerarius.

Rdo V. pietate, Virtute et doctrina praestanti D. Theodoro Bezae [illegible] amico obseru. S.

S. D. Languentis nostri cum superioribus diebus adversisset, me quasi emergente de saevis admodum morbi fluctibus, quibus pene essem oppressus, dedit mihi legendam epistolam tuam ad se scriptam, pietatis prudentiaeque, consolationis ac rationum plenissimam. Eam cum legerem, dolor meus cum tuo coniunctus fuit. Non reperio in hac constitutione rerum omnium et humana turbulenta tenui uspiam quae consilia salutaria atque bona. Non fratres equites aurigae, nec audit currus habenas secundum poetam. Cuius igitur negotia cautent et ad quas miserias calamitatesque sustinere, videntes considerantesque non possunt necordes neque impoliti non possunt non magna tristitia affici. Cum tamen in precibus piis spem nunc quoque sic aestimamus. Deum aeternum in ira iustissima sua, misericordiae quae est immensa recordaturum esse, ut

parcatur

precatur gementibus saltem & dolentibus super abominationibus, quae sunt
in medio. Quas preces ingeri in silentio & spe illa, amplitudinem tuam [illegible]
vero non dubito, cum de his solis aliquid opus sollicitudinis pectus ac re
spero tibi polliceri possit. Ego in quadam extrema desperatione, humanis
studijs succurri posse, mihi saltem etiam paucioribus et post nostri
fuis πολλῶν ἰατρῶν εἴσοδος secundum proverbium. Veritatem
quidem explicatam defendi ingenue & constanter, τἆλλα δέ, σιγῇ
ἄκαιρα σιωπᾶν, duxi esse consultissimum. In qua mea sane conditio
eo melior est, quod nullam novae salutis planam perpetuo Deo mihi
imponi contentionum atque certaminum, mandato munere placide &
quieta destinor. Tum & similium huius lubricus est, quibus
propugnando pro veritate, falsitas etiam est interdum omnibus modis
convincenda. Sed de his, ad te praesertim, plura a me scribenda non
sunt. Filium Dei aeterni patris σωτῆρα Dominum nostrum Iesum
Christum oro ut respiciat benignis oculis ad gregem propriam &
dissipatum sanguine & [illegible], illum recolligat, dissipationem tum mali-
tiae & ingenij nostri propulsando, & sancto spiritu suo ducendo,
instru-

instruendo, confirmando animos vestros, ut celebretur ubique volun-
tatibus studijs operis consentientibus sanctissimum nomen ipsius ad
gloriam & laudem Dei aeterni & omnium nostrum salutem, cui
te & tuos, vestros omnes & meos commendo. Bene vale. Lips.
D XXIII de Maij                Joachim Camerarius

Schedula [illegible] in literas ad D. [illegible]
e [illegible] singulas [illegible] dedit occasionem
ijs [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] D [illegible] &
Camerarium

fecisti mihi gratum, cum versus de [illegible] ad me misisti de Bello. =
Capream etiam ego quandam [illegible] commendari, dum nostrum primum
dormio, id quod frequenter nobis iam accidit, et nihil praeter [illegible].
Credo autem [illegible] narrationes de [illegible]. [illegible]. Charum enim
dederam Textori nostro, ut ei, si [illegible] meas [illegible] mitteret) [illegible]
nam [illegible]. Sine scholae [illegible] & doctissimi viri [illegible], cum tamen
quidem ut literam [illegible] alium non detulerit. Sed his ille scriptus
non est, nisi quatenus eos versus morderet. Textorem nostrum
meo

meo nomine salutabis. Hic rumores dissipabant vestri [illegible]
principis finitimi adventus [illegible]. Antwerpiae admissa sunt XX vexilla
externi militis. In his locis res tolerabiles sunt, sed nummaria in[illegible]
Vale.

Ffh – Kvk.

Nr 1. [illegible]; – [illegible] [illegible] u L.